



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentaria Vetustissima & profundissima Super Canticvm Canticorum Salomonis Qvod Hebraice Dicitvr Sirhasirim

Wolbero <de Sancto Pantaleone>

Coloniae Agrippinae, 1630

urn:nbn:de:hbz:466:1-10027

Th. 459.

A II
6.

Th
459



COMMENTARIA

Vetustissima & profundissima

Super

CANTICVM

CANTICORVM SALO-

MONIS QVOD HEBRAICE DICITVR

SIRHASIRIM.

IN IV. LIBROS DISTRIBVTA.

AVTHORE

R. Ad.^{um} D. VVOLBERONE Abbate S. Panta-
leonis intra Coloniam Ord. S. Benedicti.

NVNC PRIMVM IN GRATIAM CONCIONATORVM MELIOREM

in ordinem digesta, notisque marginalibus cum Indice copioso illustrata.

Opera R. P. Henrici Grauij S. S. Theol. Baccal. eiusdem Ord. Bened.

Qui operantur in me non peccabunt, & qui elucidant me vitam eternam habebunt. Eccl. 2.4

*Claruit hic Author circa Annum 1150.
Liber Societatis IESV in Falckenhagen.*



COLONIAE AGRIPPINAE;

Sumptibus MICHAELIS DEMEN Bibliopolæ

sub signo Nominis IESV. Anno M. DC. XXX.

Permissu Superiorum.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to fading and the age of the paper.

Epistola Nuncupatoria

REVERENDISSIMO IN CHRISTO

Patri Domino Venerabili

HENRICO SPICHERNA-

GELL D. PANTALEONIS ABBATI, ET

S. VNIONIS BVRSELDINÆ PRÆSIDENTI PRINCI-

pali meritissimo; nec non Reuerendis Admodum & Amplissimis DD.

Henrico Liblero, Iohanni Munch, Paulo Vrechen, Henrico Goer-

manno, & Gabelo Scaffenio, Monasteriorum Ordinis sancti Benedicti

obseruantia eiusdem in sancto Martino, Brauvviler, Tuitio,

Gladbach, & Graffscafft Abbatibus dignissi-

mis, Dominis & Prælatibus suis

obseruandis.



*Irabuntur non abs re, R^{da} admodum
& Amp. ^{simæ} DD. V. ^{stra} cur Commentator hic
super Cantica Canticorum Salomonis tã
diu sub modio latuerit, ac nunc primum
lucem aspiciat: Ad quod verisimiliter ego
cum Iudæo illo Mardochoæ dilectam suam compellante ^{Esth. 4.}
Esther, & quis nouit utrum idcirco ad regnum veneri-
tis, ut V Volbero iste tali in tempore pararetur? quare
nec pro anima mea sola sufficere arbitratus fui, si Au-
ctor talis in domo D. Pantaleonis scriptus tantum deli-
tesceret, nisi plurimorum utilitati & spirituali gustui
profuturus, sub incudem datus, noua quadam occasio-
ne oportunus prodiret in lucem.*

Et quanam dicetis occasio isthæc est? Annus iam

*

2

tercius

EPISTOLA

tertius est, quod tempore Annalis Capituli in Monasterio S^{ti} Pantaleonis celebrati Kal. Septembris B. Aegidio Abbati sacris, vestri quoq^{ue} sacrati vertices, Pontificali Infula nouiter decorati fuerint. Nullis profecto verbis aut scriptis comprehendere valeo, quantum hinc gaudiorum accreuerit charissimis vestris Confratribus quanta etiam letitia tam meo quam publico pariter nomine ex hoc perfusus sim, Vobisq^{ue} ex animo gratulari desiderauerim, posteaquam intellexeram à Sanct.^{mo} Domino nostro Urbano VIII. auctoritatem hanc Episcopalem RR^{dis} Admodum Dominationibus Vestris superadditam, & à R.^{mo} Domino Episcopo Cyrenensi solemnni ordine Pontificales mytras, capitibus vestris impositas fuisse. Eccur enim tam sanctam, tamq^{ue} honorificam & nouam Dominationibus Vestris non gratularer gloriam? gloriam inquã, qua, prater omnem quod mihi persuasum ambitionem, solo clarissimarum virtutum merito, (utpote qui inter sacre Vnionis nostræ Bursfeldensis columnas præcipuas annumeramini, eamque indeclinabiliter suffulciendo constabilitis) donati & affecti estis?

Quid agerem? honorem hunc nouum Reu.^{mo} Domino Prelato meo ut descenderem acclamaturus, filialis postulabat amor; cydares RR.^{darum} Dominationum Vestrarum veneraturus pariter ut occurrerem, gratitudo

exige-

NVNCVPATORIA.

exigebat, aliorum exempla prouocabant. Sed nolui in Exod. 24
 summorum conspectu sacerdotum apparere vacuus, nec
 etiam munus quod offerrem præ manibus erat. Cum su-
 bito, Deo ita inspirante, memor fui Commentatoris
 huius V Volberonis Coabbatis vestri, & delectatus
 sum; & quia Religiosorū plurimi lectione suauissima-
 rum interpretationum illius antehac illecti, summope-
 re mecum dolebant, inter cæteram Bibliotheca nostræ
 supellectilem tam pia & profunda latere Commenta-
 ria, neq; thesaurum talem pluribus communicari; ad
 testandam mei erga RR. ^{das} Admodum DD. Vestras
 promptitudinem, beneq; merendi studium, quod dudum
 in votis habueram, fiducialiter aggressus fui, & Com-
 mentaria V Volberonis nostri non modo reuidi, verum
 etiam reuisa meliorem in ordinem disposui, atq; ita dis-
 posita & renouata eadem Nominibus RR. ^{darum} Admo-
 dum DD. Vestrarum inscribenda, typo ut subijceren-
 tur, omnem cæpi mouere lapidem. Cæterum cum Salo-
 mone ipso attestante, plures faciendi libros nullus sit fi- Ecc. 12.
 nis, adeoque sæculi huius ingenijs noua magis arridere
 soleant quàm vetera, erat fortasse quod verebar, ne vel
 Cōmentatoris huius antiquitas, vel verius personæ meæ
 exiguitas, à qua renouatus non nihil liber hic exiret, ob-
 staculo forent, quo minus feliciter in manus multorum
 transfiret. Porro RR. ^{darum} Admodum Dominationum

EPISTOLA

Vestrarum animatus auctoritate, à metu simili, imò
 Zoilorum omnium, qui bonis conatibus deesse non so-
 lent, obtrectatu, facile liberandum me duxi; cum quod
 in apothecam & horreum Dominicum non semper cen-
 tesimus aut sexagesimus, quin sæpius tricesimus fructus
 inferatur: tum quod per cornua vestra Aaronica pro-
 tegendus, eodem anni recurso tempore à prælo redeat,
 quo in Pontificales mytras Abbatialia vestra mutata
 fuerunt almucia.

Quamobrem Reuerendissime Domine Præses Præ-
 late mi obseruandissime, suscipe minimi Clientis tui
 hanc qualem cunq; curis meis Pastoralibus superaddi-
 tam, & huc usq; varijs militum incursionibus obstanti-
 bus protracta operam; & quia iuxta Elogium Sapien-
 tis, *Prou. 29.* vir qui diligit Sapientiam latificat Patrem suum,
 latifica per conatum hunc meum in sapientia & can-
 tico spirituali libri huius spiritum tuum, & refocilla in-
 firmos & seniles artus tuos, multis pro Monasterio &
 Vnione nostra Bursfeldica ex antlatis laboribus debili-
 tatos, sed nondum fractos. Suscipite & Vos Antistites
 Venerabiles, obseruantia mea erga vos tesseram exi-
 guam V Volberonem CoAbbatem vestrum, RR.^{dis}
 admodum Dominationibus Vestris humiliter à me
 nuncupatum; sitq; noui honoris vestri particeps, qui Re-
 ligionis auita eaque monastica relator extitit egregius.

Quo

EPISTOLA

*Qua eadem Praesulibus Vobis ut ni incepto spiritualis
disciplina incremento succrescat & propagetur, Deum
Opt. Max. sanctissimumque Legislatorem nostrum
Benedictum, eiusdemque patrones Ordinis iugiter exo-
rabo: Qui etiam pietissima sua benignitate RR.^{das} ad-
modum & Amp.^{simas} Dominationes Vestras cum
omnibus sibi commissis perquam diutissime felicissime-
que superstites atque incolumes servare dignetur. Ita fo-
ret & apprecatur ex Pastoratu Laugelensi ipsa B. Æ-
gidij Abbatis Anno 1629.*

RR.^{darum} ad.^m & Amplissimarum do-
minationum Vestrarum

Humilis Servus & Frater

HENRICVS ERSMERS Grauiensis Panta-
leonita Ordinis S. Benedicti.

DE

Devita Commentatoris huius

*Ex antiquissima tabula qua asservatur manuscripta in
Cænobio D. Pantaleonis intra Coloniam.*

VVolbero XII. Monasterij Sⁱ Pantaleonis Abbas eligitur Anno 1147. postquam R^{du}s P. Gerhardus senio confectus baculum Pastoralem in præsentia R^{mi} D. Arnoldi, I.^{mi} eiusdem nominis Archiepiscopi, ac Priorum Monasterij resignasset. Hic ingenio & eloquio clarus fuit, vtpote vir in diuinis Scripturis studiosissimus, & in sæcularibus literis suo tempore doctissimus. Scripsit sacris Virginibus Benedictinæ institutionis in Insula Rheni deo & B. Mariæ militantis libros quatuor in Cantica Canticorum, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. Obijt anno D. 1167. 5. Idus Aprilis, sub Alexandro eiusdem nominis tertio Romano Pontifice, Reinoldo Archiepiscopo Coloniensi, ac Friderico I. Imperatore, cum annis præfuisset 21. sepultus sub ædicula D. Margarethæ Virginis ac Martyris, hoc Epitaphio teste.

*Corporis exuias hic deposui tumulandas,
Præsidiumque piæ sub tegmine spero Mariæ,
Cuius ad ædiculam construxi culmina sacram:
Sit requies anima; sit plena solutio culpa.*

E P I-

EPIGRAMMA

Ad Autorem & Lectorem Commentariorum horum.

VT superes Pylei doctissime tempora Scriptor,
Et tua sit cunctis cognita fama locis.
Hoc opus eximium prelo mandare, decorum
Pluribus est visum non sine laude tua.
Ergo securus prodi VVolbero, latere
Non decet ingenij tam pia scripta tui
Quem modo dulcis amor pangendi cantica tangit,
En VVolberonem, quo duce pangat, habet,
Talia non lusst Dirceus Cantica Vates,
Ad tactum cytharæ quando saliuit aper.
VVolbero meres, vitam canit ille pudicam,
Sponsi cum sponsa mystica verba refert.
I nunc, quisquis amas animæ & connubia Christi
Quem tibi concilies en paranympus adest.

**

Epistola

EPISTOLA DEDICATORIA
VVOLBERONIS
 ABBATIS

Dilectissimis sororibus in Insula Rheni Deo & Beatae
 Mariae militantibus VVolbero peccator.



Dum mecum saepius tractarem, & in ancipiti animo frequenter reuoluerem, quidnam dulce, quid iocundum, quid utile, interioribus sanctae charitatis vestrae auribus, o sanctissima sorores decantarem, cuius dulcedine & incitamento ad maiorem caelestis vite amorem vester erigeretur animus, occurrit repente animo meo, illud cantabile sponsi & sponsae epithalamium, quod pro sui excellentia dicitur Canticum Canticorum. Hoc nempe genus cantationis valde competit dignitati vestrae professionis, quia hac omnium praecellit ordinem professionum sicut illud omne genus Canticorum.

Professio-
 num tria
 sunt gene-
 ra. & qua.
 Tria sunt
 genera Ca-
 ticorum
 cuiuslibet
 professioni
 generi con-
 uenientia.
 Apoc. 14.

Tria quippe sunt genera professionum, vnum coniugatorum, alterum viduarum, tertium Virginum: Legimus autem quia est Canticum laudis, canticum laetitiae, canticum nouum. Ponamus ergo quasi quibusdam gradibus, canticum laudis coniugatis, canticum laetitiae viduis, Canticum nouum Virginibus, quod nemo potest dicere, nisi hi qui sequuntur agnum quocumque ierit. Canticum quippe laudis cantant coniugati, qui initium aliquod religionis & bonae conuersationis acceperunt, sed nondum tribulationem carnis euaserunt. Canticum vero laetitiae cantant viduae, quae aliquid altius sunt affecute, maiori prestantes religione, & experta iam tribulatione carnis absoluta ac propterea possunt & laudem & laetitiam canere. Porro Virgines cantant canticum nouum quae summum retinent gradum nunquam predictam carnis tribulationem expertae, atque ideo potentes canere, & laudem, & laetitiam, & nouitatem singularem ac ceteris medicabilem.

Duplicis
 classis sunt
 Virgines.
 Matt. 25.
 Quae sint
 Virgines
 prudentes
 & quae stul-
 tae.

Sed valde attendendum his quae Virgines dicuntur, cuius partis sint in duas quippe partes hanc professionem Dominus diuisit, hoc est in Virgines prudentes & stultas; quia hoc nouum Canticum non possunt dicere, nisi quae sunt ex parte prudentium. Prudentes autem sunt, quae & corpore & mente Virgines sunt; stultae vero quae quamuis Virgines sunt corpore, corrupta tamen viuunt mente. Tales nimirum non possunt Cantare Canticum nouum, sed neque vltima professionis Canticum; quae nec ad ipsius pertingunt meritum, quia non habent in vase oleum, quin imo pro hac negligentia sui non intrant thalamum sponsi.

Quocirca valde attendere & sollicita esse debet charitas vestra, quae estis Virgines corpore, vt etiam sitis mente quia nihil vobis confert Virginitas carnis, si iam mente nupsistis. Si ergo rectam Virginalis professionis normam tenetis, singulare Canticum, & vt ita dicam non simpliciter Canticum, sicut coniugatae & viduae, sed Canticum Canticorum cantatis, quod solum possibile est illis cantare, qui sunt ante thronum Dei sine macula, quia non inquinauerunt

vestra

DEDICATORIA

vestimenta, id est corpora sua.

Authoritates, sane harum trium professionum in sacra reperiuntur scriptura, quia castitas coniugalis predicatur in Elisabeth, sanctimonia vidualis in Anna, perfectio virginalis in Beata Dei genitrice Maria. Singularum autem meritum ipse Dominus in Euangelio demonstrat, vbi dicitur semen cecidisse in terram bonam & fructum fecisse, aliud trigefimum aliud sexagesimum, & aliud centesimum.

Exempla
castitatis con-
iugalis, vi-
dualis &
Virginalis.
Luc. 8.

Trigefimus namque fructus coniugatorum est caste viuentium, quas hoc numero ostendit compotus digitorum, vbi index pollicis coniunctus legitimos ipsorum coniugatorum exprimit amplexus, Tricenarius autem duplicatus sexagenarium efficit numerum, altius à coniugatis, & quasi duplex viduarum insinuans meritum, vbi in compote digitorum indice pollicis superposito pondus tribulationis & depressionis ipsarum indicat viduarum sustentatione & consolatione virili destitutum. Porro numerus centenarius qui pro perfectione ponitur, perfectionem sanctorum demonstrat virginum, qui de sinistra ad dexteram translatus, iuncta summitate indicis ad summitatem pollicis, coronam exprimit Virginitatis.

Quid ferat
fructum
trigefimum,
qui sexagesimum &
qui centesimum.
Numerus
centenarius
perfectionis est.

Pensato ergo professionis huius excellentiam cuius est premium fructus centuplicatus, cuius est meritum dicere canticum nouum, cuius dignitati maxime congruunt, pro speciali diuinae gratiae coniunctione ista quae vobis pro modulo nostro canere intendimus Cantica Canticorum Nequidem vobiscum quacunq, vere Virginis estis, haec Cantica non dico canere, sed nec susurrare possum, qui longè à vestra sanctitate differo: sed sicut aliquis qui scientiam alicuius artis verbo tantum insinuare potest, actu vero exprimere non potest, ita & ego quamuis haec vobiscum cantare culpa obstante non possim, tentabo tamen cum Dei adiutorio aliquid dicere, vnde positis horum excellentiam & singularem dignitatem Canticorum aliquatenus cognoscere.
Ergo vt dicit gentilis Poeta

...fungar vice Cotis, acutum

Horatius.

reddere quae nouit ferrum, exors ipsa secandi:

& quia non licet cantare liceat saltem cantandi consilium dare. Nam & sanctus Moyses cum quo Deus facie ad faciem loquebatur Iethro cognati sui viri gentiles consilium audiuit & fecit, cum ipse plenus esset sapientia & sanctitate, iste vero longè valde ab eo distaret gentilitate & vitæ qualitate. Sed hoc quia Deus dedit velle, det etiam posse. Scio equidem multis indignum fore, qui veterum tantum scripta suscipiunt.

Ex. 18.

nihilque

mirantur, nisi quod liberitina sacrauit.

Horatius.

quod post dicta maiorum quae firmavit charitas meas quoque ineptias impudenter detexerim, sed vestra me apud eos excusabit dilectio, quarum solummodo proposui satisfacere desiderio. Quod si nimis simplicem pro causa maiestate reprehendunt orationem, meminerint quia in constructione tabernaculi, non tantum aurum & argentum, byssus & purpura, sed etiam pili caprarum sunt oblatis, & magis à Domino laudata sunt duo parua viduae minuta quam immensa diuinitum donaria. Et si compositionem verborum calumniantur, causam tamen materia venerentur, & tenuitatem orationis suae compositionis excusent, & materia dignitas & deuote supplicationis obediens charitas. Nam & plurimos metrica arte compositos libros in Ecclesia habemus de Euangelij & sanctorum gestis, humili stylo & simplici oratione, qui tamen propter materia

dignitas

** 2

EPISTOLA

Arator. dignitatem, obtinuerunt iam auctoritatem. Vnde Arator actus Apostolicos scripturus dicit,
Lenino sermone quidem, sed pingua gesta
Scripsimus, ac pelagi pondere gutta fluit.

Prou. 5. Nemo ergo simplicitatem nostram contemnat, quia cum simplicibus sermocinatio nostra,
quin potius eo magis nobis peccantibus indulgeat, quod plus libuit aliquid, quamuis simpliciter
scribere, qui inani otio, torpore, cum etiā hoc opus nusquam prodire velimus, sed cum solis tantū
quibus missum est sanctis delitescere sororibus; nisi forte alicui benignitatis intuitu placuerit hoc
ad corrigendum suscipere, & de infirmi & molli compositione aliquod pulchrum & masculum
opus elaborare.

Suscipite itaq; hanc meae paruitatis operam, in qua non piguit me laborare gratia dilectionis
vestrae, in vestri quidem emolumentum, in mei verò perenne monumentum; qua-
tenus cum hac aspiciatis & legitis, memores mei sitis, & pro me siue
vivo siue mortuo communem Dominum exo-
retis.



Censura

*Censura Abbatis Gerodhensis super Commentaria
Vulberonis Abbatis in Canticum Can-
ticorum Salomonis.*

Domino Venerabili & intime amabili Vulberoni Sancti Pantaleonis Abba-
ci Fr. Gerodhensis Cœnobij dictus Abbas non modo cellarium sed & cubi-
culum sponsi introductum *inebriari consummata charitate ab vbertate domus Dei & Psal. 35.
torrente voluptatis ipsius potari in æternum.*

Scribitis enim & familiari omnibus & sapientia spiritus vtentibus humilitate, ro-
gando monetis & monendo rogatis; vt opus vestrum super *Cantica Canticorum* re-
mota penitus omni captatione beneuolentiæ vestræ diligentius cōsideratum, quic-
quid tamē mihi videatur, scilicet siue in lucē proferēdum sentiam, vel abscondendū
& deponendum intelligam, vos scripto certificem; quia nulli me melius credatis,
quod & consanguinitas stringat ad beneuolentiam, & sapientia correctionis non
deneget sententiam: Et quidem sicut non nisi his duobus prudentia & beneuolen-
tia omnis intelligens recognoscit cuncta contineri iudicia, ita cum beneuolentiam
certò adesse, prudentiam abesse non sine dolore recogito, illum secutus qui orabat
dicens, *vt sciam quid mihi desit*, non sufficiens ferre onus quod imponitis, non imme- *Psal. 38.*
tito subterfugio.

Verum cum hæc omnium etiā otio torpentium sit excusatio, & mihi credēs, & à
me id fieri posse sperans, vestra charitas facere moneat, non vt Iudex, sed vt voto a-
micus sponsi, dum audio vocem ipsius, suam cordi vestro in libertate spiritus do-
ctrinam subministranti, ad vocem sponsi vos vtentis pro organo, in caritate veritati
congaudenti congaudeo, & opus istud non abolendum, imò ad gloriam Dei, *gloria* *Commen-*
enim, reuelare sermonem, & ad vtilitatem Ecclesiæ Dei illarumque institutionem qui- *datio hu-*
bus scribitur, manifestandum omnimodis censeo. Reuera & fide Catholicum, & *ius operis.*
moribus instruendis, omnis Christianus benè in domo Dei viuere disponens, iudi- *Tobia 12.*
cabit aptissimum.

Molestè aliquantum vos accepisse comperi, quod codicem subito perlectum nō *Quot annis*
remisi, sed impedimento fuerunt aliqua, tum quia nulla res festinata simul & exa- *Author su-*
minata esse potest, quod & à vobis didici, cum in nouum penè prefferitis annum; *per hoc li-*
quare cum diligentia scriptum, cum negligentia non iudicaui legendum. Ad hoc *bro labora-*
accessit, quod Fratres nostri contra voluntatem quidem vestram, sed me volente & *rit.*
super hoc gaudente certatim hunc rapuerunt, & sedulò & diligenter legerunt, &
studio lectionis commendabilem reddiderunt, sed ita tamen ipsius lectionem mihi
etiā & nolenti aliquādiu subdlexerunt: Nunc verò & non sine diligentia perlectum,
vobis omnia in Christo legere communicandum remitto; superest, vt cui labo-
rem iudicatis participandum, non negetis fructus participium. Vale.

** 3

APPRO-

Approbatio

Etsi plurimi doctissimis suis lucubrationibus, suauissimum illud sponsi & sponsæ Epithalamium (quod vulgo præ sui excellentia Canticum Canticorum inscribitur) illustrare conati fuerint, imo Ecclesiam Dei sponsam illustriorem eo ipso reddiderint; hoc etiam in genere antiquissimum scriptorem D. VVolberonem Abbatem S. Pantaleonis excelluisse, dum eam perlegerem, facile animaduerti. utpote qui per calamum scriba velociter scribens ita subtiliter, simulq; dilucide, & in modum cathena coherenter, profundum istud diuini amoris reserauit cellariam, ut merito dolendum fuerit, tanto tempore clauem illam diuinæ sapientiæ, à VVolberone reperi- tam, rubigine obductam iacuisse desossam. Quare tantum abest ut aliquid sacris literis, vel moribus in eo contineatur contrarium, ut potius hoc æuo nostro, labore Fr. Henrici Grauiensis Benedictini ab omni vetustate & rugine, expurgatum, dignissimum iudicauerim, quod typis euul- gatam Religiosorum omnium manibus teratur & cordibus inscribatur, Datum Col. Agrippina Anno 1629. 27. Augusti.

ita esse testor

F. Io. Philippus Fridt. ord. Prædicat.
in Conuentu Colonienfi. S. Theol. Lector.

Licentia

Commentaria Venerabilis viri Domini VVolberonis Abbatis S. Pantaleonis in Canticum Canticorum Salomonis, à Theologis diuersis, diligenter perlecta & approbata, utpote que nullo fidei Catholicæ, doctrinæ SS. Patrum, vel Conciliorum decretis repugnent, quin potius in eruendo sacre scripturæ genuino sensu, magnam lectori adferri possint vtilitatem, ut typis mandari possint, permitto. Colonia Agrippina Anno 1629. die 29. Augusti.

Henr. Francken Sierstorpfius
SS. Th. D. Gymnasij Laurentiani Re-
gens Librorum Censor.

Licentia

*Licentia Reuerendissimi Domini Præsidis S. Vnionis
Bursfeldensis.*

Henicus Spichernagell Dei permissione Abbas Sancti Pantaleonis Ordinis
D. Benedicti, & sacrae Vnionis Bursfeldensis de Obseruantia per Germani-
am Præsides Principalis Dilecto nobis filio Fratri Henrico Grauiensi Ecclesiae no-
strae Parochialis Sancti Clementis in Langell Vicecurato salutem in Domino cum
vitae Religiosae profectu. &c.

Quandoquidem Dilecti filii, praeter quotidianos tuos in cura Pastoralis labores,
pium nobis innotuit studium, quo Commentaria vetustissima Reuerendi Domini
Wolberonis quodam CoAbbatis nostri in lucem edere contendis, nostramque
desuper licentiam requiris, non potuimus non iusto tuo desiderio satisfacere & per-
mittere vt in domo Domini offeras quod potes. Quapropter de doctrinae tuae qua-
litate non diffidentes, inceptumque studium auctoritate Praesidentiae nostrae ani-
mare ac promouere satagentes tenore praesentium facultatem tibi impertimur, vt
Commentaria praenominata, (multorum doctissimorum Virorum iudicio &
Theologorum censura digna iam ante hac visa & approbata, quae ad castum Eccle-
siasticorum Religiosorumque omnium vtriusque sexus, cum Christo animarum
eorundem sponso connubium fouendum, amoremque spirituales cum iubilo in-
teriori excitandum imprimerentur) non modo ad reuidentum, verum etiam vbi
necessitas ita postulauerit meliori methodo disponendum, ac tandem typo subij-
ciendum, ad communem Ecclesiae vtilitatem suscipias, atque ad finem
optatum perducas. Ex S. Pantaleone Anno 1628. ipsa SS.

Placidi & sociorum Martyrum Ordinis
nostri Patronorum.



Fr. Henricus Grauius Lectori Beneuolo.

Commentaria Venerabilis Domini Abbatis VVolberonis, licet deuotis ac Deo consecratis Virginibus quondam ita postulantiibus, ab Authore ipso conscripta & inscripta fuerint, volueritq; cum Sanctimonialibus solis illa delitescere, neque communem in lucem prodire, nisi ab aliquo correcta in opus elaboratum ac masculinum euaserint: nolim tibi persuasum habeas Lector Beneuole, quasi opera mea hoc ipsum assecutus fueris. Hac namq; verè de se humiliter sentientium virtus est, magna & præclara agere aut scribere, & nihilominus parue & mediocriter de se, suisq; sentire. Emicat in hac Virtutis specie non vulgariter Abbas noster VVolbero, in cuius Commentarijs licet antiquissimis, sed assiduo annorum nouem studio congestis tantum abest vt informe aliquid, vel muliebre, aut lima emendatori indigens offenderim (licet in dedicatione Religiosis sororibus suis nuncupata, alijsq; operis, huius Prefationibus hoc ipsum innuere videatur) vt diuino magis quam humano spiritu cõceptum & calamo exaratum opusculum hoc videri merito debeat. Quapropter latere te nolim quicumq; operis huius Lector futurus es, parum me Commentarijs huic de proprio aut addidisse aut miscuisse, nisi vbi sensus ambiguitas, Periodorum dissolutio versuumq; disunctio simile quid desiderare visum fuerat. Hac fortassis erant, qua Lectorem delicatum in VVolberone antiquo offendere potuissent. Quibus cum labore & conatu meo sat subuentum putarem, nescio qua Typographi vel correctoris incuria aut festinatione errata nonnulla hinc inde irrepserint, qua cum sub finem libri huius emendata, videre liceat, operam hanc meam qualemcumq; equi boniq; consulto, & dum ea frueris in tui emolumentum suspice & suscipe, benignè perpetuum Authoris huius monumentum. Vale.



PRÆEA



PRÆFATIO GENERALIS
 D. VVOLBERONIS
 ABBATIS ORDINIS S. BE-
 nedicti in Canticum Cantico-
 rum Salomonis.

In sancta Scri-
 ptura multa di-
 cūtur Cātica, quæ
 diuerso causa-
 rum genere dif-
 ferentia, nunc ge-
 neraliter, nunc
 specialiter pro loco & tempore
 sunt decantata loco, quia vel in pa-
 tria vel in aliena terra: tēpore quia
 vel in pace vel in captiuitate. Dicitur
 enim *Canticū Moysi*, *Canticū Anna*, *Cā-
 ticum Abacuc Propheta*, vel alia huius-
 modi: sed hæc omnia simpliciter
 Cantica. Hic autem dicuntur *Can-
 tica Canticorum*, eo quod omnia Cā-
 ticorum genera mystici intellectus
 maiestate præcellant.

Et alia quidem Cantica habent
 causam quare fuerint decantata,
 sicut Moyses decantauit *Canticum
 laudis* pro victoria celebrata, quan-
 do submersus est Pharaō cum cur-

ribus & equitibus suis in mari ru-
 bro. Anna quoque Canticum Do-
 mino cecinit, pro collata fœcun-
 ditate sublato sterilitatis oppro-
 brio. Ezechias quoque *Canticum de-
 cantauit pro reddita sibi sanitate*. Ergo
 Cantica singula cuique fuerunt
 gratiarum actio pro beneficio sibi
 à Deo collato. *Istud verò Canticum
 summæ illius perfectæque charita-
 tis repræsentat harmoniam, qua so-
 pitis omnibus rerum mundanarum
 curis anima quæque fidelis creato-
 ri suo veluti sponsa sponso ineffabi-
 li amoris dulcedine coniungitur, in
 cuius complexibus tanta pacis &
 quietis suauitate commoratur, vt
 nihil sit quod præter eum cupiat,
 nihil quod tam magnificæ gratiæ
 præponat quia nihil certè est quod
 spiritui resistat, qui calcato carnis
 bello cum subiugata sibi carne ea-
 dem*

*Anna cur
 suum can-
 tauit Can-
 ticum.
 Ezech. cuc.*

*Canticū
 Cantico-
 rum
 quis finis
 & causa.*

*De diuer-
 sis Canti-
 corum ge-
 neribus &
 causis.*

*Moyses
 cur suum
 cantauit
 Canticum.*

dem

In Canticum Canticorum Salomonis

Sabbathū
mentis
quod.

dem felici concordia in Christo negotiorū tumultu perābulanda est
sabbatizet. Magna quippe pax & spiritualis solitudo donec inueniam⁹
optabile sabbathum, id est, requies puteū quē foderūt Patres quorū do-
est, quando caro non concupiscit cōtrinis & exemplis informati, ad rectē
aduersus spiritum, sed sedato vitio- viuēdi modū secundū cōcinamus Cā-
rum tumultu tanta internæ tran- ticū q̄ cecinerūt filij Israel pro inuēto
quillitatis dulcedine mens perfrui- puteo: *Ascēdat, cōcinebant, puteus quē*
tur, vt nihil aliud quā Dominum foderunt *Principes & preparauerunt duces*
desiderans velit & possit *Canticum multitudinis in datore legis & baculis suis.*
Canticorum dicere, hoc est veram & Cumq; ad viciniam terræ pmissionis
perfectam charitatem habere. O- uenerimus ad possidēdā ipsā beatam
mnibus enim virtutibus superemi- terram nos preparātes & nobiscū spi-
net charitas sicut *Canticum Cantico- rituales & carnales inuitātes, tertiū cū*
rum omnia supergreditur *Cantica. Moysē decantemus canticū. Attēde cōlū*
Ascensiones autem in corde sunt *& loquar, & audiat terra uerba ex ore meo.*
disponendæ, vt quasi quibusdam Sed vt hanc terrā spiritualiter inhabi-
gradibus perueniatur ad cantanda tare possimus, depugnādi sunt hostes
Cantica Canticorum; vt sicut qui in- animæ, cōtra quos tota intētionē mi-
greditur sancta adhuc multa habet litādū nobis est, vt his effugatis *quartū*
necessaria, vt possit ingredi *Sancta cū Delbora cōcinamus Canticū: saluata*
Sanctorum; & qui celebrat sabbatha *sunt reliquia populi, Dominus in fetibus di-*
longē altioribus indiget, vt perue- *micauit Superatis v. hostibus quintū cū*
nire possit ad sabbatha sabbathorū: Dauid *Canticū* pro euasione & libera-
sic qui canit cantica, ad maiora sem- tione nostra Dño decantemus, q̄ vi-
per debet proficere, vt possit canta- delicet *Canticū* Dauid cecinit, quando
re *Cantica Canticorum.* liberatus est de manu omniū inimi-

Num. 21.
Canticum
II. & quo-
rum hoc
fit cantare.

Charitatis
preconiū.

Septem quippe Cantica in diuina re-
periūtur pagina, quorū decātorū
causæ, mystice nobis quasi per quos-
dā gradus indicāt animæ profectus,
qui regūtur per gratiam septiformis
spiritus. Exeundū nāq; est de Ægy-
pto huius mūdi, & trāseundū mare
rubrū per baptisimū, vel per lachry-
mas pœnitētiæ, vt submerso vitiorū
satellite *primū* decātemus *Canticū* cū
Moysē: *Cātemus Domino gloriose enim*
honorificatus est, equū & ascēsores proiecit patruelis mei vineæ suæ. Processu v. huius
in mare. Deinde relicto sæcularium Angelicæ conuersationis cum in tātā
cellitu-

Deut. 32.
Canticum
III.

Iud. 5.
Canticum
IV.

Canticū VI.

2. Reg. 22.

Canticum
VI.
Esa. 5.

Septem
principa-
liora sunt
S. Scriptu-
ræ Canti-
ca & qua-
nam illa.

Exod. 15.
Canticū. I.
& quorum
hoc fit cā-
tare.

Præfatio Generalis.

Philip. 3.
Canticum
VII.

celitudinem pennis sanctæ contem- mora nominatur, vt à torpore suo a-
plationis euolauerimus, vt iã in ipsius nima per sermones cõsuetos discussa
sponsi amplexibus commorantes cū recalescat, & per verba amoris qui in-
Apostolo dicere possimus, *nostra autē fra est excitetur ad amorem qui supra*
conuersatio in cœlis est, tunc demū septi- est. In quo non irridenda neq; contē-
mum decantabimus Canticum, q̄ non nenda est descriptio sacra, sed miseri-
tantum Canticum, sed *Canticum Cāti-* cordia Dei cõsiderāda, in hoc & am-
corum dicitur, quando ab omni opere plior, quia vt nos ad amoris sacri am-
sæculari feriantes, cum ipso sponso plexus accendat, vsque ad infirmitatis
iugi quiete sabbathizare cœperimus. nostrę verba se inclināt. Sed vnde se

Quanam
huius libri
sit materia.

Tria autē sunt cõsideranda in hoc li- locutione humiliat inde nos intelle-
bro, *materia, intētio, finalis causa*. *Materia* etu exalrat, quia ex sermone huius a-
est sponsalia Christi & Ecclesiæ, siue moris discimus, qualiter in diuinitatis
cuiusq; fidelis animæ, q̄ cõstāt vera & amore seruiamus. Valdē autē solerter
perfecta eius dilectione, q̄ videlicet intruēdum est, ne cum exteriora audi-
dilectio demōstratur mortificatione mus, ad ipsa exteriora sentiēdo rema-
vitiōrum & delectatione virtutū atq; neamus, & machina q̄ ponitur vt le-
obseruatione ipsius mādatorum. *Intē-* uet, ipsa magis opprimat & grauet.
tio est legētes & audiētes hortari vt ita Debemus ergo in verbis exterioribus
studeant Christo per charitatē adu- quicquid est intus quærere, & loquē-
nari, vt digni sint spōsæ vocabulo nū- tes de corpore extra corpus fieri, de-
cupari. *Finalis causa* est summum inde bemus ad nuptias sponsi & sponsæ cū
cõsequi bonū, q̄ Deus est, de quo bo- intellectu charitatis (*cum veste nuptiali* Matt. 22.

Quanam
huius libri
sit inten-
tio.

no scribitur, q̄ *nec oculus vidit, nec auris* venire, ne si ista careamus, in tenebras
audiuit, nec in cor hominis ascenderunt ea exteriores) in cæcitatem ignorantia
que preparauit Deus diligentibus se. repellamur.

Quæ causa
finalis.

1. Cor. 2.

Attendēdum v. in hoc libro nihil se- Sciendum præterea quod Salo-
cundū literā carnaliter intelligēdum, mon tres edidit libros, *primum Pro-*
sed totū ad spirituale sensum referen- *uerbiorum, secuudum Ecclesiasten, tertium*
dum, quia *litera occidit, spiritus autem* *Cantica Canticorū*, qui singuli singulis
uiuificat. Nā quia Deus per se humano tribus Philosophiæ supponuntur par-
cordiloquens, capi nō poterat, per æ- tibus, videlicet *Physica, Ethica, Logica*
nigmata misericorditer mouet & re- hoc est naturali, morali, rationali sciē-
uocat, & per res cognitatas latenter ei- tia. *In Ecclesiasten* nempe de naturali
amorē rerū incognitarum insinuat, vt rerum statu disputat, *in prouerbiis* de
dum allegoricē alloquendū esset per morum honestate perorat, in *Canticis*
exteriora q̄ cognosceret intelligeret *Canticorum* de rationabili diuinorūq;
interiora, q̄ amare & seruare debet. mysteriorum dispositione decantat.
Nam hic quasi amoris cõporei verba His enim tribus modis quasi quibus
ponūtur, vbi oscula, ybera genæ, fœ- dā gradibus mētis profectus ducitur,

Omnia in
hoc libro
spirituali-
ter intelli-
genda.

1. Cor. 3.

Salomon
quot li-
brorum
auctor.

Liber Pro-
uerbiorū
respondet
Ethicæ, &
quare &
in eo tra-
ctetur &c.

*** 2

hoc

In Canticum Canticorum

hoc est ; naturalitate , moralitate , rationalitate. Naturalitas

Naturalitas quid sit hoc loco: item moralitas, & rationalitas.

est rerum ordinabiliter conditarum spectabilis variatio: moralitas honestæ vitæ informatio, rationalitas spiritualis diuinæque scientiæ optabilis affectio.

Sanè ex naturalitatis consideratione, dum attenditur quantæ pulchritudinis quantæ utilitatis, quàm decenter, quam rationabiliter, & quam ordinabiliter creata sint disposita, quam immutabiliter loco & tempore iussas seruet vices, satis perpendi potest, qualis & quantus, quam speciosior, quam sublimior, quam potentior; ac ideo quàm iuste colendus, quam digne adorandus sit ipsius creaturæ Conditor Deus: Vnde Apostolus

Bona quæ sequatur naturalitatis considerationem.

Rom. 1.

inuisibilia inquit eius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Non ergo excusari poterit homo, quia huiusmodi consideratione deducitur ad cognitionem creatoris & fidem quæ credit vera esse quæ promittit Deus iustis comminatur iniustis, atque ex hoc prius timore computigatur post amore.

Ex hac per timorem surgitur ad honestatem moralitatis.

Primo namque timore surgit ad moralitatis honestatem, donec processu conuersationis ipsa moralitas assumitur per charitatem quæ foras mittit timorem. Cum enim homo omni terrena creatura

excellentiore sit, ipsa autem creatura tantæ vt diximus pulchritudinis fit, nimirum perpendere poterit, quam longe pulchrior futurus sit, si per mortalitatis decorem Creatori suo adhæserit. *Ad imaginem quippe & similitudinem Dei factus est homo* qui ex duabus substantijs hoc est anima & corpore concretus, similitudinem habet Dei ex eo, quod uiuit, & inter reliquas creaturas valde bonus dicitur, ipsa corporis habitudine ad cælestia suspicienda & terrena calcanda, originaliter euectus. Sed quia sicut ipse Deus nec crescentibus creaturis crescit, nec decrescit, cum tamen in omnibus sit, sic nec anima minutis membris minuitur, nec adauctis augetur, & tamen est in omnibus.

Homo quomodo ad Dei dicitur factus similitudinem.

Anima quomodo tota in quolibet membro.

Porro imaginem Dei habet ex meliori portione scilicet anima, quæ viget ingenio, ratione, intellectu, in quibus profecto Dei ostenditur imago, qua ei conformatur per moralitatis honestatem, vt, sicut portauit imaginem terreni terrena diligendo, portet & imaginem cælestis, cælestia ardentem exquirendo & exercendo. Non enim pueriliter cogitandum, quod Deus qui incorporalis & incomprehensibilis est, aliquibus corporalibus lineamentis comprehendendi possit, vt habeat imaginem ad quam factus sit homo, sed imago eius est ratio humanæ menti insita, qua differt ipse homo

Secundum quid homo ad imaginem Dei dicitur factus.

1. Cor. 15.

ab ir-

Prefatio Generalis.

ab irrationabilibus; quaq; discernit iustum ab iniusto, honestum ab inhonesto, vtile ab inutili: qua deniq; reprimit bestiales animi motus, ne corrumpant mentis integritatem; quod si fragilitate aliqua impellente corruerint, denuo duce eadem ratione per sanctæ moralitatis studium reformare possit.

Quo studio moraliter homine instituto rationalitatis illum gratia dignanter prouehit, qua sui ipsius & Dei cognitionem accipiat: sui quidem qua perpendet quid sit, & vnde donum quod accipiat, quod non suo merito sed Dei gratia saluatur, in libertate gloriæ filiorum Dei assumptus sit: porro Dei, qua intelligat nihil melius, nihil potentius, nihil sublimius Deo, quem solum iure timere, venerari, diligere & colere tota animi virtute debeat. Et hæc est sapientia qua non intrat in maleuolam animam, neq; habitabit in corpore subdito peccatis, quia spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus qua sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate.

Virtus ergo moralitatis assumit gratiam rationalitatis, quia mens quæ Deo per disciplinæ honestatem appropat, magis scientiæ ipsius subtilitatem confiderat, iuxta Iacobi vocem qui suos auditores hortatur dicens *appropinquate Deo & appropinquabit vobis.*

Jacob. 4. Hunc triplicem animæ profe-

ctum Psalmista precatur dicens; *bonitatem & disciplinam & scientiam doce me.* primo namque bonitatem, Psal. deinde disciplinam, tertio loco ponit scientiam. Deus enim naturaliter bonus existens hominem naturaliter bonum condidit, quoniam ad imaginem & similitudinem suam fecit, data ei ratione qua posset discernere bonum & malum sed ipse horum alterum bonum non à se sed à Deo posse intelligens, bonitatem se doceri postulat, vt per naturalitatis bonitatem affectu sanctæ moralitatis disciplinam, per quam proficere possit ad illam incomprehensibilem & diuinam rationalitatis scientiam, huiusque profectus ordinem toto mentis desiderio semper flagitans proclamat, *bonitatem inquires & disciplinam & scientiam doce me.* Ac si alijs verbis dicat, quia me Domine Deus naturaliter bonum condidisti; qualiter ipsum bonum naturæ non meo vitio corrumpatur, sed tua gratia propagetur, doce, quatenus hoc modo velim & possim tuo adiutorio rectè viuere, & rectè viuens tuorum mysteriorum arcana mentis acriter penetrare.

Huic igitur tertiæ parti quam rationalitatem diximus iste liber subscribitur propter excellentiam sacramentorum, quæ in Christo & Ecclesia siue in qualicumque Deo dilecta animi inibi decantantur qui & merito inscribitur hoc nomine quod est *Cantica Cantisorum*

Cur liber hic Cantica Cantisorum intitulatur à rationalitate.

*** 3

quia

In Canticum Canticorum

quia omnib⁹ canticis perfectius & sublimius quasi quodam privilegio spiritualis harmoniæ insignitus mystica intonat. Nam si subtilius consideres omnia ferè Christi & Ecclesiæ sacramenta in eo decantari intelliges: Nempe vt v. g. dicam, in ipso Cantici principio dum dicitur ex persona Ecclesiæ *Osculetur me osculo oris sui*, aduentus Christi per carnem optatur, quasi alijs verbis Ecclesia dicat: qui mihi quondam per ora Prophetarum tuorum cæterorumque Patrum locutus est, iam nunc te ipsum præsentialem secundum carnem natus offer, & proprio ore mandatorum tuorum decreta mihi porrige. Passionem quoque Christi & Resurrectionem eo loco denotat, vbi dilecta loquitur *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur*, ac subinde, *botrus cypræ dilectus meus mihi*, vbi per myrrham amaritudinem passionis; per botrum dulcedo Resurrectionis exprimitur. Et alibi: *fuge inquit dilecte mi, & assimulare capræ aut hinnulo ceruorum super montes Bethel; per capream hinnulumque ascendente in cælum Domini potentiam insinuans. In grege detonsarum ascendente de lauacro, populus baptizatorum onera peccatorum deponentium accipitur in gemellis fœtibus gemina charitas; in oculis vero, dentibus, genis, capillis, cæterisque; quæ ibi nominantur membrorum compositionibus, spiritualis ornatus & compositio*

sanctæ Ecclesiæ, siue cuiuslibet sanctæ animæ pulchrè describitur. Hæreticorum ibi prauitas, Doctorum suauitas denotatur, & vt totum comprehendamus, quicquid in sancta Ecclesia generaliter vel specialiter agitur vel actum celebratur pulcherrimis allusionibus decantatur, vt merito tali nomine, quod est *Cantica Canticorum* iste liber pro sui excellentia appelletur.

Igitur nostrum in hoc opere propositum est ipsorum sacramentorum rationalitatem vt possumus inuestigare, maximè verò ad ædificationem vestrâ sanctæ sorores moralitatem inspicere, & vestrum in amore sponsi vestri Domini Iesu Christi animum excitare.

Totum verò librum in quatuor diuisimus tomos, propter quatuor periocharum recapitulationum subdistinctiones, quæ signantur capitulo hoc tertio repetito, *adiuro vos filia Ierusalè per capreas ceruosq; cæporum ne suscitatis neq; euigilare faciatis dilectam quo adusq; ipsa velit.*

Harum ergo Periocharum prima est ab eo quod ait, *Osculetur me osculo oris sui, vsque, Adiuuro vos filia Ierusalem.* Secunda ab eo quod dixit, *Vox dilecti mei, Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles, vsque itidem, Adiuuro vos filia Ierusalem.* Tertia prolixior quæ sic incipit, *Quæ est ista quæ ascendit per desertum, vsque ad tertiam adiurationem, Adiuuro vos filia Ierusalè.* Quarta. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delicijs affluens, vsque ad finem.*

Harum

Quod sit osculū quod petit spōsa.

Incarnatio, passio resurrectio Christi quibus locis in Canticis perfingitur.

Cant. I.

Cant. 8.

Ascensio Christi vbi exprimitur, aliaque multa quæ in Ecclesia acta, vel aguntur.

Quis scop⁹ huius sit operis.

Partitio libri huius in quatuor tomos, propter quatuor illius Periochas.

Cap. 1.

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 4.

Præfatio Generalis.

Libri huius
in quatuor
tomos di-
uisiones
dantur cau-
sa. Prima
propter
quadrigam
Euangeli-
cam.
Secunda
propter
quadrigam
moralem.

Harum fanè quatuor partium decantationes in quatuor distinxi-
mus libellos: vel propter *quadri-*
gam Aminadab Euangelicam, siue
moralem quæ constat quatuor vir-
tutibus Cardinalibus, quam sponsa
turbata expauit vel vt moneatur
animus moralitati studens quadra-
tus esse debere virtutibus, vt sicut
quadratu quocunq; vtitur stat; sic
ille nec eleuetur prosperis nec deij-
ciatur aduersis, sed veluti lapis qua-
dratus in ædificio Domini positus
mortificatione vitæ carnalis Chri-
sti passioni conformetur, crucis suæ
baiulus, vt possit comprehendere
cum omnibus sanctis, quæ sit lon-
gitudus, latitudo, sublimitas & pro-
fundum. Cuius comprehensionis
virtus sola perfectorum est, qui in
caritate radicati & fundati ita crea-
tori suo inhaerent, vt *Canticum Can-*
ticorum amplitudine charitatis iu-
giter decantent in quibus hæc qua-
dratura charitatis consistit. *Longa*
enim in sanctis est charitas, quia
non horaria sed perseverans &
continua; *lata*, quia etiã vsque ad
inimicos extenditur; *alta*, quia
propter spem & remunerationem
vitæ æternæ habetur: *profunda*, quia
etiã Dei secreta penetrat, *nemo a. co-*
gnouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, per
quam ipsa charitas in sanctarum cordi-
bis diffunditur.

Tertia, pro-
pter Qua-
draturam
charitatis,
& in quo
consistat.

1. Cor. 2.
Rom. 5.

In ipso quoq; capite vero exem-
plari nostro Domino, id est Christo
huius quadraturæ pulchritudo de-

lectabiliter refulget, figurata in pas-
sionis suæ genere, crucis videlicet
specie. *A summitate* quippe crucis
vsq; deorsum longitudo charitatis
eius exprimitur, de quo Iohannes
dicit, quod *cum dilexisset suos qui e-*
rant in mundo, in finem dilexit eos: lati-
tudo verò à dextra in sinistram por-
recta ad dilectionem inimicorum
protèditur, pro quibus supplicans,
pater inquit *ignosce illis quia nesciunt*
quid faciunt, sublimitas in tituli in-
scriptione attenditur, vix enim cõ-
siderari potest altitudo benignita-
tis eius, qua nos regit, fouet & cu-
stodit: *profundum* per partem terræ
infixam, quæ cætera sustinet, a-
byssum iudiciorum Dei occultat
quia cum tanta Deus egerit & pas-
sus sit pro salute hominum,
cur hunc assumat, illum repel-
lat, inscrutabile & inuestigabile
est.

Quarta
propter
quadratu-
ram Sanctæ
Crucis.

Ioh. 13.
Luc. 23.

Vos igitur ô dilectæ sorores cum
Domino crucifixæ mundo discite
comprehendere cum omnibus
sanctis, *longitudinem*, *latitudinem*,
sublimitatem & *profundum* charita-
tis, quatenus in thalamum Do-
mini nostri sponsi vestri cum
ascensis lampadibus, hoc est bo-
nis opetibus introductæ canti-
cum illud canticum illud nouum
solis Virginibus cantandum, verè
canticum Canticorum valeatis iu-
giter ante thronum Dei decantare.

Parænesis
ad Virgines
quibus o-
pusculum
dedicat.


Sed iam nunc ad ipsius seriè libri
veniamus, hoc præmonentis, vt si
quem

Parænesis
ad Lectore.

In Canticum Canticorum Pref. Gen.

quem mouet quod ultra mensuram sermo porrigatur, & explanationis modum supereffluat oratio, nouerit nos non tantum explananda gratia id opus assumpsisse; sed hac potius intentione, vt inde nobis

materiam sumeremus, vnde sanctarum sororum religioso desiderio, quibus non potuimus verbis, saltem satisfacere scri-
pris.



LIBER




LIBER PRIMVS
D. VVOLBERONIS,
ABBATIS, ORD. S. BENEDICTI
IN CANTICVM CANTICORVM
SALOMONIS.

CAPVT PRIMVM.

1. **O**sculetur me osculo oris sui.
Quia meliora sunt vbera tua vi-
no, fragrantia vnguentis optimis.
3. Oleum effusum nomen tuum, ideo ado-
lescentula dilexerunt te nimis.
4. Trahe me: post te, curremus in odore
vnguentorum tuorum. Introduxit
me Rex in cellaria sua: exultabimus,
& letabimur in te, memores vberum
tuorum super vinū: recti diligunt te.
5. Nigra sum sed formosa filia Ierusalem,
sicut tabernacula Cedar, sicut pellis
Salomonis.
6. Nolite me considerare quod fusca sim,
quia decolorauit me Sol: Filij Ma-
tris meae pugnauerunt contra me,
posuerunt me custodem in vineis: vi-
neam meam non custodiui.
7. Indica mihi quem diligit anima mea,
vbi pascas, vbi cubes, in meridie, ne
vagari incipiam post greges Soda-
lium tuorum.
8. Si ignoras te o pulcherrima inter mu-
lieres, egredere & abi post vestigia
gregum, & pasce hados tuos iuxta
tabernacula Pastorum.
9. Equitatu meo in curribus Pharaonis
assimilauit te amica mea.
10. Pulchra sunt gena tua sicut turturis,
& collum tuum sicut monilia.
11. Murenulas aureas faciemus tibi ver-
miculatas argento.
12. Dum esset Rex in accubitu suo, nardos
mea dedit odorem suum.
13. Fasciculus myrrhae dilectus meus mi-
hi, inter vbera mea commorabitur.
14. Botrus cypri dilectus meus mihi in vi-
neis Engaddi.
15. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu
es pulchra, oculi tui columbarum.
16. Ecce tu pulcher es dilecte mi & deco-
rus. Lectulus noster floridus.
17. Tigna domorum nostrarum cedrina,
laquearia nostra cypresina.

A

VER-



VERSUS PRIMVS.

Osculetur me osculo oris sui.

Iohan. 1.



I filius Dei verbum Dei est, de quo dicit Ioannes, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum; & Deus*

Os Dei, verbum Dei, filius.

erat verbum, profecto & os Dei, quia ore verbum profertur, idem filius Dei non abunde accipitur. Osculum

Osculum Spiritus Sanctus.

Rom. 5.

non inconuenienter spiritum sanctum accipere possumus, quia pax & charitas quæ per osculum significantur, per spiritum sanctum dantur, in quo fit remissio peccatorum, per quam reconciliamur Deo, per quem datur distributio donorum qua coniungimur Deo. Sed Patris & Filij & Spiritus Sancti sicut indiuisa est substantia, ita quoq; & indiuisa operatio, & in tota Trinitate quamuis sit in personis distinctio, vna tamen & eadem est voluntas & operatio.

In S. Trinitate distinctio est in personis, non in operibus.

Osculans Deum Patrem.

Osculans ergo, & os, & osculum, tria vnũ operantur, id est charitatem in cordibus eorum, qui hoc osculo participant, quia vt diximus, vna est operatio Patris & Filij & Spiritus Sancti, & Osculum Oris, id est verbi, quod est Filius, Osculum et est Osculantis id est Patris, quia Spiritus sanctus est Patris & Filij, & Osculum est gratia & pax & charitas huius indiuiduæ Trinitatis. Per Osculum ergo Oris Osculan-

tis id est per Spiritum Sanctum, Patris & Filij, quorum est vna substantia, vna maiestas, vna virtus, vna potentia, vna voluntas, vna operatio; primũ quidẽ datur peccatorũ remissio, osculo pacis, osculo recõciliatorio; deinde donorũ distributio Osculo charitatis, osculo cõtẽplatorio.

Hoc ergo geminata gratiæ osculum, ordine suo vniuersaliter sancta Ecclesia, siue particulariter quelibet sancta anima expetit à Domino Creatore suo, perpendens & considerans creatricem Trinitatem quæ vbiq; præsens est per diuinitatis potentiam non adesse per inhabitationis gratiam, quæ vbiq; non est nisi per dilectionem per quam cognoscitur inhabitatio diuinitatis, & è cõuerso per inhabitationem diuinitatis dilectio: Atque ideo postulat sibi porrigi osculum, primò vt diximus reconciliatorium per remissionem peccatorum, vt deinde promereri possit osculum contemplatiuũ per gratiam donorũ. Sed cũ probatio dilectionis exhibitio sit operis, profecto per exhibitionem operis agnoscitur inhabitantis gratia diuinitatis; quia dilectio operans & operatio diligens est osculum oris osculantis, id est tota menti inhabitans gratia Trinitatis.

Geminatæ gratia osculum.

Gregorius.

tis.

Ioh. 14.

tis. Vnde dicit Dominus in Euangelio si quis diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum; & ad eum veniemus, & mansione apud eum faciemus.

Expositio 1. verborum, Osculetur me &c.

Dicit ergo Osculetur me osculo oris sui. Ac si alijs verbis, dicat, ipse creator meus per gratiam suam ad hoc cor meum accendat, vt eum diligam, diligens operatione placeam, placens in habitatione eius dignus efficiat.

Expositio 2. verborum, Osculetur me &c.

Siue vt ad solam Filij personam referamus, mysterium Incarnationis eius Ecclesia exoptat, quatenus per se ipsum loquentem audiat, quem hactenus per ora Patrum audierat. Verbum quippe incarnandum, primo praeceptorum siue Sacramentorum suorum arcana in lege & prophetis promisit, quod veniens postmodum ipse impleuit, & immutabiliter obseruanda, quasi manus suae appositione signauit: vnde per Prophetam dicit, propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego qui loquebar, ecce assum.

Esa. 52.

Locutio in-
determina-
bilis in lege
& prophetis;
determina-
bilis in Eu-
angelio.

Locutio sane illa qua loquebatur per legem & Prophetas, quasi per instrumentum, obscura & indeterminabilis fuit; sed ipso veniente & per se loquente determinabilis & plana est effecta; quia praesente veritate, necesse erat umbram cessare. Sed quia praecedens locutio, siue per Angelum, siue per hominem, siue per aliam aliquam creaturam, multis modis facta est, hoc est, vel voce, vel signo, vel operatione, vel visione, vel solo tactu cordis; sequens per ipsum mediatorum Dei & hominum; (dicit n. Apосто-

Varij locu-
tionis diuini
modi.

lus, quia multifarie multisq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouis. Hebr. 1. sine diebus istis locutus est nobis in filio;) profecto sicut artifex longè melior est instrumento, sic ista nouissima locutio, quoniam ipse per te Filius Dei protulit, longè dignior & optabilior est illa locutione quam in Patribus velut in Instrumentis utebatur: Nouissima ideo, quia post illam non potuit, nec poterit firmitus vel certius aliquid dici vel scribi.

Locutio nouissima vnde dicatur.

Huius ergo locutionis suauitatem vt pote veram veritatis veritatem suo sensui reuelandam, toto animi ardore sancta flagrans Ecclesia proclamat, Osculetur me, inquit, osculo oris sui. Osculum autem pacis siue dilectionis est signum: Et de hoc vero pacifico Domino Jesu Christo scriptum est, quia veniens, euangelizauit pacem his qui longè & his qui propè erant. Tuam verò pacem? Nimirum illam, quae dissoluit inimicitias inter DEVM & hominem quam sancti Prophetae annuntiauerunt quidem, sed dare non poterunt. Hic autem magni consilii Angelus & princeps pacis & annuntiauit & dedit. Vnde merito eius praesentiam, allocutionem & affabilitatem sancta suspirans Ecclesia, ipsius colloquio quasi pacifici oris Osculo pacem veram & integram serentis & dantis votis omnibus optat perfrui dicens, Osculetur me osculo oris sui, ac si dicat, ipse mihi per se exhibeat, quod sancti Patres

Osculum & gnum est pacis.

Ephes. 2. Christus quam pacem annuntiauerunt.

Esa. 9.

Expositio verborum Osculetur me &c.

exhibendum, olim dictis, scriptis, & signis firmauerunt.

Et quare magis hoc optet, subdit causam, *quia meliora sunt inquitens u-bera tua uino*, hoc est, nutrimenta Euangelicæ lenitatis, melius & citius salutis meæ consulunt, quam legalis sententiæ austeritas, vel Philosophorum tumens & inanis loquacitas; de quo plenius tractabitur versu secundo.

Moraliter uero dilecta Deo anima adepti iam illo nobili & incomparabili cœlibatu, & in sponsi sui Creatoris & Redemptoris sui secreta & humanæ menti inaccessibilia sancta sanctorum intromissa, lætambunda proclamat; *osculetur me*, inquitens *osculo oris sui*. Vnde autem hæc tanta, talis, tam fidenter & sublimiter præsumens proclamatio? *nimirum de puro corde, & conscientia bona, & fide non ficta*. Hæc enim est assequendæ perfectionis ratio, scire quid, qualiter, quare; id est, materiã, intentionem, utilitatem operandi. Considerandum quippe magnopere est quid agas, qua intentione, quo fructu. Nam omnis actio corde cõcipitur, intentione nutritur, fide perficitur. Siquidem si quid boni inchoas, ipsius boni; intentio Iudex erit, quia *si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam, tenebrosus erit*. Porro ipsum opus fides aut destruit aut prouehit. Credit enim aut non credit Deo promittenti suo cultori ea, *qua nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-*

minis ascenderunt. Qui enim infidelis est, infideliter agit, & qui fidelis est, fideliter agit.

Potest enim fides trifariam diuidi, ut dicatur fides mortua, ficta, probata. *Mortua fides* dici potest, quæ secundum Apostolum *sine operibus est*, quæ insensibilis quasi animam non habens, id est charitatem, ad nullum opus bonum vegetatur vel mouetur. *Ficta* uero est, quæ in charitate non radicata, iuxta uocem Dominicam, *in tempore credit, & in tempore temptationis recedit*, quia uera non est, sed ficta. *Probata* uero fides est, quæ nullis tribulationibus, nullis aduersitatibus deficit, eò quod in charitate firmiter radicata sit.

Studeat ergo fidelis anima & prudens *fide non ficta seruare charitatem*, de corde puto & conscientia bona, quod est interioris habitus perfectionis, quem habitum sola efficit *charitas*, ea quæ perfecta *foras mittit timorem*; quam approbant hæc tria, cor purum, conscientia bona, fides non ficta, quæ tamen ex ipsa charitate proficiuntur. Quis enim *omni custodia seruat cor suum*, ut habeat bonam conscientiam, nisi ex charitate? quis uero fidem firmam & inconcussam seruat, nisi ex charitate? Sunt ergo hæc tria charitatis probatiua, ipsa uero charitas horum effectiua.

Hæc sunt in Euangelio oleum, uasa, lapades, quibus ornatae uirgines non fatuæ, sed prudentes sponsi sui Domini nostri

I. Cor. 2.
Esa. 64.
Trifaria
fidei diuisio.

Quæ dicatur
fides mor-
tua.

Iacobi. 1.

Quæ fides
dicatur ficta.

Luc. 8.
Fides pro-
bata quaerit.

I. Tim. 5.

I. Ioan. 4.

Prou. 4.

Quid per o-
leum, uasa,
& lampadis
in Enãgelio
significetur.
&c.

Matth. 25.

nostri

Expositio
quarta ca-
que moralis
verborum,
osculetur
&c.

I. Tim. 5.

Requisita
ad perfe-
ctionem.

Luc. 11.

nostri Iesu Christi præstolantur ad-
uentum vt cum eo intræt ad nupti-
as nuptiarum. Quid enim est ole-
um nisi opus bonum: Quid autem
vasa nisi conscientia ipsorum scili-
cet operum gestatoria? quid verò
lampades nisi ipsorum operum fer-
uor & splendor? Si enim Sancti vi-
ri seruent charitatē, splendēt exhi-
bitio ne; vt videntibus sint pro exē-
plo, operantibus pro luce. Oleum
ergo in vasis suis cum lampadibus
ferunt, qui opus bonum in consci-
entia læta & securā tegunt, eā inten-
tione, vt & laudem humanam non
quærāt, & proximis exemplum be-
ne operandi præbeant.

De corde ergo puro & conscien-
tia bona & fide non ficta, dilecta
Deo anima scalam sibi erigat, in qua
*ascensiones disponat, quibus de virtute in
virtutem, ad illud summum bonum,
quod est Deus, per charitatem per-
ficiat, formam accipiens ab ipso
sponso suo Iesu Christo, qui excel-
sus Dominus super omnes gentes, humi-
lis venit inter gentes, vt nos doce-
ret sui humilitatem ascendere, vnde
primi parentes nostri per superbiā
descenderant. Humilitas enim du-
cit eam per charitatem ad illā Dei-
tatis visionē, quasi ad tertium cœ-
lum, ad quod se raptum asserit Aposto-
lus & audisse ineffabilia verba, qua non
licet homini loqui.*

Ponamus, vt quasi primum sit
cælum humilitas, secundum chari-
tas, tertium contemplationis subli-
mitas. Cum ergo subleuata mens,

ad humilitatis virtutē quasi ad pri-
mum cælum surgit, despectis iam,
calcatisque omnibus mundi volu-
ptatibus, per charitatem, quam aqua
multa non possunt extinguere fortis enim
vt mors dilectio, ad secundum ascen-
dit cælum; cumque in tantum pro-
fecerit, vt nihil aliud cogitet, nihil
aliud desideret quam Deum, per
contemplationem ad tertium sub-
leuatur cælum, vbi supra se posita,
& diuinæ sapientiæ loculta demirās
dicit: *Secretum meum mihi, secretum
meum mihi.* In quo secreto iam tor-
rente illius ineffabilis voluptatis debriata,
lota facie, & purgari labiis carbonibus
desolatoriis, desideratis spōsi sui am-
plexibus immoratur dicens, *Oscule-
tur me osculo oris sui.*

Sed quæ est hæc confidentia, vt
tam repentē osculum oris Domini
sui expetat, quasi sine ordine & gra-
du aliquo, ad tam præcipuum &
summum accedere ratio non per-
mittat?

Vnde considerandum, quia & il-
la prius inferiora quædam oscula
præcesserunt; primo quidem oscu-
lum redemptionis, deinde osculum
reconciliationis, ad summum vero
osculum dilectionis. Et osculum
redemptionis est quasi osculum pe-
dum Domini; osculum reconcilia-
tionis, est quasi osculum manuum;
osculū vero dilectionis, quasi oscu-
lum oris. Per pedes quippe quibus
de loco ad locum mouemur, Salua-
toris humanitas designatur, cuius
humanitatis disputatio, videlicet

A 3 quod

Cant. 8.
Secundum
cælum cha-
ritas.

Tertium cœ-
lum cōtem-
platio, ad
quod raptus
Apostolus.
Esa. 24.
Psal. 35.
Psal. 119.

Cur anima
Deo dilectæ
tā cōfidēt
ex abrupto
osculum ex-
petit Domi-
nici oris?

Diuersa in-
ferioris ge-
neris oscula
quæ præces-
serunt oscu-
lum oris
Dominici.

Scala ad sum-
mum bonū
perueniēdi.
Psal. 83.

Psal. 112.

2. Cor. 2.
Primum cœ-
lum Humi-
litas.

6 *In Canticum Canticorum Salomonis*

Rom. 6.

Esa. 10,

Psal. 144.
Quando
computruerit
iugum à
facie Dei

Fedes Domini
quando
osculemur.

Qui & qualiter
causam
reconciliationis
segerint.

quod spinis coronatus, passus, mortuus, & sepultus est, & resurrexit, in motu & transitu fuit: Christus enim resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, quia per hanc à captiuitate diaboli in libertatem exiit Christi, & iuxta Prophetam computruit iugum à facie olei. Quia enim græcè ὀλεός, latinè misericordia dicitur, & natura Dei est omnibus superferri liquoribus, misericordia autem Domini super omnia opera eius; quando Deus mundum misericordia respexit, iugum captiuitatis eius in aduentu Saluatoris computruit.

Pedes autem Redemptoris nostri tunc osculamur, quando humanitatis eius mysteria fide & deuotione amplectimur, humilitatisque eius, patientiæ, & obedientiæ vestigia, in quantum possumus imitatur. Ablata autem captiuitate nunquid protinus homo Deo coniungi meruit? Suâ enim culpâ per liberum arbitrium, in captiuitatem Diaboli deuenerat, quia dum natura bonus conditus esset, proprio ad malum lapsus est vitio. Quia ergo voluntate & opere Deo rebellaauerat, & hoc longe à gratia eius recesserat, reconciliatione opus habebat.

Præcesserunt a. Ministri Dei Sancti Patres nostri, huius reconciliationis causam agentes, prædicando, exhortando, docendo, & præcepta eius frequenter annuntians, & cum ab errore quidem libe-

rare, sed perfectæ non potuerunt libertati donare. Successit ipse creator eius assumens mortalitatem illius, ut ei suam immortalitatem daret, & destructo medio pariete soluens inimicitias in carne sua per sanguinem, libertate eum donauit osculo Redemptionis, deinde mox eundem coniunxit sibi osculo reconciliationis, qui de illo diuinitatis suæ altitudine se deorsum inclinans, dirupto vetusto peccati chyrographo, scribebat in terra nouum pacis & reconciliationis huius testamentum per baptismi Sacramentum, in quo data quasi manumissionis gratia perfectam restituit libertatem, & adoptauit eum in filium, quem prius nec dignatus fuerat habere seruû propter voluntarium peccati iugû, dedit ei manu scriptum hereditatis huiusmodi, quâ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Hoc autem testamentum siue manuscriptum, tenet nunc & tenebit sancta Ecclesia, siue quælibet fidelis anima, ut si verum Patrem Deum cognoscere, habere & amare non destiterit, de tali hereditate semper secura sit.

Manibus ergo Domini osculum porrigimus, quando huius reconciliationis pactum siue decretum, si de & opere obseruamus, atque in huius vitæ via, aduersario nostro, hoc est Dei verbo consentientes, perpetuam cum eo pacem, iuste & pie viuendo habemus,

Post

Qui creator
hominis idē
& reconciliator.

Eph. 2.
Osculū Redemptionis
& reconciliationis
quod & quando datum est.

I. Cor. 2.

Manibus
domini osculum
quâdo datur.

Post reconciliationem vero quasi securitate accepta, liberius & iucundius homo diuinitati appropinquare cœpit, & iuxta quod Iacobus dicit, *appropinquate Deo & appropinquabit vobis*, quo plus Deo per studium boni operis appropinquauit, tanto sibi propinquiorem Deum per cōtemplationē fecit, ita vt postpositis omnibus mundi negotijs, terrenisque calcatis desiderijs, cum Moyse montem conscendens dicat, *Domine ostende mihi faciem tuam*: in cuius visione delectabiliter hærens, vsque adeo ardore diuinæ charitatis procedat, vt osculum oris eius expetat dicens *osculum oris tui*.

Iac. 4.

Ex. 33.

Osculum oris Domini, ei non de repente sed paulatim sponsa expectiuit
Osculum redemptorium & reconciliatorium sit gradus ad contemplatorium.

1. Cor. 12.

S. Maria Magdalena triplex a Deo consecuta osc:

Igitur non de repente sed paulatim, & quasi quibusdam gradibus, ad ineffabilem illius summæ charitatis dulcedinem veluti ad osculum oris Domini peruenit: ita vt primus sit gradus osculum redemptorium, secundus osculum reconciliatorium, tertius osculum contemplatorium. Hoc enim est etiam tertium cœlum, quo *Apostolus* raptum se asserens, specialis scientiæ gratiam ab isto principali oris Domini osculo accepit, omnibusque per orbem Ecclesijs, eiusdem osculi suauitatem prædicando, & ad tantæ sanctitatis perfectionem exhortando peruenit.

Huius sanè trifariam osculi gratiam, mulier illa in Euangelio officioso præsignauit obsequio, quando primum ad pedes Domini de-

uotè procumbens, osculando; lacrymis rigando, crine tergendō, peccatorum veniam obtinuit quasi dato sibi osculo redemptorio dū audiuit *remittuntur tibi peccata tua*. Moxq; acceptis quasi à manu Domini, præscriptis tabulis libertatis osculo donatur reconciliatorio, dum per remissionem peccatorum reconciliatæ Deo dicitur, *Vade in pace*. De hinc processu bonæ conuersationis, tanto charitatis ardore adhæsit Domino, quasi osculo oris eius, osculo contemplatorio, vt ipsius Domini laudata sit præconio dicentis, *Maria optima partem elegit, quæ non auferetur ab eâ*.

Redemptorium, Luc. 7.

Reconciliatorium Ibidem.

Contemplatorium. Ibidem.

Possimus quoque non absurde hoc triplex osculum accipere, fidem spem, charitatem, vt fides sit quasi osculum pedum Domini, spes manuum, charitas oris; fide enim saluamur, spe subleuamur, charitate glorificamur. Fide pedes Domini, id est, humanitatis eius Sacramenta amplectimur, quod pertinet ad salutem: spe manus Domini attingimus, quibus ad cœlestia promissa speranda ducimur, quod pertinet ad patientiam; si enim *quæ non videmus speramus, per patientiam expectamus*: Charitate vero quasi ori Domini osculum porrigimus, dum ab eo æterna beatitudine speramur, quod pertinet ad remunerationem.

Per triplex osculum. quoque accipitur, fides, spes, charitas.

Qualiter fides, spes, manus charitas os domini osculetur.

Rom. 8.

Breue prædi-
ctorū omniū
summariū.

Cor. 13.

Dicat ergo generaliter tota Ec-
clesia, vel specialiter sancta quæli-
bet anima, *osculetur me osculo oris sui*:
Osculo inquit oris, nō vt prius Pro-
phetarum, vel aliorū quorumlibet
Doctorū, sed *sui*; quia ipse mihi sua
doctrina & exemplo formam vi-
uendi instituit, per quam ipsius ad-
iutorio repulsis & abiectis omnib.
huius mundi obstaculis, & perfecta
iam libertate adepta, osculo dilecti-
onis illi iugiter adhæreā, donec as-
sumpta quandoque immortalitate,
& incorruptione corporis & ani-
mæ, immutabiliter & inseparabili-
ter illi coniungar, dicamque veraci-
ter, *osculetur me osculo oris sui*: vt quod
*nunc video per speculū in enigmate tunc
videam facie ad faciem, cum erit Deus om-
nia in omnibus.* Hæc itaque deside-
ro, hoc quæro, hoc votis omnibus
exoptō. Quare?

VERSVS II.

*Quia meliora sunt vbera tua vino, fra-
grantia vnguentis optimis.*

Cant. 10.
Due vbera,
peccatorum
remissio, &
donorum
distributio.

Matth. 3.
Lex vetus
compara-
tur vino me-
daci, & quare

Quænam sunt ista *vbera tua*? Re-
missio peccatorū, distributio
donorū. Hæc me flentem cōsolan-
tur, hæc me parvā nutriunt, & in vi-
rile robur perducunt: hæc me vo-
cant, attrahunt, mulcent; quia mihi
per Euangelium tuum clamant, *pæ-
nitentiam agite, appropinquabit enim re-
gnum cælorum.* (Porro vinū morda-
cis legis, autoritate sua me terret,
auertit, & exasperat; quia clamat o-
culum pro oculo, dentem pro dente; &

*quisquis hæc vel illa fecerit, morte mori-
atur.*) Hæc inquam vbera tua valde Exod. 27.
me inuitant, animant, & confor-
tant, propter nimiam pietatis tuæ
abundantiam, & donorum præro-
gatiuam: sed cum ex vno istorum v-
berum tuorū profluat remissio pec-
catorum, ex altero distributio do-
norum ordo est vt prius detur re-
missio peccatorum: deinde distri-
butio donorum. Verum magnitu-
do pietatis suæ, id quod posterius
est, hoc est distributio donorum;
& quod prius est, hoc est remissio
peccatorum, non nunquam in qui-
busdam præcurrere facit, ob hanc
causam, vt magis susciten-
tur & allaborent vocanti gratiæ tuæ
ad percipiendam remissionem pec-
catorum.

Quod exempli gratia in Corne-
lio Centurione considerari potest, Actor. 10.
in quo præcessit donum gratiæ tuæ
in generibus linguarum, quo magis
animatus & quasi certificatus, præ-
ptior accederet ad percipiendum
fidei Sacramentum in remissionem
peccatorum. In Paulo quoque A-
postolo idem donū gratiæ tuæ præ-
currit in munere intellectus & dis-
cretionis, ad quæ cum Ananias mis-
sus venisset, *Salue, inquit, frater misit* Actor. 9.
*me Dominus Iesus, qui apparuit tibi in
via, qua veniebas, vt videas & implearis
spiritu sancto.* Nunquid istud eius vi-
dere solummodo pertinuit ad illu-
minationem corporalium oculo-
rum, & non potius ad illuminatio-
nem mentis, qua videret & cognos-
ceret

ret veritatem quam impugnabat? Nonne & hoc fuit impleri Spiritu sancto. Ad hoc enim Spiritum Sanctum ei nondum baptizato dediti, vt sciret discernere inter vmbra legis quam defendebat, & veritatē Euangelij quam impugnabat, relictaque vmbra ad veritatem percipiendam in remissionem peccatorum, eiusdem Spiritus Sancti adiutorio alacrior & feruentior accederet. Hæc ergo vbera tua Euangelica quæ trahunt ad salutem propter suilenitatem, meliora sunt illis legalibus institutis, quæ deterrent à salute propter sui austeritatem.

Per vbera lex Evangelica signifiatur.

Itē duo vbera sunt secreto- rum celestium dulcedo & gloria.

Psal. 16.

Verum vt altius aliquid considerem, quæ etiam *o dilecte sunt ista vbera tua*, nisi illorum celestium secretorum tuorum, ineffabilis dulcedo & gloria, de quo dicit Psalmista, *satiabor dum apparuerit gloria tua?* In hoc ergo mirabile secretarium tuum, postquam munere gratiæ tuæ per contemplationem ascendero, nullis neque allicientium prosperitatum blandimentis, neque deterrentium aduersitatum flagellis ab amplexibus tuis atelli potero, *quia meliora sunt vbera tua vino*; meliora sunt, imo incomparabilia, Paradysus ille voluptatis tuæ, & manifestatio gloriæ tuæ huius sæculi voluptatibus & transitorijs honoribus. Qualia autem sunt hæc vbera tua?

Quæ sunt vnguenta vnde sponsi vbera habeant fragrantiam & quis vnguentarius.

Fragrantia vnguentis optimis.

Nam hæc vnguenta non quorūcunque vberum, sed tuorum signa, tanta certè suauitate redolentia, vt

ipso odore suo, quæ, & cuius sint, fiant cognoscibilia. Sed quæ sunt hæc vnguenta? Nimirum, quæ composuit & componit ille tuus præstantissimus vnguentarius siue pigmentarius Spiritus Sanctus. Quæ autem sunt species, quibus hæc vnguenta conficiuntur? Profecto illæ, quas Apostolus quodam loco enumerās spiritualis fructus appellat, *fructus, inquit spiritus sunt, pax, patientia, bonitas, benignitas, fides, mansuetudo, obedientia, continentia castitas.*

Species vnguentorum. Gal. 3.

Quam bona & utilis arbor in horto Domini talis fructuum species producens, & pro sui fecunditate gratulabunda proclamans; ego *Psal. 51. autem sicut oliua fructifera in domo Domini.* Huius certè arboris cultor Spiritus Sanctus est, qui tales sibi fructus assumit ad componenda vnguenta, quibus fragrent dilecti vbera, quæ illis conferuntur, qui his fuerint delibuti vnguentis, & possunt dicere cū Apostolo, *Christi bonus odor* 2. Cor. 2. *sumus Deo in omni loco: quia talibus datur remissio peccatorum, & distributio gratiarum.*

Compositor vnguentorum Spiritus S.

Verum ad huiusmodi vnguentorum suauitatem, ex prædictis virtutum speciebus conditorum, nulla humana ratio sine adiuuante gratiâ proficit: quia nihil sanctum, nihil rationabile homo quamuis rationis capax incipit vel perficit, nisi efficiente illo ipsorum vnguentorum compositore Spiritu Sancto suâ interiori vnctione, sicut de eo Iohannes suis auditoribus dicit, *Et vnctio eius*

B

eius

1. Iob. 2. eius docebit vos de omnibus.
 vñctio interio-
 rum animarum.
 Nempe talis vñctio vera interio-
 ris hominis est medicina, & fortif-
 simum contra morbos animæ anti-
 todum, quo peccati vulnere faucia
 sanat & vegetat, mentem illuminat,
 ad munera diuinæ gratiæ promerē-
 da excitat; postremò tanta huius
 dulcedinis vigore perlustrat, vt po-
 steriorum obliuiscens & in ante se
 extendens, & super se erigat dicens
Philip. 3. cum Apostolo, *nostra autem conuer-*
satio in cælis est, vbi ab omni miseriam
Esa. 66. libertate adeptâ, *satiatur ab vberibus*
consolationis Dei, & epuletur ab introitu
gloriæ eius.

Item duo v-
bera doctri-
na & opera-
tio Christi.
 Possunt quoque non inconueni-
 enter accipi huius dilecti vbera, do-
 ctrina & operatio Domini nostri
 Iesu Christi, quibus in humanitate
 sua mundo innotuit optimis virtu-
 tum vnguentis & tunc & nunc re-
 dolentibus; tunc quidem primitias
 nouæ fidei doctrinæ lacte nutriens,
 & operationis virtute confirmans;
 nunc autem ipsius fidei plenitudi-
 nem quasi solido cibo doctrinæ ro-
 borans, & operationis exemplo ad
 honestæ vitæ perfectionem infor-
 mans.

Per vinum
lex vetus
significatur.
 Quæ profecto vbera tantæ pie-
 tatis & gratiæ vnguento redolentia,
 longè meliora sunt vino, id est, au-
 steritate legalium Cæremoniarū,
 siue rerum gestarum, vtpote veri-
 tas umbrâ; Spiritus viuificans literâ
 occidente. *Nihil enim, vt ait Aposto-*
lus, ad perfectum addidit lex; sed omnia
in figurâ continebant illis, scripta sunt
Heb. 7.
1. Cor. 10.

autem ad correctionem nostram in quos
sines seculorum, deuenerunt. Siue meli-
 ora vel potius incomparabilia sunt
 vino, id est voluptate sæcularium
 dogmatum, quæ cum Auditores
 suos vnguento carnis delectatio-
 nis inficiunt, ad mortem animæ per-
 trahunt; & ita ab opposito quan-
 tum, ô dilecte, tuorum vberum con-
 solatione, ad tuam gratiam anima
 proficit, tantum ab ipsa tua gratia,
 istorum exitiali confectione defi-
 cit.

Per vinum
dogmata sæ-
cularia signi-
ficantur.

VERSVS. III.

Oleum effusum nomen tuum: id est
adolescentula dilexerunt te.

Mirantur me intuentes, ô dile-
 cte quod te sic laudo, quod
 tantâ pietatis & dulcedinis tuæ gra-
 tiam prædico, quod tuum vultum,
 tuos amplexus tanta auiditate desi-
 dero, & scire optant, cuius nomi-
 nis, cuiusue sis dignitatis, quem
 tanti æstimo, tanti iudicio, quibus
 ne se de ignoratâ excusent, eò quod
 nomen tuum non sit eis annuntia-
 tum dico quod *nomen tuum* non est
 occultum, nō est absconditum, sed
 potius manifestum, & quasi *oleum*
effusum, cuius natura est, vt cum ef-
 funditur, magis dilatetur.

Quomodo ergo effusum & dila-
 tatum est nomen tuum? non vt
 quondam tantum in *Iudæa* notus es,
 & tantum in *Israel* magnum nomen tu-
 um; sed sicut per alium Prophetam
 dicis

Oleum effu-
sum est di-
latatio no-
minis Chri-
sti.
Psal. 75.

Malach. 1. dicis a solis ortu vsque ad occasum magnum nomen tuum in gentibus, nomen quod est super omne nomen, ita vt in nomine tuo omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & in fernorum, Et non est aliud nomen sub caelo datum hominibus, per quod oporteat nos saluari.

Et vt eos mecum ad altiora pertraham, vt intelligant & nouerint, cur tantopere osculum tuum desiderem, cur vberum tuorum suauitate delecter audiant adhuc aliud, & perpendant quare dixerim, nomen tuum oleum effusum. Oleum quippe omnibus superfertur liquoribus. Quid ergo per oleum, nisi charitas accipitur, quæ cunctas excellit virtutes? Nempe nulla virtus sine charitate dici vel esse potest; quia vbi charitas non est, nulla virtus est: Nam si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut as sonans aut cymbalum tinniens, & si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest; & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil sum.

Excelsa virtutis. Ecce quantæ Virtutis, quantæ excellentiæ putatis charitas est, ita vt absque illa, neque Prophetia, neque scientia aliqua, neque fides, neque eleemosyna, neque martyrium aliquid sint? Quæ

autem est ista charitas? nimirum tu ^{Encomium S. Iohannis Evangelistæ} ô dilecte, sicut testatur ille tuus dilectus, osculo tuo pio inhaerens, & in pectore tuo recumbendo dulcedinem vberum tuorum hauriens, ille inquam caelestis Aquila, in ipsa secreta tua pennis sancte contemplationis volans & in te solem iustitiæ mentis aciem intendens. Et ^{1. Ioh. 4. Deus charitas est.} quid dicit? *Deus charitas est.* Tu ergo charitas diceris, & es, ô dilecte, quia charitas te fecit carnem assumere, & in hunc mundum venire, & pro humanâ salute vsque ad mortem crucis humiliari; & propter ^{Ephes. 2. Rom. 8. Gal. 2.} nimiam charitatem suam quâ dilexit nos Deus, Te filium suum misit in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum, factus propter nos maledictum, vt nos a maledicto liberaret. Quâ ^{Nomen Spõsi qualiter effusum & dilatatum sit.} liter autem hoc nomen tuum, nomen charitatis effusum & dilatatum est? Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbani Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Tu es Aaron, id est mons fortitudinis in quo scilicet capite nostro specialiter abundauit huius insigne charitatis quâ vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis illius videlicet exultationis qua exultasti, & tantam tuæ charitatis abundantiam ostendisse, & ordinem redemptionis nostræ impleuisse.

Cuius capitis barba fuerunt Apostoli siue Apostolici viri, in quos ^{Apostoli barba Aaron.} vnguenti huius gratia adeo profluxit; vt tibi tanquam barba

capiti sanctæ charitatis ardore vsq; ad mortem firmiter adhærent.

Omnia vesti-
menti Aaron
sunt fideles
nouissimi.
1. Cor. 10.

Quod descendit in oram vesti-
menti tui, quod nouerunt fideles
tui, à primâ ætate mundi, vsque ad
istam, in quâ nunc sumus, nos in quos
fines seculorum deuenerunt, qui Ora, id
est, finis huius vestimenti tui sumus,
in quibus omnibus, videlicet & pri-
oribus, & præsentibus, & futuris i-
stius vnguenti, id est charitatis for-
titudine, laborauit, & laboret, & la-
borabit, etiam in ipso fine sæculi
sub persecutione Antichristi pro
nomine tuo. *Nomen ergo tuum est oleū
effusum, quia charitas tua diffusa est in
cordibus nostris, per Spiritum Sanctum
qui datus est nobis.*

Rom. 5.

*Et: Ideo adolescentula dilexerunt
te nimis.*

Quia, inquit, tâta est dulcedo vberū
tuorū tanta charitatis tuæ copia,
vt magis inueniantur in te lenitas,
quàm asperitas, magis fouens de-
mentia quàm feriens sententia, ideo
adolescentula dilexerunt te nimis.

Adolescen-
tula quoniam.

Quænam vero sunt istæ adoles-
centulæ? profecto fideles animæ, à
lacte quidem infantia submotæ, sed
necdum soliditatem perfectionis
consecutæ, ideo adhuc imbecillis,
& diuino adiutorio sustentari in-
digentes; ac propterea valde te, ô di-
lecte, dilexerunt & diligunt, quia
hoc in te attendunt, quod nequa-
quam refugiant, sed vnde magis
magisque ad perfectionis sublimi-

tatem quandoque conualescant.

Solent autem in sancta Scriptura <sup>Gratia imi-
tatur natu-
ram.</sup> per incrementa corporum designari
incrementa mentium, quia sicut
in maiores ætates per naturam pro-
ficiunt homines, ita ad maiores a-
nimi virtutes per gratiam profici-
unt fideles, vnde ad infantiam, id est
innocentiam vitæ Petrus suos hor-
tatur Auditores dicens, *quasi modo
geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac
concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.*
In Euangelio quoque Saluator disci-
pulos ad puritatem & simplicita-
tem vitæ exhortans, nisi, inquit, con-
uersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli,
non intrabitis in regnum caelorum. Et A-
postolus, malitia, inquit, paruuli esto-
te, vt sensibus perfecti sitis. Psalmista
quoque iuuentutem animæ suæ re-
nouari optans exemplo Aquilæ, re-
nouabitur, inquit, vt aquila iuuentus
tua. Quatenus veterem exuens hominē
cum actibus suis, induat nouum, qui se-
cundum Deum creatus est in iustitiâ &
sanctitate. Et in libro Sapientia mo-
rum grauitas senectute mentis ex-
primitur; cum dicitur, *Senectus ve-
nerabilis est, non diuturna, neque anno-
rum numero computata: cani sunt enim
sensus hominis, & atas senectutis vita im-
maculata.*

1. Pet. 2.

Matth. 18.

1. Cor. 5.

Psal. 102.

Colos. 3.

Ephes. 4.

Senectus
mentis an-
no-
rum graui-
tas.

Sap. 4.

Potest ergo incrementum bifa-
riam diuidi, vt dicatur incrementū
naturale, incrementum affectuale.
Et naturale quidem incrementum
ascribitur omni corporali creaturæ,
quæ vitali vegetatione iuxta suam
propriètatē naturaliter mouetur:

Incrementū
duplex natu-
rale & affe-
ctuale.

por-

porro affectuale soli rationali creaturæ iuxta modum donantis gratiæ in præfenti vita tribuitur cuius gratiæ adiutorio cōtra vitia carnis fortitudine Spiritus ad bona, & de bonis ad meliora promouetur.

Incrementū naturale significatiuū est affectualis Pſal. 68.

Plerumque autem in diuina Scriptura naturale incrementum, affectualis significatiuum est, sicut Pſal. 68. *misto, & placebit, inquit, Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.* Nam si secundum literam intelligas, quæ cura Deo de irrationabili iumento cornua & vngulas naturaliter producente? Sed si altius iuxta mysticum sensum conſideres vitulum nouellum accipere potes mentem ad Dominum nouiter conuersam, & flore bonæ actionis pullulantem quam Apostolus nouum hominem appellat dicens, *induite nouū hominem eū qui renouatur in agnitione, secundum imaginem eius qui creauit eum.* Cuius hominis partes constitutiuas infra enumerans, *induite, inquit, vos sicut electi Dei viscera misericordie, benignitatem, humilitatē, modestiam, patientiam, supportantes inuicem & donantes vobismetipsis.*

Quid significetur per vitulū nouellum.

Colof. 3. Partes constitutiuæ vituli nouelli, id est hominis noui.

Colof. 3.

Quæ sint cornua huius nouelli vituli.

Quæ sint vngulæ huius nouelli vituli.

Cornua autem huius nouelli vituli, id est hominis noui non absurdè vt arbitror possunt accipi animi constantia & fortitudo Spiritus, siue Spiritus fortitudinis resistens vitij & peccatis, & huius noui hominis ventilans aduersarios.

Porro vngulas eius quibus terrā excitat, nihil impedit, si accipias cōtemptum sæculi & amorem Dei,

quibus terrena omnia abijciēs corpus suum in seruitutem redigat spiritui subijciendo, vt ei per consentum cooperetur & coallaboret in bonorum operum disciplina; quatenus in futurâ renouatione, sicut fuit laboris, ita & remunerationis particeps fiat, quod est ipsum nouū hominem duplici stola corporis, videlicet & animæ felicitate donari.

Duplex stola beatitudo corporis & animæ.

Siue huius vituli cornua & vngulas intellige, sublimes & speciales theoreticæ vitæ excessus, quia sicut cornua & vngulæ, de carne quidē procedunt, sed carnem excedunt, ita vir theoreticus cum sit in carne, carnales tamen affectus mente transcendit, dicens cum Apostolo, *in carne quidē ambulantes, non secundum carnem ambulamus.* Et iterum, *nostra autem conuersatio in cælis est; & alibi, siue sobrii sumus, vobis, siue mente excedimus, Deo.* 2. Cor. 5.

Alia significatio cornuū & vngularum nouelli vituli.

Sed adhuc Vitulus iste cornua & vngulas nondum habens, sed producens nouellus est, & necdum in taurinam fortitudinem profecit, quia cuiusq; credentis anima iam rudimēta sanctæ nouitatis arripiens, necdum autem Sanctorum Patrum perfectionem consecuta non adolescens, sed per diminutionem *Adolescentula* dicitur; eo quod præ imbecillitate sui ad perfectionis sublimitatem assurgere nequeat, primos autem bonæ operationis flosculos quantū præualet, producat, donec paulatim succrescendo, plenos iam & maturos virtutum fructus ostendat.

vitulus nouellus Adolescentula dicitur.

Dicat ergo sponsa, *ideo adolescens-*

Transitio ad
expositionē
sequentis
Parag. a. hi.

tula dilexerunt te nimis, quia creden-
tium mentes adhuc in fide per gra-
tiam Diatim proficientes, valde pi-
etatis tuæ dulcedinem, ô dilecte
diligunt, quoniam illam pro sui
suauitate, tuo munere assequi pos-
sunt: tuo inquam munere, quia sine
te nihil possumus facere, ideoque
proclamo, & omnes te diligentes
mecum proclamare inuito, *Trabe
me: post te curremus, &c.*

VERSVS IV.

*Trabe me: post te curremus in odore
vnguentorum tuorum. Introduxit me
Rex in cellaria sua: exultabimus & leta-
bimur in te memores vberum tuorum su-
per vinum: recti diligunt te.*

VND E autem talis credentis a-
nimæ, & ad Deum suspirantis
proclamatio siue postulatio? nimi-
rum ex infirmitatis suæ considera-
tione, quâ se perpendit sine adiu-
uante gratia sibi sufficere nequaquã
posse, quia secundum Apostolum,
*non volentis neq; currentis, sed miseren-
tis est Dei.* Qua sententia non destru-
itur liberum arbitrium, sed potius
ostenditur libero arbitrio diuinæ
gratiæ adiutorium omnino neces-
sarium sine quo omnis volūtas be-
nè operandi semper inefficax iace-
bit. Siquidem ex libero arbitrio
ad Deum veniendi quiuis habet vel-
le non quidem quod ipsum velle à
se ipso sit, *cum nec cogitare, quod mi-
nus est, quàm velle, aliquid à nobis
quasi ex nobis sufficientes simus.* Verba
sunt Apostoli, qui omne quod boni

Rom. 9.

Liberum ar-
bitrium de-
fenditur &
explicatur.

2. Cor. 3.

Philip. 2:

potest esse idem cogitare, velle & per-
ficere pro bona volūate, attribuit Deo,
non suo arbitrio. Si ergo Deus tria
hæc, hoc est, bonum cogitare, velle,
perficere operatur in nobis, primū
profecto sine nobis, secundum no-
biscum, tertium per nos facit. Si-
quidem immittendo bonam cogi-
tationem nos præuenit, immutan-
do etiam malam voluntatē sibi per
consensum voluntarium iungit, mi-
nistrando consensui facultatem vel
facilitatem, foris per apertū opus
nostrum internus opifex innotescit:
Igitur *nō volentis neq; currentis, sed mi-
serentis est Dei,* quando gratuito mu-
nere interius operantis gratiæ ha-
bemus velle; moueri autem ad cur-
sum sine ipsa adiuuante gratia non
possumus; cumque in cursu fueri-
mus, iterum miserantis gratiæ erit,
vt peruenire possimus.

Rom. 9.

Ista ergo tractio quam Sponsa
postulat, non est animæ Deum se-
qui nolentis compulsio, sed potius
volentis deductio, quam Propheta
in Psalmo precatur, *deduc me, inqui-
ens in semita mandatorum tuorum quia
ipsam volui:* ac si alijs verbis dicat,
quia dono tuæ gratiæ bene operan-
di habeo voluntatē, deduc me eius-
dem gratiæ adiutorio in actionē, vt
peruenire possim ad promissionē.

Tractio non
importat
compulsio-
nem.

Psal. 118.

Talis sane tractio quatuor mo-
dis fit, hoc est per prædicationē, per
infirmitatē, vel aduersitatem; per e-
uidentissima miracula, per persecu-
tionem vel percussionē, hoc be-
nigno Patre intendēte, vt faciat vo-
lunta-

Deus quatu-
or modis
trahit homi-
nem.

luntarios, nō saluet inuitos, quatenus dum de malo mutat in bonum voluntatē transferat, nō auferat libertatē. Nemo quippe saluatur inuitus, nam quod legitur in Euangelio, *nemo venit ad me nisi Pater meus traxerit eum*. Item in alio loco, *compelle intrare*, nihil impedit; quia profectō quantoscunq; trahere vel cōpellere videatur, ad salutē pius Pater, *qui omnes vult saluos fieri*, nullum tamen iudicat salute dignum, quē ante non probauerit voluntarium.

Ioh. 6.
Luc. 14.

1. Tim. 2.

Prærogatiua
creaturæ rationalis que

Hac sanè dignitatis diuinæ prærogatiuâ rationalem singulariter creaturâ cōditor insigniuit; quod quemadmodum ipse sui Iuris erat, suâq; ipsius voluntatis non necessitatis erat, quod bonus erat, ita & illa quoq; sui quodammodo iuris in hac parte existeret, quatenus nō nisi sua volūtate aut male fieret & iuste damnaretur; aut bona maneret, & merito saluaretur: non quod ei propria sufficere posset volūtas ad salutem, sed quod eam nullatenus sine sua voluntate consequeretur.

Trahi quid sit explicatur per si. male.

Trahi ergo spiritualiter, ad Deū tendens anima optat & orat, nō sicut inuitus aliquis trahitur, sed quē admodū cæcus aut fessus cum trahitur non contristatur, imo potius trahenti, quasi se subleuāti & adiuuanti gratias agit, ita & hæc gratias Deo agēs postulat vt qui dedit velle, der etiā posse, cum eius adiutorio ad id quo tendit peruenire, dicens, *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*.

Trahe me post te &c. vbi punctandum, & quo

Siue pronuncians sic, *trahe me*

post te, & ibi distinguens subinferas, *curremus in odore vnguentorum tuorum*: modo intelligendum. Siue sic, *trahe me*, vt tibi distinguas, deinde subiungas, *post te curremus in odore vnguentorum tuorum*, eandē vim sensus habet, vt trahi per Christum vel currere post ipsum, hoc sit sequi vestigia eius credendo & operādo.

Curremus inquit. Quis vel qualis iste cursus est, vt esse debet? Profectō non corporis sed animi, nō pedum progressio sed morum, de qua videlicet progressionē cum de beatis in domo Domini habitantibus, qui *in hac valle lachrymarum ascensionē in cordibus suis disponunt* Psal. 38. loqueretur, *ibunt*, inquit *de virtute in virtutem*. Et quis huius cursus siue progressionis fructus? videbitur Deus Deorum in Syon. Quæ est enim huius cursus remuneratio, nisi vera & æterna beatitudo? Quid autem vera & æterna beatitudo, nisi illius summæ & æternæ, & consubstantialis Trinitatis contemplatio? Non ergo sola curram, sed te o Domine Iesu dexteram meam tenente, trahente, & deducente & quasi mecum corrente curremus.

Per quam viam? per te ipsum vt tūq; qui dixisti, *ego sum via, veritas & vita*: per te enim curram ad te, propter te. Per te qui es via, curram prompta; ad te qui es veritas, curram secura; propter te qui es vita, curram læta. Nā ideo prompta curram, quia te adiutorē habeo, ideo secura, quia de præmio nō dubito; ideo læta, quia te scire & habere hoc meū esse præmium agnosco & credo. Sic

Quæ fit via per quam fit cursus quem petit sponsa. Ioh. 14.

1. Cor. 9. Sic ergo curram non quasi in incertum, sed vt comprehendam. Inæstimabilis pretij munus est, quod in huius vitæ stadio, per te, & ad te, & propter te currentibus promifisti, quod videlicet per Prophetam tuum clamas huiusmodi esse, quod nec oculis vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

Cur singulariter dicatur in odore, pluraliter, vnguentorū tuorum curremus.

Charitas odor præceptus est.

Matth. 6.

Quid sit in ieiunio caput vngere & faciem lauare.

Curremus ergo inquit; sed quomodo? In odore vnguentorum tuorū. Cum plurima & diuersa, atque ideo non vno eodemque modo redolentia vnguentorum sponsi sint odoramenta, quid est quod singulari numero. In odore, deinde plurali vnguentorum dicit cum potius potuisset dixisse, in odoribus vnguentorum tuorum? Non nihil vt reor attendit, quia quomodo & à quibus ipsa odoramenta spargantur, diligenter considerauit. Quis enim iste præcipuus & singularis odor est nisi charitas? Omnis autem virtus si sine charitate est, iam nō est virtus, quin potius damnabile vitium, quia omnes virtutes ex radice charitatis prodire debent sicut in Euangelio Dominus ostendit, vbi qualiter virtus abstinentiæ tenenda sit, admonuit dicens, tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui est in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Quid est caput vngere, nisi principale metis in bono opere per charitatis suauitatem fouere? quid vero faciem lauare, nisi interioris hominis habitum ex lati-

tiâ bonorum operum festiuum & lætum per charitatis dulcedinem exhibere? Ergo nec abstinentia, nec castitas, nec humilitas, nec obedientia, nec aliqua virtus sine charitate aliquid est aut esse potest; quia quamuis speciem virtutis prætendat, nisi ex dilectione Dei aut proximi procedat, non solum virtus non est, sed etiam coram Deo vitium detestabile, ac per hoc dum quis laudem solummodo humanam exinde caprat, semel diuini muneris mercede priuat. Sed huius dubiæ virtutis manifestatio in vltimo fiet iudicio, quando iuxta veritatis vocem, in ipsius iudicij nocte, hoc est in tribulatione, duo erunt in lecto vno, dua molentes simul, duo in agro, quorum duorum vno assumpto ad vitam, alter relinquetur ad mortem.

His sanè rerum nominibus, hoc est lecti, mola, agri, tria professionū genera sunt denotata, quia sunt aliqui qui requie mentis cum dilecto sabbatizant, plerique autem actualis vitæ laboribus occupantur, nonnulli verò verbo vitæ audientium corda excolant, sed in vnaquaque professione sæpè exitus diuersæ intentionis apparet. In vno namq; lecto, id est requie contemplatiuæ vitæ, quæ illorum maximè est, qui à curis mundi segregati soli Deo vacant studio orationis, vel sacræ meditationis, ista gemina nonnunquā inuenitur intentio, dum sunt aliqui qui hoc pro solo humano fauore vel

Sine charitate nulla virtus aliquid est.

Matth. 24.

Quid significatur Lectū, mola, agri nomine ex quo vnus dicitur assumendus & alter relinquendus.

vel timore exhibent, aliqui vero solo amore & timore Dei exercent. Sic & in actiua vitâ quosdã laborare vel mûdi fauor vel Dei cõpellit amor; & verbo prædicationis infistere, vel vitiû iactatiã, vel amor æternæ vitæ ducit plerosq;. Vnde B.

S. August. Augustinus cû de charitate loqueretur I. Cor. 13. quæ non agit perperã, quæ huius geminæ intentionis iudex est, Videte, ait,

quanta opera faciat superbia, ponite in corde quã similiã faciat, & quasi paria charitati. Pascit esurientẽ charitas, pascit & superbiã; charitas vt Deus laudetur, superbia vt ipsa laudetur: vestit nudum charitas, vestit & superbiã; ieiunat charitas, ieiunat & superbiã, sepelit mortuum charitas, sepelit & superbiã. Omnia opera bona quæ vult facere & facit charitas, agit cõtra superbia, & quasi ducit equos suos: sed interior est charitas, tollit locum malè agitata superbiã. Et post pauca. Noli inquit, attendere quod floret foris, sed quæ radix est Intra radicata est cupiditas: species potest esse bonorum factorû, verè opera bona esse nõ possunt. Radicata est charitas, securus esto, nihil mali procedere potest. In omni ergo opere bono cuiusq; mēs charitatis igne flagrare debet vt virtutibus ex ea quasi aromatibus accensis, fumum suauissimi odoris emittat. Tali igne charitatis Psalmista ardebat, cû dicebat

Psal. 38.

Leuit. 6.

In Altari nostrum figuratum est

concaluit cor meum intra me, & in meditatione meã exardescet ignis. Vnde & in lege præcipitur, vt ignis in altari iugiter ardeat. Quid enim est altare nisi cor nostrum, in quo Deo per intetionem offerimus quicquid boni faci-

mus, vel in quo nosmetipfos mortificatione vitiorum & virtutû exercitio immolamus. In hoc ergo Altari iugiter ignis ardere debet, quia omne opus bonû nisi ex charitatis ardore procedat, nullû vigore habet. In alio quoq; loco præcipitur vt

oleum semper in domo Domini sit ad concinnandas lucernas. Per oleum quippe quod cunctis liquoribus excellit, charitas accipitur, quæ cunctis supereminet virtutibus. Per lucernas verò opera bona intelliguntur, sicut Dominus dicit in Euangelio, & lucerne ardentes in manibus nostris. Domus autẽ Domini siue templum corpus vel mens cuiuslibet sancti est, de quo & de qua Psalmista, sanctû est, inquit, templum tuum, mirabile in equitate. Et alibi, domum tuam decet sanctitudo. Apostolus quoq; ad credentes templum, inquit, Dei sanctum est, quod estis vos. Et alibi: nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti?

Exod. 35.

Leuit. 24.

Oleo charitas figuratur

Lucerne designant opera bona.

Luc. 12.

Domus Dei est mons iusti

Psal. 64.

Psal. 92.

I. Cor. 3.

I. Cor. 6.

In domo ergo Domini oleum ad concinnandas lucernas esse debet, quia fidelis quisque qui domus vel templum Dei est, charitatem debet habere materiam, qua pietatis studia accendantur.

Aptè ergo dilecta Sponso suo loquitur dicens, curremus in odore unguentorum tuorum; quia profecto in cursu bonorum opertum quiuis frustra laborat, si odore charitatis minimè fragrat.

Verum in huiusmodi cursu quatuor sunt consideranda, videlicet, modus, qualitas, intentio, vtilitas. Cursus

In cursu spiritusli quatuor sunt consideranda.

C vero

Cursus vita
est. & qualis
esse debeat.

Cant. 3.

Prou. 22.

Pf. 1.

In cursu pri-
mo spectari
debet mo-
dus; &
qualis.

Rom. 12.

Hier. 48.

Ezech. 1.

Horatius

vero iste non est aliud, quam vita
sancti cuiusq; *Modus* autem perfe-
ctus currendi, hoc est viuendi talis
cuiq; esse debet, vt nihil *suprà*, nihil
infra, sed *media charitate sint omnia*
constrata, iuxta præcedentium vesti-
gia Patrum, quemadmodum scrip-
tura præcipit ne *transgrediaris* inqui-
ens terminos quos posuerunt Patris tui,
de quibus dicit Psalmista, quia *no-
uit Dominus viam iustorum*, ac si dicat,
quoniam via illorum Deo nota est
& placet, qui extra discretionem ni-
hil facientes æquo iustitiæ libera-
mine vitam suam tenent. His enim
qui *suprà*, & plus iustè aliquid volūt
aut agunt præcipit Apostolos non
plus sapere quam oportet sapere, sed sa-
pere ad sobrietatem. De his verò qui *in-
frà* deficiunt vel repescunt, scrip-
tum est, *maledictus omnis, qui facit o-
pus Domini negligenter*. *Media vero cha-
ritate constrata habent studia*, qui ve-
luti quatuor illa animalia oculati ante
& retro, quorum pedes, pedes recti, dua-
bus penni. *Geminæ charitatis Dei*, vi-
delicet & proximi & subleuantur, &
corpora sua, id est opera muniunt, vt
neq; per contemplatiuam vitam à
dilectione proximi recedant, neq;
per actiuam à charitate Dei defici-
ant. Vtrobique tam discretum viuendi
modum tenent, vt quicquid su-
pra vel infra fuerit perfecta iustitiæ
regula non recipiat: vnde quidam
huius mundi sapiens dicit.

*Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines,
Vltra quos citraq; nequit consistere ve-
rum.*

Quia ergo Deo displicet omne pō-
dus maius & minus, tali æquitate
vita sua cuiq; libranda est, vt neq;
sub nimio pondere corruat, neq;
sub permodico negligens & defi-
diosus appareat.

Qualitas vero huius *Cursus* si-
ue *Cursoris* attendenda est, videli-
cet vt talis sit, qualem describit A-
postolus, in omnibus, inquit, *exhi-
beamus nos sicut Dei ministros, in multa*
*patientia, in tribulationibus, in necessita-
tibus, in angustijs, in plagis, in carceribus,*
in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in
*Ieiunijs, in castitate, in scientiâ, in longa-
nimitate, in suauitate, in spiritu sancto,*
*in charitate, non fictâ, in verbo verita-
tis, in virtute Dei, per arma Iustitiæ, à*
*dextris & à sinistris, per gloriam & ig-
nobilem, per infamiam & bonam*
famam, vt seductores & veraces, sicut
qui ignoti & cogniti, quasi morientes &
*ecce viuimus, vt castigati & non mortifi-
cati, quasi tristes semper autem gau-
dentes, sicut egentes multos autem locu-
pletantes, tanquam nihil habentes & o-
mnia possidentes.*

Ecce qualibus animi motibus
Cursus iste exprimitur, qui vtriusq;
hominis, hoc est corporis & spiri-
tus labore perficitur, vt post ipsum
expletum cursum sicut in vtroq; la-
bor fuit & passio; sic in vtroq; fiat
quandoq; requies & consolatio,
quod est duplicis stolæ beatitu-
do.

Dicunt autem huius sæculi sa-
pientes, quatuor esse qualitatis spe-
cies,

Deo displicet
maius &
minus in
ponderare.

In Cursu
spectari se-
cundo qua-
litas debet.

2. Cor. 6.

Requies re-
spondens la-
bore & qua-
litate Cur-
sus.

Qualitatis
quatuor
sunt species.

Primo Habitus & dispositio.

cies, quarum prima sit habitus & dispositio, quæ cum sint vna species Qualitatis, in hoc differunt, quod dispositio est habitus facile nobilis, habitus verò dispositio diutissime permanens. Secunda vero species Qualitatis est, quæ fit secundum potentiam & impotentiam, secundum potentiam quidem, quod facile possit in quodlibet Accidens naturaliter flecti, secundum impotentiam verò quod non possit in aliud quodlibet leuiter non flecti.

Secunda Potentia & Impotentia.

Tertia Passio & patibilis Qualitas.

Tertia vero species est, quam dicunt passibilem qualitatem & passionem, quæ duo sic in vna specie discernunt, vt dicant quod passio sit, quæ ad tempus exorta facile commutetur, passiuam vero Qualitas, secundum quam quales dicimur, perpetuo perseueret. Quæ quidem species primæ similis, & quasi eadem esse videtur, sed in hoc differt quod passio est alicuius Accidentis momentanea susceptio, dispositio verò quæ etiam affectionem dicunt, est ipsius Accidentis amplificata passio: porro habitus cum plurimis rebus & ordine quodam perficiatur augmentata affectio dicitur; passibilis vero qualitas subito innata & permanens passio. Quartam vero speciem posuerunt in figuris & formis; figuram dicentes, quædam rerum lineamenta, formas verò ipsorum lineamentorum pulchritudines & formositates. Hæc verò Qualitatis species in vniuscuiusque vitæ cursu considerantur secundum diuersitatem, vo-

Prima & secunda Qualitatis species quomodo differat.

Quarta figura & forma.

luntatis & propositi, in quo continetur Qualitas ad aliquod opus animum quocunq; modo applicandi.

Per dispositionem quippe siue affectionem transeunt aliqui in habitum quando aliqui ex occasione vel necessitate, quædam bona opera incepta processu conuersationis in consuetudinem vertunt, & quadam delectatione virtutem semper capiunt incrementa, sicut de sanctis dicitur, *ibunt &c. virtute in virtutem.* Porro secundum potentiam & impotentiam, nemo est, qui in hoc benè constitutæ vitæ cursu non habeat posse per concessæ rationis bonum, & gratiam adiuuantem liberum arbitrium, cui gratiæ assentire & allaborare non habet non posse. Secundum tertiam verò speciem, hoc est passionem & passibilem qualitatem, sunt pleriq; qui cum verbum audiunt de pœna malorum & gloria bonorum, ad tempus compunguntur, & amore boni operis incalescunt, sed quia ista charitas in eis non est radicata, tempore tentationis refrigerescunt. Sunt vero nonnulli, qui cum semel verbum Dei audiunt, ad usum boni operis accenduntur, & quia in charitate radicati & firmati sunt, à semel concepto amore non deficiunt, sed vsq; ad finem vitæ semper boni operis gressum tendunt. Siue dicamus passionem, quando mens ad horam quasi patitur, humilitate patientia, obediëntia, sue non alienæ voluntati reluctando, sed hoc rarissime: passibilem vero qualitatem,

Quatuor Qualitatis species secundum diuersitatem voluntatis spectantur in cuius vitæ humanæ.

Ps. 83.

Luc. 8.



quando permanenti passione volū-
tariæ mortificationis, per præscri-
ptas siue alias quaslibet virtutes
quotidie atteritur, nullis huius sæcu-
li voluptatibus consentiendo. At se-
cundum quartā speciem, quam po-
nunt in figuris & formis potest hæc
qualitas vitæ considerari quæ iuxta
exemplum & formam alicuius vitæ
instituitur, quemadmodū Iacobus
monet discipulos dicens, *exemplum*
accipite fratres laboris & patientia per
Prophetas, qui locuti sunt vobis in nomi-
ne Domini. Et Paulus, *imitatores*, in-
quit, *mei estote, sicut & ego Christi.*

Iacob. 5.

I. Cor. 4.

Ea ergo Qualitas quæ affectio
transit in habitum, & quæ per Dei
gratiā velle & posse adiacet, & quæ
in bono opere non momentanea nec
horaria, sed perpetua est, vel quæ
formam accipit præcedentium Pa-
trum omni bene currere volenti
summopere attendenda est vt secū-
dum eam honestatis & disciplinæ
quoddam fiat speculum, quo lucre-
tur & sui laboris præmium & imi-
tantium salutem ac vtilitatem pro-
ximorum.

In Cursu
tertio spe-
ctari debet
Iacento.

Intentio autem eo modo curren-
di, hoc est recte operandi ista erit,
vt nulla animum vanæ gloriæ cupi-
ditas irrepat, sed Dei dilectio siue
amor vitæ æternæ causa sint huius-
modi laboris & vigilantia.

Intentio
quasi quidā
in nris est
oculus.

Matth. 6.

Est autem ipsa intētio quasi qui-
dam mentis oculus, de quo Salua-
tor dicit in Euangelio, *si oculus tuus*
fuerit simplex, totum corpus tuum lucidū
erit; si autem nequam fuerit, etiam cor-

pus tuum tenebrosū erit. Et in hoc e-
odem Canticum Canticorum Sponsus
Sponsæ loquitur: *Ecce tu pulchra es a-*
mica mea, ecce tu pulchra, oculi tui co-
lubarum. Nonnunquam fiunt ali-
qua opera, quæ in malam partē in-
terpretantur, ab his qui ignorant,
ex qua intentione proficiscantur; si-
cut & è contrario quædam in bonā
partem considerantur, quæ à super-
no inspectore improbatur, eo quod
malā intentione proferantur, quæ
non solum non remunerantur, sed
potius damnantur, sicut & illa quæ
ab ignorātibz damnatione digna
iudicantur, à iusto Iudice magis re-
munerantur. Vnde & de reprobis
dicit Dominus per Prophetam, *po-*
pulus hic me labijs honorat, cor autem e-
orū longe est à me. Omnia ergo bona
secundum hunc intentionis ocu-
lum diriguntur, vt digna sint vel re-
muneratione vel damnatione: re-
muneratione, si pro Deo; damna-
tione, si pro fauore humano geran-
tur.

Quæ verò sit *utilitas cursus* vel la-
boris huius, exponit Apostolus di-
cens, *non sunt condigna passionis huius*
temporis ad futuram gloriam quæ reue-
labitur in nobis. Et Dominus in Euan-
gelio taliter currentibus clamat di-
cens, *venite ad me omnes qui laboratis*
& onerati estis, & ego vos requiescere fa-
ciam. Apostolus quoque non ina-
niter se cucurrisse intelligens, post-
quam laboris sui cursum denuntiat
dicens, *bonum certamen certavi, cur-*
sum consummaui, fidem seruaui, subse-
quitur

Quarto in
cursu debet
spectari vti-
litas.

Rom. 5.

Matth. 11.

2 Tim. 4.

quitur ipsius laboris fructum confidenter sibi promittens, *de cetero reposita est mihi corona iustitiae, quae red-det mihi in illum diem iustus iudex.*

Utilitas cur-
sus est vita
aeterna.

Utilitas ergo magna & inestimabilis est ipse fructus vitae aeternae, quae pro Deo laborantibus in futura vita sine aliquo defectu aeternaliter tribuitur; sed quia Ecclesiae, siue alicui fideli animae utilitatis huius fructum, in presenti quoque vita conceditur praegustare, sequitur dicens, *Introduxit me Rex in cellaria sua.*

Introductio
Regis in
cellaria est
spectabilis
ex parte tri-
um persona
introdu-
centis loci,
& modi in-
troducendi.

Non parum dignitatis habet ista introductio, si rite consideretur, & persona introducens, & locus, & modus introductionis. Neque enim quilibet, sed *Rex* est, & non tantum *Rex*, sed & *Rex Regum* qui introducit, nec in domum tantum, sed & in *cellaria*; neque quasi ex abrupto, sed competenti rationis modo fit ista introductio. Nam multi sunt qui Regis huius domum id est Ecclesiam intrant, sed pauci admodum qui in cellaria possint habere introitum.

Multi intrat
domum, sed
pauci Cella-
ria.

Aliqui ante foras istorum cellariorum excubare possunt, inspicere valent, sed ingredi non praevalet nisi eo introducente, *qui habet clauem David qui aperit, & nemo claudit; claudit & nemo aperit.*

Apo. 3.

Cellaria Re-
gis sunt Lex
& Euange-
lium.

Considerandum vero quoniam sint ista tanti Regis Cellaria. Omnis diuina Scriptura quae in duo diuiditur Testamenta in Legem videlicet & Euangelium, diuitiarum Regis huius Repositorium est, siue Apo- theca, Haec autem trifariam diuidi-

Scriptura di

tur, hoc est Historiam, Allegoriam, & Moralitatem. Etenim, Rex iste sapiens, clemens, & magna benignitate & prouidentia suae regens & fouens, eum modum suarum diuitiarum statuit, ut in his esset, quod iuxta diuersorum sensuum capacitate, & fortes appeterent, & infirmi non refugerent.

uinâ trifari-
am diuide-
tur, in Hi-
storicam, al-
legoricam,
& morale.

Multi enim Historiam delectantur, plerique allegoriam pascuntur, nonnulli moralitate instruuntur. Verum quos tanta sui gratia Rex iste dignatur, ut eis omnium istorum Cellariorum introitum concedat; ut videlicet de historica scientiam intrent in allegoricam, & de allegoricam in moralem, quam putas dulcedine isti pascuntur, *quo torrente voluptatis Domini debriantur?* Talibus nempe Dominus per Prophetam pollicetur dicens. *Ecce ego mittam vobis frumentum, vinum & oleum, & replebimini in eis.*

Psal. 35.
Iocel. 2.

Desiderabilia sane huiusmodi Cellaria in quibus harum specierum deliciae continentur, ut *panis cor hominis confirmet, vinum cor hominis letificet, oleum faciem exhilaret.* Frumentum quippe a Domino accipimus, quando in dictis obscurioribus subducto tegmine literae per medullam Spiritus legis interna sentimus. Vinum suum nobis Dominus praestat, cum Scripturae suae altae praedicatione nos debriat, oleum quoque suum nobis tribuit, cum praecipis apertioribus vitam nostram blandam lenitate disponit.

Psal. 103.
Mystice a
Domino ac-
cipere fru-
mentum vi-
num & oleum.
quid sit.

Ioh..2.

Libet adhuc amplius, ad reuenter attendere, cur has magis species diuinæ apothecæ contineant. Si enim illud vnum *frumenti granum*, quod in terra mortuum, multum attulit fructum, consideres, & numerosæ segetis ex eo gloriosæ pululantem magnitudinem attendas, videbis quàm magnifica insignium operum exempla ex historicis apothecis resplendant, quàm dulces mysteriorum medullæ ex allegoricis Cellarijs redoleant, quam vtilia præceptorum documenta ex moralibus repositorijs eluceant.

Pulcherrima Christi comparatio cum grano frumenti.

Pulcherrima comparatio Christi in grano frumenti: In grano quippe medulla folliculo tegitur: quid ergo per folliculum nisi Caro Christi? quid per medullam nisi diuinitas eius figuratur? In grano ergo medulla folliculo tegitur, in Christo diuinitas carne occultatur: folliculus & medulla vnum granum efficiunt, caro & diuinitas vnam personam Christum Deum & hominem efficiunt. Cum ergo omnia quæ erga hoc frumeti granum, hoc est Christum Deum & hominem gesta sunt, perspexeris, videlicet qualiter hoc granum de cœlesti horreo descendens in terram cecidit & mortuum est, deinde resurgens & in cœlum ascendens, in Apostolis cæterisque credentibus multiplicatum frumento fidei & iustitiæ totum repleuit mundum; qualiter vino prædicationis redundante, austeritate correptionis de-

Oleum & vinum quod à Samaritano infusum quid significent.

linquentes coercuerit; oleo autem charitatis & misericordiæ pœnitentes lenierit; hoc enim modo is qui in latrones inciderat, à Samaritano illo Euangelico curatus est: Cum ergo hæc omnia, alia quidè historialiter, alia allegoricè, alia verò moraliter; nunc quidè separatim, nunc insimul hoc eodem triplici modo legeris & intellexeris, atque alijs eadem eodem modo administrare gratia Dei potueris, nonne pro tanto tibi beneficio collato grater dicere poteris, *introduxit me Rex in Cellaria sua.*

Quæ verò virtutum insignia magis & perfectius quam in hoc *Grano*, id est in hoc Dominico homine fulserunt? nempe quicquid in Sanctis de visceribus pietatis, quicquid de mansuetudine Spiritus, quicquid de cœlo rectitudinis, quicquid de custodia humilitatis, quicquid de feruore charitatis, hoc ab ipso fonte misericordiæ, ab ipsa radice mansuetudinis, ab ipsa virtute iustitiæ, hoc est ab ipso mediatore Dei & hominum Domino Deo traxerunt.

Magis ergo & quasi principaliter hæ tres species in Dominicis habentur Apothecis, & quicquid ex Veteris ac noui testamenti abundantia redoleret; *aut est Triticum*, quod perfectos in fide & virtutum exercitio roborat & confirmat; *aut est vinum*, quod vel Sanctos cœlestium promissionum suauitate demulcet, vel peccatores diuini iudicij austeritate deter-

Luc. 10.

Quicquid boni in Sanctis hoc traxerunt à *Grano Dominico.*

Principaliter hæ tres species, frumentum, vinum, & oleum in Dominicis habentur cellarijs

deterret, aut est oleū, quod vel in cordibus Sanctorum per charitatē diffunditur, vel pœnitentes per misericordiam consolatur. Vnde Sancta Ecclesia, siue quæq; fidelis & dilecta Deo anima, huiusmodi thesauros Sponsi sui, Regis & Domini sui omni pretiosa suppellectili cunctorum Regum & Principum meliores, mente considerans, & quæ in eis mysteria siue Sacramenta continentur intelligens, recte decantare potest animi voce lætabunda, *introduxit me Rex in cellaria sua*. Et talis quidem introductio satis est commendabilis à personâ & loco; modus autē huiusmodi introductionis iste est, vt hæc non fiat ad horâ, sed cum iure possidendi, & veluti sub dotis conscriptione vt tantæ gratiæ collatio sit spiritualis, & sanctissimæ dotis assignatio, quo confirmetur diuinæ & humanæ mētis copulatio.

Modus introductionis in cellaria qualis.

Introductiōnem istam sequitur gratiarum actio.

Exultatio & lætitia in quo differat

Hac ergo admirabili introductione celebrata sequitur competens pro collato munere gratiarū actio, quā agit mens Deo cōiuncta & designatis sibi ab eo bonis participās, vtriusq; hominis motu, *exultabimus, inquam, & lætabimur in te*.

Videntur aliquomodo differre inter se *Exultatio & lætitia*, vt talis sit vtriusq; descriptio: qua dicitur *lætitia esse animi solummodo motus; exultatio vero corporis & animi*.

Sancta ergo Anima dona in se diuina gratia sentiens debet ea suscipere & seruare cum lætitia & exultatione, & quod sentit mente o-

pere exercere: quia enim *probatio dilectionis exhibitio est operis*, nimirum mens Deo per charitatem iuncta, dum lætatur interius de collata sibi intellectus gratia, debet & forinsecus exultare ad virtutū opera. Vnde & in similitudine puerorum in foro ludentium clamant Apostoli ad eos, qui ad prædicationem eorū nulla opera bona facere volebant, *cantauimus vobis & non saltastis*. Saltationem quippe Spiritus Auditores suos habere optabant, vt ostenderent *fidem sine operibus otiosam esse*.

Gregorius

Per cantum prædicatione per saltum opera designantur.

Luc. 7.

Iacob. 2.

2. Reg. 6.

Dauid ante arcam saltans præuidit per incarnationem Christi, sacrificiū fide & operibus instruendum.

Hanc ergo religiosam saltationē Dauid Rex præfigurabat, coram Arcâ Domini ludendo & subsiliendo, quia in Spiritu longè præuidebat per Christum ex carne suâ nasciturum, illud non manu factum, sed cœleste Domini sacrificiū fide & operibus quandoq; instruendū. Hunc enim pulcherrimū sanctitatis ludū iste mirabilis Propheta suo præferbat præludio, & congruè decenterque, pro tanta futuri & honestatis gratia, quæ per Christum, suum secundum carnem filium erat administranda & confirmanda, lætabatur & exultabat coram illo typico Domini sacrificio. Et quia

Salus Dauid ante arcam, figura fuit saltus spiritualis Prælatorum Ecclesiarum, & in quo ille consistat.

Rom. 2.

exhibe-

exhibeant corpora sua hostiam viuentem sanctam, Deo placentem: hostia quidē existentes mortificatione vitiorum, viuentes autem exhibitione operū bonorum. Et hoc coram Areâ Domini, vt videant opera eorum bona & glorificent Patrem suum qui in cælis est.

Matth. 5.

Rom. 10.

Quia ergo corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, quod est moueri animo & corpore, certum est alterum sine altero esse non posse: vnde Propheta hortatur, *leuate*, inquit, *corda vestra cum manibus ad Deum*. Corda quippe cū manibus leuare est credere & operari: nam qui credit & non operatur, cor quidem leuat, sed manus non leuat: qui vero operatur, fidem autem non habet, manus quidem leuat, sed cor non leuat.

Thre. 3.

Quid sit leuare corda cū manibus ad Deum.

Igitur pro illâ gratiosâ gratiæ Dei introductione ad ineffabilem diuinorum mysteriorum subtilitatem, anima Sancta Christi quæ Sponsa debita Deo debet rependere gratiarum actionem, cordis & oris iubilatione, & operum exhibitione, quod est oleum cum lampadibus accipere, & Sponso obuiam exire, dicendo, *exultabimus & letabimur in te*; quia lætitiā bonorum operum in conscientia gestamus, & hoc in te, quando omne bonum quod agimus, non nostris viribus, sed tuæ gratiæ ascribimus.

Causa exultationis & lætitiæ memoria diuinorum vberum.

Post Introductionem verò illam gloriose celebratam, pro quâ gratias agit exultando & lætando, subdit causam huiusce exultationis & læti-

tiæ, memoriam scilicet vberum diuinorum desiderabilem super vinum. Nempe quæ esset illa exultatio siue lætitia religiosæ mentis digna Deo cogitatis & operantis, si non haberet memoriam vberum istorum, *vberum super Vinum*, hoc est super omnem mundi voluptatem dulciorum?

Quorum autem Vberum? nimirū siue duorum testamentorum, quibus tota diuina constat Scriptura, siue duorum præceptorum charitatis, in quibus tota lex pendet & Propheta. Sanè meditatio diuinarum Scripturarum memoriam parit diuinorum mandatorum, secus quam rectè viuendi Regula constat, ad cuius rectitudinem vita cuiusq; dirigitur, *in iustificationibus tuis*, inquit Psalmista, *meditabor, non obliuiscar sermones tuos*.

Quomodo enim iustus quisque esse vel dici potest, nisi memor sit eorum quæ præcepit Deus, maximè autem vberum istorum, videlicet duorum præceptorum charitatis Dei & proximi, *sine quâ*, sicut dicit Apostolus, *nec munera linguarum, nec prophetia, nec notitia omnium mysteriorum, nec fides, nec eleemosyna, nec martyrium, nec aliqua virtus poterit cuiquam prodesse*. Nam quicumq; totam legem seruauerit, offenderit autem in vno præcepto charitatis, factus est omnium reus.

Quocirca volens ostendere Sponsa Christi totam vitæ suæ rectitudinem circa huiusmodi constare memoriam subsequitur dicens, *Recti diligunt te*: ac si dicat, probatio recti-

Duo vbera duo sunt Testamenta, vel duo præcepta charitatis.

Matth. 22.

I. Cor. 13.
Encomium Charitatis.

Iacob. 2.

Sara libera,
& Agar an-
cilla figura
fuerunt ci-
uitatis cœ-
lestis & ter-
restis.

Persecutio
est nigredo
peruersis,
formositas
verò electis,
& quare.

Filij ciuita-
tis terrestris
persequun-
tur filios ci-
uitatis cœ-
lestis.

Lusus Isma-
elis cum Isa-
ac figura fu-
it persecuti-
oni Ecclesie.
Gal. 4.

Ibidem.

duæ mulieres; vna libera quæ fuit Sara; altera ancilla quæ fuit Agar mater Ismaelis, cuius filius fuit Cedar, qui interpretatur tenebræ, cui nigredo illa assimilatur, quam se dicit Ecclesia, siue vnaquæq; sancta habere anima, secundum iudiciû malè viuentium, cum hanc ipsa, rectâ consideratione, nō nigredinem sed formositatem potius decernat. Quæ est autem ista nigredo? Persecutio planè, quæ infertur filijs ancillæ: quæ ideo à peruersis & futura bona non credentibus putatur nigra, quia grauis & molestâ, & quia patientes eam quasi abiectos & miseros faciat, cum illi magis fiât gloriosi, & intrinsecus propter spem præmiorum futurorum pulchri & formosi gaudio spirituali. Filios enim ciuitatis illius, quæ per Saram, quæ fuit libera signatur, persequuntur filij alterius ciuitatis, quæ per Agar ancillâ ostenditur; nunc quidem corporaliter mala infligendo, nunc autem spiritualiter animam per malitiam affligendo.

Deniq; ludum illum, qui agebatur inter filium liberæ & filium ancillæ Apostolus persecutionem vocat; sicut inquit, *is qui secundum carnem natus fuerat, persequatur eum qui secundum spiritum; ita & nunc*: quia nimirum filios liberæ persequuntur filij ancillæ, non tantum persecutione carnali, sed etiam spirituali, quæ conantur eos illâ verâ libertate priuare, quæ eos Christus liberauit, ne seruiant peccato; quemadmodum isti

qui sunt filij ancillæ. Quæ profectò persecutio tantò grauior est omni corporali persecutione, quâto meliores illa spiritualis portio carnali, anima videlicet corpore.

Vnde super tali persecutione indignata illa libera & mater liberorum, *eijce, inquit, ancillam & filium eius, non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ*; quia profectò ad illâ hereditatem cælestem non pertinent serui peccati, ad quam pertinent liberi iustitiæ. Ecclesia ergò siue quælibet sancta anima huiusmodi persecutionem paruipendes, vtpotè supra petram fidei stabilita solis exteriorum persecutione procellis sæpè concutitur, sed non deicitur, patientiam habens & expectans gloriam & honorem & incorruptionem in vitam æternam.

Dicat ergò *nigra sum sed formosa*: nigra quidem de me æstimantibus propter temporalem afflictionem, sed vobis, ô filia Ierusalem, quæ futura bona cognoscitis & creditis formosa, quia quantò temporali afflictione humilior, tantò maiori virtutum pulchritudine exaltor. Sed quomodo *nigra* æstimor? *Sicut tabernacula Cedar*. Cedar filius fuit Ismael, de quo diuina vox, *hic, inquit, erit seruus homo, & manus omnium contra eum, è regione fratrum suorum figet tabernacula*.

Cur autem non dixit sicut tabernacula Ismael, sed Cedar? Quia videlicet *Ismael* interpretatur *ex auditio Dei*: Cedar, verò *tenebræ* &

Gen. 27.

Gen. 25.

Gen. 16.

Ecclesia vel sancta anima quare dicatur nigra vt tabernacula Cedar.

Ismael interpretatur Ex auditio Dei Cedar tenebræ.

hoc

Esa. 5.

hoc nomen *tenebrarum* magis congruit opinioni illorum, qui putant *lucem tenebras, & tenebras lucem*, & secundum similitudinem Patris eius, hoc est Ismael qui seruus erat & non inter fratres, sed è regione fratrum suorum figebat tabernacula, quandam feritatem & contrarietatem æstimant, huius mundi abiectioem, & veræ Philosophiæ laborem.

Ecclesia quare dicatur formosa vt pellis Salomonis.

Qualiter verò formosa? sicut pellis Salomonis; formosa inquit sicut pellis: non cuiusquam alterius prepotentis, sed Salomonis. Salomon quippe sicut omnibus sui temporis hominibus sapientior & ditior erat, ita etiam tentoria sua pulchriora & ornatiora ex electis & operosis pellibus habebat.

Pelles mortuorum animalium, exēpla sunt præcedentium Patrum.

Pelles autem mortuorum animalium sunt, sed quid sunt pelles mortuorum animalium, nisi virtutes & exempla præcedentium Patrum? Ex virtutibus verò & exemplis Sanctorum Patrum præcedentium quasi ex pellibus varia pulchritudine intentibus, ego quasi in vnâ pellem compacta operosum mei Regis, veri videlicet Salomonis, id est pacifici Domini nostri Iesu Christi sanguine suo pacificantis omnia quæ in cælis & in terris sunt, erigo tentorium; vt de me per gratiam Dei dignè dici possit, *hoc est tabernaculum quod fixit Deus & non homo.*

Salomon interpretatur pacificus. Colos. 1.

VERSUS. VI.

Nolite me considerare quod fusca

sum, quia decolorauit me Sol: filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

Formosa ergo sum sicut quæ sum, & decor sum pellis veri Salomonis, & vos; ô filia Ierusalem, benè nostis, quæ eandem formositatem meam ad laudem Dei cuius gratiæ est ipsa formositas, quotidie prædicatis.

Quocirca, nolite me considerare quod fusca sum, quia decolorauit me Sol: nolite inquam considerare affectionem & habitum meum exteriorum, quem contraxi mihi exustione Solis, hæc est æstu tentationis & afflictionis mundanæ, siue ex ardesciente charitate veri Solis, de quo scriptum est: *vobis autem timētibz nomen meum orietur Sol iustitiæ*, qui me tanto feruore sui amoris quasi exussit accidente inseparabili, vt nec tribulatio, nec angustia, nec persecutio, nec fames, nec nuditas, nec periculum, nec gladius possint me separare à charitate eius. Talis nēpe decoloratio magna & gloriosa est interioris mei hominis formositas & exornatio.

Amplius. Nonnunquam aliqui sanctus homo facit, quæ malè discernentes in sinistram partem interpretantur, cum ignorent intentionem operantis quam solus Deus iudicat. Sunt enim via recta quæ videntur hominibus praua; sicut è contrario, praua quæ videtur recta; quia oculum illū intentionis non aduertunt, secundum quem omne opus aut

Decoloratio Solis in quo consistit & est accideas inseparabile

Malach. 4.

Rom. 8.

Secunda explicatio nigredinis & formositate animæ fidelis.

Eccles. 18.

Prou. 16.

erigitur aut deprauatur. Dicat ergo iuxta hunc modum fidelis anima, *nigra sum sed formosa*; ac si dicat, nigra quidem videor in aliquo actu meo, ab his qui simplicem oculum non habentes in contrariam partem recipiunt, cum magis sim formosa propter simplicem meum oculum ex quo totum corpus meum lucidum est: sicut & vos, o filiae Ierusalem iudicatis, quae me simplici & columbino oculo aspiciatis. Nolite ergo me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me Sol: hoc est, nolite putare corpus meum, id est, opus meum esse tenebrosum; quia profecto quod ex veri Solis luminosa procedit gratia, totum lucidum est, non habens aliquam partem tenebrarum.

Ibidem.

Amplius. Quaelibet anima per poenitentiam ad Dominum conuersa videtur quidem ex poenitentiae austeritate quasi nigra propter habitum tristem & lugubrem: sed quia tristitia haec secundum Deum est, & poenitentiam salutem stabilem operatur; & beati qui lugent, quoniam ipsi consolantur, formosa est; habens in se, quod iuxta Prophetam accipiat a Domino coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris. Et sicut quidam Sapiens dicit, cor quod nouit amaritudinem animae suae, in gaudio illius non miscebitur extraneus. Dicat ergo talis, *nigra sum sed formosa filiae Ierusalem sicut tabernacula Cedar, sicut pellis Salomonis*; quia ex nigredine poenitentiae, videor primo pertinuisse ad filios ancillae, quorum opera sunt tenebrarum; sed post-

modum ipsa poenitentia talem mihi contulit formositatem, ut iam pertineam ad filios liberae, qui mortificatione carnalis vite veri Salomonis tentoria sciunt & componere & esse. Quapropter nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me Sol, hoc est, nolite poenitentiam meam despiciere, quia ut hanc susciperem fecit ille verus Sol, qui cor meum radijs gratiae suae & misericordiae penetrauit & illuminauit, ut illud bonum generalissimum, ipsum videlicet Deum quem peccando amiseram, poenitendo reciperem.

Præsentis decantatio Cantici ad vos, sanctissimae Sorores quae Christi Sponsae estis, & esse debetis non incongrue respicit, pro qualitate propositi & ordinis vestri; quia despectum quidem cultum in exteriori habitu praefertis, sed formosum Deo, quia acceptum, ut credimus, interiori mentis habitu conseruatis. Vnde concordis & suauis concentu cordis & oris sanctae societatis vestrae vniuersitas proclamet; *nigra sum sed formosa, filiae Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pellis Salomonis nolite me considerare quod fusca sum, quia decolorauit me Sol.* Quod est alijs verbis expressius dicere, quia spectaculum facti sumus huic mundo, & Angelis & hominibus: Nigras nos & deformes decernunt filij saeculi huius sicut tabernacula Cedar, id est, sicut gentes quae nigredine malorum mortuae sunt & Deo & mundo: porro nos neque fauorem neque gloriam

Bonum generalissimum Deus est.

Tertia explicatio nigredinis & formositatis conuenit sanctis virginibus, quibus hoc opus inscriptum est.

1. Cor. 4.

am

Quid sit habere oleum in vasis.

Matth. 25.

1. Cor. 4.

2. Cor. 6.

am mundi quæretes, sed oleum in vasis nostris, hoc est lætitiâ bonorū operum in conscientijs gestantes, in oculis sponſi noſtri formosæ & pulchræ existimus, sicut pellis Salomonis, id est, sicut quæ mortificationem Iesu in corporibus nostris circumferentes, dilecta ei tabernacula in cordibus nostris construimus, de quibus dicere possit, *inhabitabo in eis & inambulabo. Nolite ergo nos considerare quod fusca simus, quod sæculi huius transitoriam & deformem pulchritudinem non habemus, quia hoc effecit ille verus Sol qui luxit nobis per gratiam suam feruore valido sui amoris, ut spretâ omni huius corruptibilis vitæ pompâ, magis eligamus ei actu & habitu placere quàm mundo. Filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.*

2. Tim. 3.

Persecutionis Ecclesie siue fidelis animæ grauitas in quo consistat.

Postquam Ecclesia siue quælibet sancta anima decoloratione suam exteriorem decolorationisque causam præmisit, omnes enim qui in Christo piè viuere, persecutionem patientur, subdit nunc aggrauationem persecutionis, quod eâ non tantum ab extraneis, verum etiam à Fratribus, quod grauius est, perpeſſa sit & perpetiatur. Minorem quippe dolorem ingerunt ea mala quæ ab extraneis inferuntur, plus verò ea tormenta deſæuiunt, quæ ab illis inferuntur, de quorum mentibus præſumebatur.

Videtur autem huius particule decantatio nõ simplicem exposcere sensum, quia & Synagoga, & Ecclesia, & Ierusalem superna, bonitas siue potentia Creatoris Matris nomine possunt æquiuocè nuncupari. Eadem quoque æquiuocatio nomine filiorum, Apostolus, Apostolorumque successores, Iudæos, Hæreticos, aduersariasque potestates complectitur. Pugna quoque talium filiorum nõ vniformis, quia & in bonam & in malam partem accipitur. Singulæ verò partes singulas habere debent expositiones.

Primitiua namque Ecclesia que ex Iudæis erat persecutionem patiebatur, ab eis qui non crediderunt Iudæis; sicut legimus in actibus Apostolorum, quia repleti zelo iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in publicâ custodiâ: & alio loco, cæsis autem denuntiauerunt ne in nomine Iesu loqueretur, & in persecutione illa in qua Stephanus passus est, scribitur, quia facta est persecutio magna in Ecclesiâ, quæ erat Ierosolymis, & dispersi sunt omnes per regiones Samariæ præter Apostolos.

Cum ergo vtraque pars, credentium videlicet & non credentium, filij essent Synagogæ naturâ vel genere, infideles autem fideles propter fidem Iesu Christi persequerentur, potuit planè pars ista credentium, quæ Ecclesia Christi tunc temporis erat, dicere, *filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiuit*

Nomen Matris & filiorum æquiuoce quibus conueniat.

Pugna in bonam & malam partem accipitur.

Pugna filiorum Matris contra Ecclesiam siue fidelem animam quatuor modis explicatur. Act. 13. Act. 5.

Act. 8.

Primus modus pugne conuenit Ecclesie primitiue & Synagogæ.

Matth. 10. diui: ac si alijs verbis diceret. Cum Dominus præcepisset dicens, *in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad perditas oues domus Israel, ego hoc præceptum adimplere cupiens, filijs Matris meæ fidem quam à Domino accepi, & per quam saluari deberent prædicauit; sed illi prædicationem meam parui pendentes pugnaverunt contra me,* verbis & factis atque de finibus suis me propellentes, *posuerunt me custodem in vineis, id est in Ecclesijs gentium, qui verbum fidei cum gaudio susceperunt. Quibus cum laboris & custodiae meæ diligentiam impenderem, vineam meam, id est, gentem meam custodire neglexi, eò quod custodiam meam despicerent, & verbum salutis suscipere renuerent: sicut eis quidam meorum dixit, vobis quidem oportebat loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis aeternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Nam sicut idem alibi dicit, illorum delicto salus gentibus vt illos æmulentur: & subinde, nolo vos ignorare fratres mysterium ne sitis vobis ipsis sapientes, quia cecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.*

Quid sit esse custodem in vineis, & vineam non custodisse.

Act. 13.

Rom. 5.

Rom. 11.

Esa. 1.

Propter hunc ergo contemptum sine custodia relinquentiam vineam istam Propheta prædixit, & derelinquetur inquit, *filia Syon vt vmbra- culum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas qua vastatur. Et hæc quidem dicere potuit primitiua*

Ecclesia, cuius mater erat Synagoga, sicut & contrariæ partis, de qua dicit quod filij matris suæ pugnaverint contra eam.

Porro vniuersalis Ecclesia potuit & potest dicere de Apostolis eorumque successoribus, *filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. Superna quippe Ierusalem mater est credentium, propter fidem, spem, & charitatem, quam ad eam habent, quia dum sperant & credunt, eius beatitudinis se participes esse fieri, cuius participes facti sunt præcedentes sancti, operantur & laborant per charitatem quâ tantum bonum diligunt, vt ad illam supernam patriam peruenire possint: pro quâ sanctè & iustè conuersari quid est aliud quàm ab illa ad illam spiritualiter generari?*

Huius quoque Filij fuerunt Apostoli Apostolicique viri, qui dum pro hac gloriosissimâ patriâ promerendâ, multis laboribus afficiebantur, & ad mortem vsque fatigabantur, profectò credendo, sperando, & diligendo ad illam ipsi nascebantur, & non minus ab illâ, quæ huius eorum laboris causa erat quasi materno affectu generabantur.

Tales ergo filii contra Ecclesiam pugnant, quando eam ab errore suo depugnare intendebant, sicut & adhuc omnem fidelem animam de virtijs ad virtutes verbis & exemplis quotidie depugnant. Nonne hoc

Secundus modus pugnae conuenit Apostolis & Ecclesie vniuersali, & quæ illa.

Superna Ierusalem est mater credentium, huius filij fuerunt Apostoli.

Qualiter Apostoli contra Matrem pugnaverint.

hoc modo vnusexeis contra Eccle-
 fias pugnabat; quando vni earum
 dicebat, *quid vultis, in virgâ veniam ad
 vos, an in spiritu mansuetudinis? Omni-
 no auditur inter vos fornicatio, & talis
 fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt
 vxorem Patris quis habeat.* Ecce quali-
 ter contra istos primò pugnabat,
 quos postquam increpando ab hoc
 peccato debellauerat, consolatoriâ
 releuat epistolâ, *si contristauit vos, in-
 quiens, in epistolâ, non me pœnitet, & si
 pœniteret, videns quod epistola illa etsi
 ad horam vos contristauit, nunc gaudeo;
 non quia contristati estis, sed quia contri-
 stati estis ad pœnitentiam: contristati e-
 nim estis secundum Deum, vt in nullo de-
 trimentum patiamini ex nobis.* Alij
 quoque Ecclesiæ scribens, *ô insensâ-
 ti Galathe, quis vos fascinauit veritati
 non obedire?* dum contra eam hoc
 modo pugnat, ab infidelitate ex-
 pugnat.

Secunda ex-
 plicatio
 quid sit cõ-
 stitui custo-
 dē in vineis,
 & eam non
 custodire.

Sed quid est, quod isti filij eos
 quos tali modo impugnant, & à vi-
 tijs expugnât, in vineis custodes de-
 putant, nisi quod docent & sua-
 dent, vt virtutum germina fructuf-
 que custodiant? At illi vineam su-
 am non custodiunt, quia ad tan-
 tam virtutum custodiam illorum
 depugnatione profecerunt, vt iam
 prisca consuetudinis errores custo-
 dire negligât; quin imò eos per Dei
 gratiam à se longius spiritu fortitu-
 dinis repellant. Vnde Propheta ex
 talium personâ dicit, *super custodiam
 meam stabo; stat super custodiam
 suam, qui per solertiam disciplinæ*

Abac. 2.

terrenis desiderijs non succumbit,
 sed supereminet, vt dum semper
 stantem appetit æternitatem, infra
 sit ei omne quod transit.

Quid sit sta-
 re super cu-
 stodiam suâ.

Adhuc alio modo Ecclesia quo-
 que clamat pro rebellantibus sibi
 falsis fratribus hæreticis & schis-
 maticis, qui quam diu in Ecclesiâ
 erant & eisdem Sacramentis parti-
 cipabant, filij putabantur illius cœ-
 lestis Ierusalem quæ est mater fide-
 lium, & pertinere ad ciuitatem Dei,
 sed postquam in diuinitatem & hu-
 manitatē Christi blasphemare visi
 sunt, & vnitatem sanctam scindere,
 de hæreditate filiorum eiekti sunt,
 & probatum est, quia verè filij non
 fuerint, sed potius adulteri; quali-
 bus dicit Apostolus, *quod si extra dis-
 ciplinam estis cuius participes facti sunt
 omnes filij, ergo adulteri & non filij estis.*

Tertius mo-
 dus pugna
 conuenit
 Catholicis
 & hæreticis.

De his quoque Iohannes dicit, *quia
 de nobis exierunt, sed non erant ex nobis;
 nam si fuissent ex nobis, permansissent v-
 trique nobiscum.* Et Dominus per
 Prophetam, *filij, inquit, mei, exie-
 runt à me, & non subsistunt.*

Hebr. 12.

1. Ioh. 2.

Iob. 24.
 eleuati sunt
 ad modicū
 & non sub-
 sistunt.

Tempore ergo illo quo filij i-
 sti non legitimi sed adulteri, illos
 qui rectæ filiationis erant, præ-
 diuersa fidei assertione impug-
 nabant, cum Hæretici Princi-
 pes peruersæ fidei assertoribus fa-
 uerent, Sancti & Catholici viri de
 sedibus suis pulsi, damna & exilia
 multa; pericula passi sunt, eo quod
 rectum fidei dogma prædicarēt, &
 hæreticis communicare nollent.

Cū igitur vtriq; Ecclesiasticis offi-
 cijs

cijis insigniti essent, eademque Sacramenta tenerent, & ob hoc ad vnius Matris gremium pertinere crederentur, propter solam diuersitatem fidei diuisi sunt, & illa prauorū societas persequebatur Catholicā societatem; cuius persecutionis aestu infecta sancta societas ista nigrā se dicit, & quod eam decolorauerit Sol ille, pro quo decertabat, vt æqualis Patri in diuinitate, & vnius cum eo substantiæ, potentiæ & voluntatis diceretur; in humanitate autē verus homo crederetur, quod contraria pars non ita esse plasphe-
mabat.

Ecclesiam quomodo Sol decolorauerit.

Subdit ergo causam decolorationis suæ pars Catholica, quia inquit *filij matris meæ pugnaverunt contra me*; Et quoniam talibus filiis nō legitimis, sed adulteris hoc est hæreticis persequentibus, pars sanæ fidei compulsā est ad alias demigrare sedes & proprias relinquere ciuitates, addit, quia *posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui*.

Tertia explicatio quid sit constitui custodem in vineis, & eā non custodisse.

Multa enim Ecclesiæ tunc temporis proprio Pastore destitutæ ab hæreticis peruerso dogmate maculabantur, & sancti Sacerdotes exiliati, alienis in locis verbum fidei disseminabant, quod in suis facere temporum necessitate prohibebantur.

Quartus modus pugnae conuenit Angelicæ & humanæ naturæ.

Aliter. Cum omnis creatura Mater sit bonitas & potentia Creatoris, bonitatis quippe eius fuit, quod nos cum non essemus condidit; potentiæ, quia omnia quæ voluit po-

tuit; in omni autem creatura duæ sint rationales, Angelus & homo propter rationis communionem; & quia ab eadem bonitate & potentiâ vtrique conditi sunt, quasi quædam fraternitatis societatem habere videntur, vt eiusdem matris filij nuncupentur. Sed quia pars illa Angelorum quæ cecidit, humanam creaturam ad eam gloriam de qua gesta fuerat per Dei gratiam asurgere videns & inuidens modis omnibus persequebatur, & perdere laborabat, dicat ipse homo experionā infirmantium, *filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui*.

Dum inquit, isti Spiritus rationales filij matris meæ pugnant aduersum me, compulerunt fragilem mentem meam actiones terrenas diligere, & animæ meæ custodiam deferere. Per vineas quippe quarū opus sub diuo est exteriorum actionum occupationes designari possunt: quantò enim mens circa terrenas actiones per sensus exteriores foras dispergitur, tantò anima à sui custodia intus negligitur.

Cum enim inuisibilis sit anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, nisi quod inhærens corpori quasi quædam egrediendi foramina eiusdem sensus corporis habet. Visus quippe, auditus, odoratus, gustus, & tactus quasi quædam viæ mentis sunt, quibus foras veniat, & ea quæ extra eius sunt

Quarta explicatio, quid sit constitui custodiam in vineis & eam non custodire

Fenestra animæ quinque sunt sensus corporis.

sunt substantiam concupiscat. Per hos etenim sensus corporis quasi per fenestras quasdam exteriora quæque anima respicit, respiciens concupiscit: hinc Ieremias ait, *ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domus vestras.* Mors quippe per fenestras ascendit, & domos ingreditur, cum per sensus corporis concupiscentiâ veniens habitaculum mentis intrat.

Aduersariâ ergo potestates mentem terrenis actionibus occupatâ faciunt suimet negligentem esse, dum per dissolutionem exteriorum operum, cogunt eam in animæ suæ custodia minimè stare, vt merito possit dicere, *filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodè in vineis, vineam meam non custodiui.* Quia vero in omnibus aduersitatibus siue periculis, non tantùm ab extraneis quantùm à fratribus sibi illatis, Ecclesia vniuersalis siue particularis, siue quælibet anima fidelis quodam dubietatis æstu affligitur, eò quod multi fidem nomine tenent, & non sit facile discernere qui verè fideles sint, ad Dominum Sponsumq; suum conuertitur, cuius adiutorium pro gratia discretionis huiusmodi flagitans subsequitur oratione deprecatiuâ dicens, *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.*

Oratio deprecatiua

VERSUS VII.

Indica mihi quem diligit anima mea,

vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

TRIBVS modis dicitur Deus indicare, videlicet re, intellectu, voce. Re quidem, quando dubiæ menti, quid eligendû vel quid tenendum sit alicuius virtutis suæ signo manifestat: nam hoc modo vt populum seditiosum à murmure compesceret, cum inter duodecim virgas, quas de singulis tribubus accipi, & in tabernaculo fœderis poni iussit, sola Virga Aaron in tribu Leui floruisse & fructum protulisset, in præfagium futuræ nobilissimæ successionis, ex qua illa singularis natiuitas per Mariâ Virginem administranda erat, quia ipsum Aaron cum suâ sobole in Sacerdotium elegisset, qui specialiter ad offerenda sacrificia Deo appropinquaret, & in sancta sanctorum introiret, hoc signo indicauit.

Tribus modis Deus dicitur indicare.

Num. 17.

Virga Aaron florida quid præfigurauerit.

Porro intellectu indicat, quando mentem alicuius occulta inspiratione tangens, quid melius agendum eligat, eius intellectui reuelat. Vnde cum Dauid Rex nomine præmonente cogitaret domum Domino ædificare non displicuit Deo, sed potius placuit, quia quamuis eum hoc suo tempore facere prohiberet, (eo quod vir sanguinum esset,) causam tamen non improbauit, quin imò tanto & reuerentiâ præmio dignam iudicauit, vt ei promitteret filium suscitaturum, quem tantæ

2. Reg. 8.

2. Reg. 16.

E pacis

2. Reg. 7.

pacis innocentiae, & sapientiae prærogatiuâ sublimari deberet, vt ad tale opus peragendum idoneus existeret. Insuper hanc eius bonam & sibi placitam voluntatem Deus remunerare volens, *prædicens, inquit, prædico tibi, quod domum tibi edificabit Dominus.* Vt ergo Deus ostenderet quod hoc sibi placeret, quod ei per intellectum indicasset, non solum hoc quod cogitauit non prohibuit, verum etiam vt ipsa domus magnæ æstimationis & virtutis in toto mûdo fieret, suâ gratiâ adiuuit.

Voce autem Deus indicat, nunc per seipsum, nunc per alios: per seipsum quidem, sicut ad Abraham & Moysen cæterosque Prophetas locutus est; per alias verò, veluti cû per ipsos Prophetas primò, deinde per Apostolos cæterosque credentes, quibus sua præcepta alijs annuntianda commisit, quid suæ voluntatis, quid eorum salutis esset indicauit.

Secundum tres indicandi modos assignatos, Deus ad hæc quadrupliciter indicat.

Primus in dicandi modus, fit re & intellectu.

Dan. 7.

Rursus secundum hos modos, quadrupliciter dicitur Deus indicare, videlicet; aliquando re & intellectu, interdum re & voce, plerumque intellectu & voce; nonnunquam verò simul, & re, & intellectu, & voce. Re quippe & intellectu indicat, quando scilicet aliquid rerum ostensione præsignat, sed quidnam sit quod præsignat, ei cui hoc ostendit statim per intellectum præsignat. Hinc est quod cum Danieli diuersitates & qualitates fu-

turorum regnorum per diuersas similitudinis bestiarum ostenderentur, quædam nisi angelo docente non intellexit: quædam verò post res visas statim per se intellexit, sicut quodam loco post ostensas sibi rerum similitudines statim subdit, & ego inquam intelligebam, Dan. 8. Et in alio loco, *verbum reuelatum est Danieli cognomento Balthasar, & verum verbum & fortitudo magna, intellexitque sermonem.*

Re autem & voce dicitur indicare, quando aliquid re prænuntiat, & quid significet, voce pronuntiat, sicut cum Petro stupendam piscium capturam dedisset, causam protinus huius miraculi aperuit, *noli inquam timere, ex hoc iam homines eris capiens.* Luc. 8.

Porrò intellectu & voce indicat, quando alicui voluntatem suam dat intelligere, & quia hoc sua intellexerit inspiratione apertâ comprobatur voce. Hinc est quod Iacob in Aegyptum descensurus, cum intellexisset, quod non sine voluntate, & dispositione Dei actum esset, vt Ioseph promitteretur, non consulto pro hoc Deo, sicut Scriptura refert, *profectus est cum omni domo suâ, & venit ad puteum iuramenti, mactatisque ibi victimis Deo Patris sui, audiuit eum per visionem dicentem sibi, Iacob Iacob; qui respondit, assum; & ait, descende in Aegyptum; ne timeas, faciamque te ibi in gentem magnam.* Ecce quod iste

Secundus, re & voce.

Luc. 8.

Tertius, intellectu & voce.

Gen. 64.

iste

iste intellexerat diuinæ voluntatis esse, diuina quoque vox attestata est, se ei hoc per intellectum indicasse.

Quartus, re,
intellectu
& voce.

Simul vero & re, & intellectu & voce indicare videtur, quando aliquid aliquo præcedente signo insinuat, cuius subiecti signi causam capabilis videntis sensus per Spiritum intellectus pensat, quam ipsius author causæ voce quoque subsequente confirmat. Denique Esaias cum officium prædicationis suscipere metuens diceret, *va mihi quia tacui, quia vir pollutis labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito*; signo sibi à Deo dato, quod ostendit, dicens, *& volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit labia mea dicens, ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur*, gratiæ vocantis in se dignationem intellexit; & cum diceret Dominus, *quem mittam & quis ibit nobis?* voluntati diuinæ reuerenter attendit, moxque se humiliter & officiosè admittens, ecce ego inquit, *mitte me*. At Dominus quod per rem præsignauerat, & per intellectum aperuerat, voce quoque comprobauit, vt ad prædicandi officium Prophetam institueret; *Vade inquit, & dices populo huic, Audite audientes me, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere*.

Aliquo ergo modo præscripto-

rum modorum, postulat Ecclesia siue quæuis Deo placens anima indicari sibi gratiam necessariæ discretionis, vbi possit & debeat agnoscere placitam mansionem diuinæ dignationis, *indica, inquit, mihi quem diligit anima mea*. Non passim, inquit, non leuiter, & quasi modicum pensi habeat, accipiendum est ô Domine hoc tuum indicare; & ideo non cui libet, sed mihi quæ te diligo huius gratiæ munus concede; quia ad sensum huius subtilitatis sola vis proficit contemplatiuæ charitatis.

secundum aliquem modum ex his quatuor Anima fidelis petit sibi indicari, mansionem diuinam.

Et quid indicabis? videlicet, *vbi parcas, vbi cubes in meridie*. Quinam sunt quas pascit Deus, nisi hi quos ipse deducit, & in virectis virtutum exponit, vbi diuersas sanctitatis species colligant, quarum salubritas animæ sanitatem conferat, morbos depellat, & ad omne opus bonum efficacem hominem constituat. Sed quæ sint istæ species tanti vigoris, vt tam fortem, tam pulchrum, tam gloriosum hominem perficiant, luce clarius est, videlicet humilitas, patientia, obedientia, castitas, munditia corporis & animæ, mentis incorruptio & carnis mortificatio, contemptus sæculi & timor Dei, postremò charitas ipsa Dei & proximi, sine quâ nullius erit efficaciam omnium istarum confectio specierum. Iudicio sunt hæc scire cupienti qui & quales sint quos pascit Deus,

Quos dicatur Deus pascere.

Sanctitatis diuersæ species quæ sunt.

E 2 quod

Signa eorum
quos pascit
Deus.

Ioh. 10.

quod eius scilicet veri Pastoris oues
sint, de quibus ipse dicit, *oues meae
vocem meam audiunt, & ego Dominus
agnosco eas*; vt has oues suas compro-
bet qui vocem eius audiunt, & ideo
oues sint quia audiunt, quarum ta-
le audire & esse sit eius agnoscere.
Sicut è contrario qui non audiunt,
nec oues quoque sunt, cum magis
sint *sub vestimentis ouium lupi rapaces*,
de quibus dicit, quia *à fructibus eorū
cognoscetis eos*; quorum non audire
nec esse, est eius non agnoscere;
sicut ipse talibus dicit, *non noui vos*,
Math. 25. *discedite à me maledicti in ignem aeternum.*

Matth. 7

Math. 25.

Locus in
quo Deus
pascit quis
sit.

I. Cor. 2.

Locus in
quo Deus
pascit nō est
vniformis;
& vnde.

Diversi præ-
dicandi mo-
di ex dupli-
ci modo vi-

Locus ergo vbi pascit quos pas-
cit Deus sunt prata siue virecta vir-
tutum, spiritualium quoque pascua
doctrinarum, vbi inueniuntur &
agnoscuntur, qui sint oues Domini
& qui non sint, quia qui secundum
Spiritus sunt, quæ Spiritus senti-
unt; *animalis autem non percipit ea quæ
sunt spiritus Dei.*

Hæc autem pascua in quibus De-
us pascit quoscunque pascit, non vn-
iformia propter duplicem modū
viuendi scilicet & docendi, quam-
uis vtrobiq̄ue per se quidem sint e-
adem: nam vna dicitur bona vita,
altera bona scientia, in subiectis ta-
men in quibus sunt, & de quibus
prædicantur, diuersa sunt propter
diuersas gratiarum distributiones;
quia vnus quidem prædicatur hu-
milis, alter mansuetus vel mitis; iste
patiens, ille obediens; alius castus,
atque alius misericors vel largus, si-

ue aliud aliquid huiusmodi, quod
ad modum benè viuendi pertinet.
Alterâ vero in parte quæ est bona
scientia, de hoc quidem subiecto
prædicatur, quia bonus orator siue
prædicator est; de illo verò quia
bonus interpret siue expositor est;
de alio, quia peritus artium libera-
lium est, siue aliud aliquid quod
attinet ad modum benè docen-
di.

Ipsa quoque particulariter præ-
dicata suscipiunt magis & minus,
dum ex hac parte alius alio est hu-
milior, alius alio patientior, alius al-
lio castior, siue quodlibet aliud,
quod honestæ vitæ magis & minus
accidere potest. Porro ex altera
parte alius alio doctior, alius alio e-
loquentior vel eruditior, siue aliud
quodlibet, quod etiam scibili a-
nimæ magis & minus accidere
potest.

Quamuis ergo in huiusmodi pas-
cuit, in quibus pascit Deus quos pas-
cit, nō simpliciter sed multipliciter,
ea quæ diximus sit diuersitas, in ipsa
autem diuersitate magis & minus
accidat, hi tamē qui pascuntur, licet
propter donorum diuersitatem &
mensurâ non æqualiter pascuntur,
oues tamen Domini omnes sunt &
dicuntur; Quia sicut stella ab stel-
la cum differt in claritate, omnes
tamē stellæ sub vno continētur fir-
mamento, ita multæ quidem San-
ctorum sunt differentiæ, propter
differentes quæ in eis sunt virtutes,
omnes tamen ad vnum Dei reg-
num

uendi &
docendi ex
parte subie-
ctorum.

Particulari-
ter prædica-
ta suscipi-
unt magis
& minus.

Comparatio
stellarum &
Sanctorum.

num pertinere noscuntur. Vnde cū Dominus per Prophetā diceret, ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas sicut Pastor visitat gregem suū, in die cum fuerit in medio ouium suarum dispersarum, subdit paulo post, in riuis & in cunctis sedibus terræ & in montibus Israel erunt pascua eorum. Riui ex fontibus prodeunt, pascua vero terræ humilia, montium sublimia sunt.

Quid ergo per riuos, nisi quædā facta & dicta, q̄ ex magnis Patribus quasi ex fontibus profluunt? quid autem pascua terræ nisi leuiora diuinorum præceptorum documenta? quid verò per montium pascua nisi sublimia diuinorum mysteriorum sacramenta? Proposuit itaque Deus ouibus suis, magnis & paruis, infirmis & fortibus pascua vtriusq; competentia sexra vtrorumque capacitatem, quatenus & parui & infirmi habeant, vnde ad æternam vitam nutriantur, & confortentur; magni verò & fortes vnde proficiant & fatientur. In talibus sane ouibus suis, quas & in quibus hoc modo pascit Deus, ipse sibi requiem parat, vt in eis suæ indignationis gratia cubet & requiescat, in quibus tunc cubare & requiescere dicitur, quando eorū pijs actibus delectatur. Vnde per prophetam, super quem, inquit, requiescam nisi super humilem & quietum & trementum sermones meos? Quo contra in reproborum mentibus laborare dicitur, quando eorum prauis actibus qua-

si fatigatur. Vnde cum quibusdam peruersis Propheta diceret, laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, & illi responderent, in quo eum fecimus laborare? in eo, ait, quod dixistis, omnis qui facit malū bonus est in cōspectu Domini, & talis ei placent. Diuinitas ergo quæ à cordibus prauorū peruersis eorum actibus exasperata & quodammodo lassata repellitur, spiritus enim sanctus, sicut scriptum est, disciplina effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate, cuius repulsio illorum est abiectio, ea nimirum in sanctorum mentibus, quorum pijs actibus inuitatur & suscipitur, suauiter & quasi delectabiliter cubat & requiescat, cuius susceptio illorum est electio.

Rogat ergo Ecclesia vel sancta anima indicari sibi, vbi pascat & vbi cubet sponsus & hoc non quocūque tēpore sed in meridie. Cum hoc loco meridies iuxta anagogen solummodo accipi debeat, primò cōsiderare libet, quod, quibusue modis dicatur dies, & quot quæuē partes sint diei, vt his præcognitis, quem sensum expeditionem, significatio diuersa contineat, alieno relinquamus iudicio.

Videtur autem dies non simpliciter dici propter diuersas significationis formas, vt propter nominis cōmunionem, rationis autem siue definitionis diuersitatem vim æquiocationis obtineat.

E 3 Pona-

Ezech. 34.

Quid per riuos, pascua, & montes significetur.

Deus ouibus suis proponit pascua competentia.

In quibus Deus cubit, & quomodo.

Esa. 66.

Quomodo Deus in reproborum mentibus laborat.

Malach. 2.

Cur sponsus dicatur cubare in meridie. Meridies hic anagogicè dicitur tantum.

Dies diuersimode dicitur, & diuersas habet partes.

Quis dicatur dies naturalis, actualis, intellectualis, & æternalis. Ponamus ergo vt quatuor sint dici formæ, quarum prima quidem dicatur dies naturalis, sequens verò ad prioris constituta formam, non absurdè nuncupetur dies actualis, tertia verò quæ sola rationis luce constat, non incongruè appelletur dies intellectualis, porro vltima quæ nunquam deficit & sola tempore caret, inque sui immutabilitate fixa perstat, congruentissimè scribatur dies æternalis. Et vna quidem est vitæ humanæ subsidium, altera componendæ vitæ exemplum, tertia discernendæ vitæ speculū, quarta quæ & vltima benè consummatæ, vitæ præmium.

Dies naturalis, actualis, & intellectualis in tres diuiduntur partes, mane, meridiem & vespere.

Dies naturalis non est huius loci proprie.

In die naturali quid sit mane, meridiem & vespere.

Constituamus vt harum quæque in tres diuidatur partes, videlicet in mane, meridiem & vespere exceptâ solâ vltimâ, quæ semper temporis experta fuit, & est, & erit; esse quippe eius & incomparabile deus est ipse Deus.

Et prima quidem quæ est naturalis nihil ad præsentem attinet locum, nisi quod cæteræ duæ tantum, vltima quippe vt diximus sine tempore est, ad eius constituuntur formam.

In naturali igitur die mane est primus solis exortus, qui paulatim ascendendo succrescens meridiem efficit circa mediam diem, quæ fit in eo loco vltra quem Sol non progrediens quasi in centro figitur, atque inde iterum descendendo decrescens, vespere efficit circa fi-

nem diei, qui est totus solis occasus.

Ad huius autem dici formam instituitur ille, quem appellauimus actuali ab exordio mundi vsque ad finem eius; cuius mane fuit tempus illud ante legem quo tantum naturali lege homo utebatur, meridiem autem sub lege & gratia, quando & naturali & scriptâ lege instruebatur; porro vespere tempus vltimi iudicij quando & pro naturali & pro scripta lege iudicabitur, siue ad vitam siue ad mortem.

Ante legem quippe, per naturalem legem mane habebat, id est principium quoddam discretionis, duce ratione quâ videre & agnoscere posset, quantum brutis animalibus præstaret, quando bonum & malum discernere nosset; ad summum autem considerare & intelligere, nullam creaturam se ipsam posse creare, sed esse quoddam increatum, quod omnia quæ facta sunt iusserit fieri, & quantum excellentius illud & gloriosius esset omnibus creatis ex ipsius creaturæ pulchritudine & vtilitate aduertere; atque ab hoc inexcusabilem fore, si honorem creatori debitum creaturæ deferret.

Sed cum lex illa naturalis in quibusdam obruta esset consuetudine peccandi lex scripta est data quæ prohiberet & coerceret peccantes, ex quâ meritum cuiusque cõstaret, dum aut obseruatio eius causa esset remunerationis, aut præuaricatio causa damnationis. In quibusdam

vero

In die actuali quid sit mane, meridiem & vespere.

Quid homo poterit ex lege naturali.

Quid homini contulerit lex scripta.

Aliqui lege scripta non eguerunt

Rom. 2.

vero adeo viguit lex ipsa naturalis, vt scripta lege non indigerent, dum ipsi sibi lex essent, & ostenderent opis legis scriptum in cordibus suis, & sine lege existentes ea qua legis sunt facerent testimonium, reddente eis conscientia ipsorum in die quo iudicabit Deus occulta hominum. Vbi autem ad legem naturalem accessit lex scripta, post mane facta est quasi meridies, quia hi quibus Sol iustitiæ iam exortus erat, dato sibi mandato siue veteris siue nouæ legis, tanto feruore charitatis erga Deum vtrobique accensi sunt, vt magis obligerent mori, quam præscriptæ sibi à Deo legis honestatem præuaricari.

Exempla animi fortis in lege scripta.

Num. 25.

1. Mach. 2.

2. Mach. 7.

Lex noua homini quid contulerit.

Hoc videre licet in illis feruētissimis vtriusque legis æmulatoribus qui fortissimum zelum habuerunt siue pro defendendâ, siue pro coniurâda lege sanctâ, quorum, exempli gratia, vnus fuit in veteri lege Phinees filius Eleazari, qui v indicauit legem occidendo eos, qui præuaricatores legis extiterant: Mathathias quoque & filij eius qui legem defendebant, & septem fratres, qui magis eligerent obseruando legem mori, quam præuaricando viuere. Quid ergo dicemus de illis gloriosissimis & fortissimis pugnatoribus in nouâ lege, Apostolis videlicet & eorū sequacibus in quibus tantus erat feruor diuinæ charitatis, tantus zelus rectitudinis vt pro fide, pro iustitia, pro veritate omnia aduersa perferre, omnium mortium genera subire, postremò in ipsa morte oc-

cumbere non dubitaret: De quibus Apostolus, sancti, inquit, ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Nunquid omnes isti sub lege, siue sub gratiâ, in meridie non fuerunt, quando tantum ardorem tentationis in corpore & corde pertulerunt? Magnos nimirum actus illius meridiei dupliciter æstuantis, quia & mens illorum æstuabat feruore sanctæ charitatis, & corpus affligebatur æstu multæ tribulationis.

Heb. 11.

Æstus alius corporis alius cordis.

Vespera quoque quæ est tempus vltimi iudicij, decernere debet huiusmodi emeritis tyronibus, pro æstu laboris refrigerium & requiem, quibus à Rege cælesti pro cuius amore defudauerunt, dabitur æternæ remunerationis donatiuū, videlicet illud generalissimū, indeficiēs & incommutabile bonum, quod est ipse Deus Deorum. Nam hoc est Dei remunerare, se ipsum electis suis dare.

In vespera quomodo detur requies, pro æstu laboris.

Porro ille intellectualis dies, eisdem quas supra posuimus partibus non inconuenienter constat, quia in cuiusque sensu, qui splendore & calore virtutū viget, quasi quoddam mane est boni operis inchoatio; meridies autem bene inchoati operis per incrementa & profectū sanctitatis perfectio; vespera verò benè inchoati, melius perfecti operis optima ad finē vsque completio. Dies iste in vnoquoque sapiente ipse intellectus est, q̄ ea q̄ circa se sunt siue

In die Intellectuali quid sit mane, meridies & vespera.

siue in cogitatione, siue in opere di-
iudicat & discernit, quia in lumine
est & videre potest, quid sibi sit a-
gendum, quidve vitandum; *qui au-*
tem in tenebris ambulat, nescit quo eat,
quia tenebrae excacauerunt oculos eius,
ideoq; opera eius opera sunt tenebrarum;
qui quoniam diem istum, id est, in-
tellectum non habet, parum distare
ab irrationabilibus dicitur, propter
irrationabiles, & quasi bestiales
quosdam motus actuum prauorū.

Huius intellectualis diei quasi
primordia lucis sunt prima hone-
statis opera adhuc parua & tenuia,
sed cum assiduitate percreuerint, &
quendam ex eis calorem animus
conceperit, ipso calore paulatim
augmentum capiente in totam di-
uinæ charitatis exardescit plenu-
dinem tanquam huius diei meridi-
em, quando clarior lux intelligen-
tiæ aperitur, ita vt iam nihil in ter-
renis libeat, sed totus in Dei amore
feruescat. Vnde Psalm. vt huius diei
mane meridiq; describeret, di-
cit, *concaluit cor meum intra me, & in*
meditatione mea exardescit ignis: ac si
patēter dicat; iam pridem per desi-
derium boni operis mens mea con-
caluit, sed quia huius meditatione
mandatorum Dei, ab imis ad super-
na per contemplationem quotidie
ducitur, non iam tantum calet, sed
tota in amorem conditoris sui igne
charitatis ardet.

Vespera autem huiusmodi diei
est boni operis vsque ad finem vitæ
consummatio, nec quicquam præ-

cedentes partes conferre poterunt, *Matt. 24.*
si hæc vltima defuerit, *qui enim perse-*
uerauerit vsque in finem, hic saluus erit.
Vnde psalmista, *eleuatio, inquit, ma-*
nuum mearum sacrificium vespertinum:
ac si alijs verbis dicat, principium
siue profectus operum meorum,
tunc & Deo sacrificium, si in eorum
studio diem clausero extremum. Et
præcepto legis cauda hostiæ in sa-
crificio iubetur offerri; in caudâ
quippe finis est corporis. *Et ille bene*
immolat, qui sacrificium boni operis ad
finem debite perducit actionis. Hinc Io-
seph inter reliquos fratres thalarem
tonicam habuisse describitur, *tunica*
quippe vsque ad thalum est opus bonum
vsque ad consummationem

Est igitur intellectualis diei ma-
ne; virtus inchoatiua; meridies au-
tem, virtus perfectiua: vespera, vir-
tus contemplatiua. Suscipit autem
huiusmodi dies magis & minus,
iuxta triplicem temporalis incre-
mēti in homine qualitatem: in pue-
ritia enim minor est intellectus, in
iuuētute maior, in senectute maxi-
mus. Nam quod reliquum fuerit, in
multis deficit, velut in decrepitis,
qui aliquando sensu repuerescere
videretur. Est autem pueritia siue a-
dolescentia quoddam mane quasi
solis exortus; iuētus quædam me-
ridies quasi solis altissimus ascensus
& feruentissimum tempus, sicut &
eas ætas maximi calor est & robo-
ris, senectus autem quædam vespe-
ra quasi solis ab alto axe descensus
& calor defectus, sicut & illa

ætate

Ioh. 12.
Isa. 6. &
29.

Carens
die intelle-
ctuali crea-
tura irratio-
nali assimi-
latur.

Pf. 38.

Mane &
meridies in
die intelle-
ctuali nihil
profunt sine
vesperâ.

Cauda in sa-
crificio cur-
olim offerri
mandata.

Exod. 29.

Leo. 3.

Tunica tala-
ris Ioseph
quid figura-
uerit.

Gen. 37.

Dies intel-
lectualis
suscipit ma-
gis & mi-
nus, & quo-
modo.

Pueritia ma-
ne, iuuentus
meridies cū-
ctus vespe-
ra est.

ærate homo à calore iuuentutis deficit.

Siue ergo intellectus distinguitur, per ætatē momenta, siue in ipso intellectu distinguitur per operum incrementa, dies intellectualis non absurdè dici potest, vt hoc sit quod Psalmista dicit, *vespere, & mane, & meridie narrabo & annuntiabo*, ac si dicat, & in pueritia & in iuuentute & in senectute siue ætatis siue intellectus tanquā mane, meridie vesperare docendo & operando rectè viuendi regulam annuntiabo.

Psal. 54.

Dies æternalis solam habet meridiem.

Vltima sanè forma dici quam æternalem diximus istarum trium partium solam habet meridiē. Mane enim per se quidem nullum sed in illis qui ea participant, aliquod; ante resurrectionem quidem in sola animā, quando ad eam feliciter moriendo nascuntur; in resurrectione verò & in anima & in corpore, quādo ad eam felicissimè resurgendo renascuntur, quam felicitatem corporis & animæ Scriptura sancta duplicem appellat stolā; simplicem autem, solius animæ beatitudinem.

Stola duplex in Scriptura resurrectiōnem corporis & animæ significat.

Dies æternalis quomodo habeat & non habeat Mane.

Quod ergo initium aliquod habet beatitudinis, etiam nunc in animā & tunc in corpore simul & animā, in participantibus mane quoddam est, sicut dictum est; in sui vero naturā & proprietate, quæ immutabiliter fuit, & est, & erit, nunquam mane fuit, quia ipsa beatitudo, Deus est cuius immutabilitati immutabiles facti participant,

Porro Vespera nec in se, nec in participantibus habere vllō modo potuit vel poterit, quia cum illō æternabiliter fixi stabunt, cuius naturali æternitati per gratiam coniuncti sunt. Meridiem autem semper & in se & in participantibus habuit & habebit; in se quidem, propter specialē pulchritudinis, claritatis, & quietis præstantiam; in participantibus verò propter ardentissimum diuinæ charitatis feruorem, quæ in illa vitâ tantò feruentior est eā quam in hâc vitâ habere possunt, quantò constat quod illa longè est felicitior & incomparabilior istâ. Vnde Propheta, *viuit, inquit, Dominus, cuius ignis, est in Syon, & caminus eius in Ierusalem*. Plus est caminum esse quam ignem, quia ignis esse & paruus potest, in camino, autem vastior flamma succenditur. Syon verò speculatio, Ierusalem autem visio pacis dicitur: pacem verò nostrā hic interim speculamur, vt illic postmodum plenè videamus. Ex amore ergo Domini in Syon ignis est, in Ierusalem caminus, quia hic amoris eius flammis aliquatenus ardemus, vbi aliquid de illo contemplamur, sed ibi plenè ardebimus, vbi plenè videbimus quem amamus.

Dies æternalis nullā habet vesperā meridiem verò semper æternam.

Esa. 36.

Quid sit igne esse in Syon, & caminum in Ierusalem.

Meridiem ergo solam habet ista dies æternalis longè clariorem & feruentiorem præscriptorum dierū formalium siue naturalium meridiibus; quæ tamen secundum merita participantium suscipit magis

Meridies dicitur æternalis clarior est meridiibus dierum naturalium.

F & mi-

& minus, quia cum ipsa per se vna eademq; sit eâ tamen participantes dissimiliter participant. In domo enim *Patris mansiones multe sunt*, quia in vno premio diuersa est gloria electorum, sicut & miseria reprobatorum iuxta vtrorumque meritum.

Ioh. 14.

De quarum dierum meridiebus hoc loco agatur.

Hoc itaque loco nec primæ nec vltimæ diei meridies, sed inter hos mediorum scilicet actualis & intellectualis consideranda est, quia vel in actiua vel in contemplatiua vitæ studio debet pendere vniuscuiusque rectè viuentis intentio.

Igitur quoniam multi videntur in feruore diuinæ charitatis esse, siue in actiuâ siue in contemplatiuâ vita existentes, qui simplicem oculum non habent, quia bona non recta intentione agunt, dum hæc non pro Deo, sed pro inani gloriâ, vel pro terreno lucro ostentant, quos ab his qui verè Deum amant discernere, valde est difficile, postulat Ecclesia siue aliqua sancta anima Sponsum suum vt ei indicet aliquo modo supra positorum modorum, per Spiritum discretionis, quinam sint illi qui non simulatè sed veraciter illum diligant & sequantur, in quibus ille pascat dulcedine mandatorum suorum, & in quibus cubet & quiescat delectabili quiete virtutum in meridie, id est in feruore charitatis suæ, sicut ipse dicit; *si quis diligit me sermonem meum seruabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus & mansionem apud*

1. Ioh. 14.

eum faciemus. Qui enim sermones Dei obseruat, probat se Deum diligere & qui Deum diligit, Dei mansione est dignus.

Quare autem huius donum discretionis postulat, subdit causam dicens *ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.*

Sodales Christi aliqui sunt, aliqui putantur, & quia vitæ qualitate differunt, recte non *Grex*, sed *Greges* dicuntur. Aliter enim dicuntur qui sunt, aliter qui putantur: quia hi qui sunt veraciter Christum imitantur, siue sint Prælati docentes & instructores subiectos verbo & exemplo sicut Christus discipulos; siue sint subiecti audientes & interrogantes se inuicem, sicut de Christo scriptum est, quia *inuenerunt eum in templo audientem & interrogantem eos*: qui autem putantur tantum, sed non sunt, simulantes se Christum sequi, solo nomine præfunt, & nec verbo nec exemplo subiectis præfunt, subiecti autem inter se veluti fratres sint fictâ charitate iunguntur, & ideo non agnoscuntur. Tales ergo sodales Sponsi sunt & putantur: sunt, quia veri; putantur, quia ficti.

Quod sodales Christi aliqui sint, aliqui putantur.

LUC. 2.

Quocirca necessariam sibi postulat discretionem, vt quia supra promiserat, quod etiam filij matris suæ pugnauerint contra se, & ideo dubiû sit qui sint fideles qui infideles, datâ sibi discretionis gratiâ possit agnoscere quibus se debeat coniungere, quibus docentibus credere, à quibus rectè viuendi formam assumere,

Discretio necessaria ad discernendum fideles ab infidelibus.

mere, vt sit ei necesse vagabundam circuire, & ignoranter fortasse abi- re in errores sed alium simulatorū.

Cui taliter postulanti Dominus quasi obiurgando, cur in aliqua tē- tatione de eius adiutorio diffidat, cui pro magna consolatione, diuer- sum gratiæ suæ munus contulerit, respondit, *si ignoras te ô pulchra inter mulieres?*

VERSVS VIII.

Si ignoras te ô pulcherrima inter mu- lieres, egredere & abi post vestigia Gregū, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula Pastorum.

Dies intel- lectualis nō modo parti- culariter in aliquo sed & vniuersali- ter in vno- quoque ho- mine potest constitui.

PAulo superius vbi quadrifor- mem descripsimus diem intel- lectualem siue actualem, particula- riter in aliquo constituimus Sapi- ente; intellectualem quidē propter rationem & lucem inter tenebras, hoc est virtutes & vitia rectē diui- dentem: actualē verò propter dis- cretionem ea quę rectē perspexerit, in opera lucis proferentē; nunc ve- rò nil prohibet vniuersaliter quoq; in vnoquoq; homine intellectuālē tantum constituere diem propter naturaliter sibi insitæ rationis viuacitatem.

Cognitio sui, diei, ig- norantia sui, nocti assimi- latur.

Ponamus ergo ad similitudinem naturalis diei qui integer diuiditur in diem & noctem, huius quoq; intel- lectualis diei in vniuersali homi- ne secundum priuationem & habi- tum duas portiones, hoc est cogni- tionem sui & ignorantiam sui qua- rum prior pro die, sequens pro no- cte reputetur.

Est enim quidam animi habitus iustitia, quando ex plenâ sui cogni- tione, quandam assumit honestatis formam, quâ affectus siue ad quam dispositus, per adiuuantem se gratiâ in tantū proficit, vt huiusmodi affe- ctio siue dispositio transeat in habi- tum, atq; ex hoc totus homo ille iu- stus prædicetur. Huius autem habi- tus priuatio est iniustitia, quando ipse animus aut nūquā admisit ali- quā pietatis formā, aut si habuit, a- misit, diuinā se deferente gratiā; vel alicuius deformitatis attraxit vitiū, cuius affectio siue dispositio simili modo trāsit in habitū priori cōtra- riū, vt sicut participatione iustitiæ iustus, ita participatione iniustitiæ dicatur iniustus: quod est secundū habitum, secundum priuationem verò, quod vel ipse caret iustitia, vel quod iniustitia est priuatio iustitiæ, iuxta descriptionem mali, quod di- citur *malum non esse aliud quā priua- tio boni*, boni autem species & iusti- tia, sicut è contrario mali iniustitia.

Iustitiæ ha- betis, iniu- stitia priua- tio est.

Sed quia hæc species boni nasci- tur ex ea parte quæ est cognitio sui, & species mali ex ea parte quæ est ignorantia sui, dicendum est quid sit seipsū cognoscere & ignorare.

Mali descri- ptio.

Seipsum quippe veraciter cog- noscit quisquis subtili indagatone perpendit quantum præster omni visibili creaturæ in eo quod ad si- militudinem Dei creatus est, quæ similitudo non in corpore, sed in mente attenditur secundum præ- rogatiuam rationis intelligentis

Cognitio & ignoran- tia sui in quo consi- stat.

& discernentis, qualiter ipsa quoq; creatura eius vtilitati seruiens ei subiecta sit; quod eius corporea substantia sursum porrecta sit quasi quoddam commonitorium mentis, quæ debeat terrena despicere & ad cœlestia se subleuare, quod tantum eius naturam Deus diluerit, vt pro eâ redimendâ sanguinem suum fundere dignatus sit: postremo quodeandem naturam ad tantam gloriam prædestinauerit, vt suæ eum immortalitatis, immutabilitatis, æternitatis quandoque participem facere decreuerit, atque ideo omnis honestatis, virtutis & disciplinæ perceptibilem fecerit, sicque ex hoc sui cognitione quasi ex cuiusdam diei luce ducitur ad desiderandam & obtinendam iustitiam. Sicut è contrario ad iniustitiã trahitur quadam cœcitate mētis quasi cuiusdam noctis tenebris, quando omnia illa præscripta nec scit, nec potest in se considerare, quod est se ipsum ignorare. Est ergo cognitio sui quasi quoddam iustitiæ bonum dispositorium, sicut & ignorantia sui quoddam ipsius iustitiæ malam priuatorium.

Quomodo ex cognitione vel ignorantia sui homo fiat iustus vel iniustus.

Sponsam igitur suam Sponsus, hoc est Christus Ecclesiã siue quãlibet sanctam animam quæ conquesta fuerat, quia non tantum ab extraneis, verum etiam à fratribus persecutionem pateretur; & idcirco valde difficile esset discernere inter sodales Sponsi qui sint veri, qui falsi obiurgans propter huius-

Puſillanimitatis in Spōsa obiurgatio.

cemodi puſillanimitatem, & quod quasi destituta esset, gratiæ Dei in se largitatem nō ostenderet, *si ignoras te*, inquit, *ô pulcherrima inter mulieres, egredere*. Si inquit considerationem tui minimè capis, & ignoras quia ad similitudinem meam facta es, quod te rationis capacē feci, vt intelligas quid appetere, quid refugere debeas, quod te meo sanguine redemi, & inter diuersorum dogmatum Synagogas siue cæteras animas, solam sine maculâ & rugâ pulchram feci, & baptismatis ablutione & speciali Sacramentorū meorum donatione, nec non diuersarū gratiarum distributione, quod hoc modo talē te feci, vt meritō nō debeas turbari, nec aliquibus aduersitatibus frangi, sed magis confortari, & in me gloriari, dum impossibile sit te omnimodis destitui, quam tāto mihi gratiæ & misericordiæ meæ dignatione cōsecraui, si hoc inquit ignoras & scire detrectas, *egredere*, hoc est exi foras à mei contubernio & à secreti mei cōsortio, quia *omnis ignorans ignorabitur, & nulla participatio luci ad tenebras*. Et abi post *vestigia gregū*; hoc est imitare actus populorū, qui non sunt vnus grex neq; vnū ouile, quia non est illis vnus Pastor, quoniã ab vnitae fidei se præcedētes diuersas sequuntur multipliciū errorū Magistros. Et *pasce hædos tuos*, hoc est nutri & foue notos tuos carnales & luxuriosos, siue *hædos tuos*, id est peccatores tuo verbo & exemplo putidos, & in iudicio ad fini-

Puſillanimitatem quæ repellere debeant.

1. Cor. 14.
2. Cor. 6.

Qui significantur per hædos.

ad sinistram ponendos; iuxta tabernacula pastorum, hoc est iuxta conuenticula errantium Magistrorum, qui multa habent tabernacula, quia diuersas constituunt Synagogas propter varias doctrinarum sectas, recedentes ab illo vno meo tabernaculo, in quo est vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, nullumque est in Catholicâ vnitatem schisma.

Ephes. 4.

Vox sponsi hoc loco non præcipientis sed prædicentis est.

Math. 6.

Ioh. 2.

Duo contraria in vno eodemque tempore in vno eodemque simul esse non possunt.

Matt. 12.

Hæc autem Vox sponsi non præcipientis est, sed prædicentis, quia iuxta ipsius vocem, nemo potest duobus Dominis seruire, hoc est Deo & sæculo, neque simul diligere Deum & sæculum: & Iohannis voce dicitur, quia omnis qui diligit mundum, non est charitas Patris in illo. Quocirca si mundum diligere non est Deum diligere, Deum autem diligere est iustum esse, profectò mundum diligere est iniustum esse. Duo autem contraria vno eodemque tempore, in vno eodemque simul esse non possunt, vt aliquis possit esse simul iustus & iniustus. Rursus in vno eodemque diuersis tamē temporibus possibile est duo esse contraria, vt nunc aliquis boni aliquid faciens iustus prædicetur, alio verò tempore peccans iniustus. Porro definite simul dici iustus & iniustus, vno eodemque tempore nemo potest sicut iam diximus, quod ex verbis Euangelij docetur, vbi quibusdam dicitur, aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum: ac si dicat quia vtrumque simul definite dici boni & mali non po-

testis vno eodemque tempore, necesse est vt vnum istorum in vobis existens alterum perimat, hoc est vel bonitas malitiam, vel malitia bonitatem. Hoc quidem dictum fit iuxta interioris hominis statum, qui semper aut in malo constituitur; sed si totum hominem qui ex animâ & corpore constat cõsideres, hæc Regula dialecticorum deficit, quia possunt vno eodemque tempore in vno eodemque simul duo contraria esse. Contraria enim sunt bonum & malum, duo vero sunt homo & peccator. Et homo quidem secundum substantiam bonum quoddam est, omnia enim quæ fecit Deus erant valde bona; peccator vero homo quoddam malum est, quod ipse homo fecit. Et hæc duo contraria sunt in vno eodemque tempore, quia quod homo est bonum est: quod peccator malum.

Duo contraria contra communem Dialecticorum regulam in vno eodemque simul esse posse ostenditur.

Gen. 2.

Sponsus ergo sponsam seuerius alloquitur, quasi vagabundam & incertam & minus confidentem & quoddam immediatum ostendens ex vna hac propositione quâ dicit, si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, docet alterum de duobus necessario eligendum, videlicet, vt aut cognitione sui iustitiæ bonum assumens specialiter Deo adhæreat contemplatoriâ charitate, aut ignorantia suæ iniustitiæ malum incidens ab ea recedat sæculum diligendo priuatoriâ actione: Iustitiæ enim malum priuat hominem iustitiæ bono.

Sponsus cur sponsam seuerius alloquitur errima.

Dicit itaque sponsus sponsæ, id est Christus cuique fideli animæ, ut si se ipsam in tantam cordis cæcitatem deprefferit, ut nec velit nec possit agnoscere, quam gratiosam eam præ cæteris pulchritudine mentis Deus dotauerit ad considerandum & intelligendum diuinæ in se bonitatis propositum, egrediatur de mentis suæ secretò, & abeat per latam & spatiosam viam errantium populorum, vbi carnalis nutriat motus secundum doctrinam Magistorum, contraria docentium, neque volentium habere Domini tabernaculum in quo sunt vna aurea habes manna, & Virga Aaron & tabulæ Testamèti, quia in eâ prædicantur & venerantur Christi diuinitas & humanitas, & Sacerdotalis dignitas, & mandatorum diuinorum sublimitas.

Quid sit egredi, & abire post greges & pascere hoc dos. Iuxta tabernacula Pastorum.

Tabernaculum Domini quid contineat.

Varia Hæreticorum tabernacula sunt Synagoga Sathanæ.

Can. 6.

Hæretici enim siue schismatici multa habent Tabernacula, propter varias doctrinas quibus seducunt suos sequaces, & putant suum conuentum Ecclesiam esse cum sint Synagoga Sathanæ. Nullus autem locus salutis est extra Ecclesiam Catholicam, neque sunt aliæ Ecclesiæ dicendæ præter hanc vnã, quæ quamuis in multas particulares diuidatur Ecclesias, tamen propter vnitatem fidei vna est sancta vniuersalis Ecclesia. Vnde & in hoc eodẽ Cantico dum sponsus diceret, quia *sexaginta sunt regine, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est nu-*

merus, subiecit, vna est columba mea, perfecta mea, vna est matris sue, electa genitricis sue. Hinc est quod ipse primus Pastor eiusdem Ecclesiæ nondum perfectam adeptus scientiam conspectâ in monte gloriâ Domini, dum diceret, *Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Helia vnum,* non est exauditus neq; approbatũ eius tale consilium, quia neque in lege neque in Prophetia erat seorsũ aliqua constituenda Ecclesia, sed noui testamenti, in quo lex & Prophetæ recapitulantur, sola & vna erat per totum orbem sancta & vniuersalis suscipienda & veneranda Ecclesia. Nihil enim est aliud Euangelium quàm Lex & Prophetæ, quia quod Lex & Prophetæ futurum rebus & verbis denuntiant, iã factum Euangelium repræsentat. Vnde Ezechiel in visione gloriæ Dei *aspectus, inquit, rotarum & opera velut si sit rota in medio rota.* Rota quippe in medio rotæ est nouum testamentum inter testamentum vetus, quia quod testamentum vetus præsignauit, hoc testamentum nouum exhibuit, & expositio testamenti veteris est testamentum nouum. Vnum namque sunt & inuicem se continent vetus & nouum testamentum, quia quod illud in figurâ, istud repræsentat in veritate; & quod illud faciendum, istud indicat iam factum, ut sint vnum Dei tabernaculum.

Petrus cur in monte Tabor exauditus non fuerit.

Rota in medio rotæ nouum testamentum vetus.

Igitur

Igitur Ecclesia Dei non debet neque potest ignorare se ipsam, quæ tanta mysteriorum & Sacramentorum pulchritudinem decoratur, cuius omne præconium est ipsa varietas decentissima venerabilium sanctionum.

Anima non debet ignorare se, & quare.

Porro singulariter quælibet anima non debet se ignorare, ne dum in se conditoris sui dona minimè pensat, per illicita defluendo ab eo aliena fiat. Verum si qua in se bona per gratiam eius considerat, debet ea grater & dicenter attendere, & studio bonæ actionis extendere, ne pro defosso talento arguatur, quin potius pro multiplicato æternæ remunerationis præmio doneatur. Proinde & vos o Sanctissimæ Sorores, quæ in domo disciplinæ estis coadunatæ, nolite vos ignorare, sed potius diligenter circumspicite, & quid vel qualis vos Sponsus vester fecerit attendite, qualiter vos à cæteris hominibus velut triticum à paleis segregavit; qualiter singularis vos conuersationis pulchritudine specialiter sibi aptavit, quam multiplici virtutum ornamento decoravit; quando hinc inde alternantibus studijs nunc pudicitiam, nunc continentia, nunc obedientia, nunc humilitate, nunc oratorium & vigiliarum frequentiam, delectabile Deo & sanctis eius spectaculum facitis.

Quid sit mittere margaritam ante porcos.

Cum ergo tales vos per gratiam Dei aspiciatis, nolite margaritam

vestrū ante porcos mittere, vt conculent eam, hoc est nolite exire de illo contemplatiuo & tutissimo sponsi vestri secretariò, & abire post sæcularium actionum strepitus, vbi carnalia desideria completis secundum doctrinam hominum impiorum, de quorum tabernaculis fugere debetis, ne vos terra sæcularis conuersationis absorbeat, sed potius cum vos rectè agnoueritis, gratias diuinæ dignationi, cuius hoc munus estis referre, & de bonis ad meliora per singulos dies proficere, omnimodis sat agite, quatenus de hoc præfenti tabernaculo ad illud cæleste transmigrare possitis, dicentes cum psalmista, *quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.*

Ps. 83.

VERSUS IX.

Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea.

Postquam Dominus generaliter Ecclesiam siue specialiter deuotam sibi animam redarguit eo quod in aliqua aduersitate de eius adiutorio dubitauerit cuius gratiam multorum bonorum beneficia promeruit, cum magis aduersitatibus probata fortior esse debuerit; ingreditur ipse ostendere quod se ipsam debeat agnoscere, vt gratiæ Dei bonum quod in se ignorat, ipso demonstrante sibi manifestum fiat, atque

atque ex hoc in cunctis aduersis constantior existat. Ait ergo, *Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilauit amica mea.*

Primo dicendum quis fuerit iste *Equitatus Domini*, quæ *currus Pharaonis*, deinde istorum duorum oppositorum quæ sit significatio, quæ etiam rerum significantium & significatarum proportio. *Equitatus Domini*, fuit ille exercitus Israelitici populi, quondam Deo accepti quæ eduxit de *Ægypto* in manu potenti & brachio excelso, decem plagis percussa *Ægypto*, cuius decimæ plagæ terribilis ostensio, agni que Paschalis ad vesperam immolatio fuit ipsius populi cita liberatio. Sic enim dicit scriptura, *quia cum percussurus Dominus esset Ægyptum, hac ultimâ plagâ, morte scilicet omnium primogenitorum, præcepit filiis Israel ut per familias suas immolarent agnum ad vesperam, cuius sanguinem ponerent super vtrumque postem domus, & in superliminaribus domorum in quibus illum comederet ut viso hoc signo Angelus percussus transiret nemine in domo illâ laeso. Quod cum fecissent, & nocte illâ Dominus omne primogenitum in terrâ Ægypti percuteret, omni tamen domo saluâ quæ fuerat sanguine agni respersâ egressus est omnis equitatus ille Domini de terrâ Ægypti, quem cum persequeretur, Pharaon cum curribus & equitibus suis, submersus est in mari rubro, ipso equitatu mare idem sicco pede transgresso.*

Equitatus
Domini
quis fuerit.

Ex. 12. 13.
14. & 15.

Agnis paschalis immolatio, & quæ circa &

Si mentis oculos adhibeamus perpulchrum est considerare quid

in se mysterij contineant, exitus ille de *Ægypto*, immolatio agni verspertini, conspersio sanguinis in postibus & superliminaribus domorum, persecutio Pharaonis & submersio ipsius, populi quoque liberatio, ad postremum in terram repromissionis introductio, & quantum ad Ecclesiam vniuersalem horum omnium pertineat assimilatio. Simul etiam incipere libet, quomodo ipsum populum Dominus præcessit per columnam nubis in die, in nocte per columnâ ignis, & quid *Virga* illa prætulerit, quæ tot signorum effectrix diuino imperio extitit.

Ad huius ergo similitudinem equitatus qui in figura præcessit dispositus est siue disponitur mirabilis ille equitatus Domini, in quo militauerunt & militant, primò quidem Apostoli & Martyres, denique sacerdotes & diuersæ professionis Ordines, deinde illorum successores induiti *armatura Dei*, hoc est *loricâ iustitiæ, scuto fidei, & gladio Spiritus* quod est *verbum Dei*.

Quid ergo est *Equitatus* iste? nimirum sancta vniuersalis Ecclesia in quâ quicquid tunc in re tantum præcessit, nunc in sacramento & re sacramenti quotidie peragitur. Nâ quid est immolatio Agni ad vesperam, nisi passio Christi in fine sæculorum; Cuius Agni sanguis super vtrumque ponitur postem quando passionis Christi sacramentum & ore ad redemptionem sumitur, & ad

post eum facta sunt, quid mysterij contineant, consideratione dignum & pulchrum est. Item *Columna* nubis & ignis, itemque *Virga* Moysis miraculorum operantis quid significarint in Ecclesia militante.

Equitatus
Domini
Ecclesia.

Quid sit
ponere
sanguinem
Agni super
vtrumque
postem &
superlimi-
naribus
domorum.

ad imitationem intenta mente cogitur. In superliminaribus quoque domorum sanguinem Agni ponere est, & intentionem mentis in qua per cogitationem habitamus, ad imitationem Dominicæ passionis dirigere, & corporis in quo viuendo habitamus frontem, signo ipsius passionis munire.

Quis Equi-
tatus anti-
quus, quis
nouus.

Ille ergo antiquus Domini Equitatus per immolationem Agni ab Ægyptia seruitute liberatus, trāsito mari rubro submersis hostibus post datam & acceptam in heremo legem terram repromissionis intrauit. Hic verò nouus Domini Equitatus post passionem Christi iugo diabolicæ damnationis excusso, per baptismi ablutionem, submersis animæ hostibus, hoc est vitij & peccatis, per fidem & obseruationem Euangelij terram repromissæ æternæ hereditatis accepit. Hunc Equitatum suum Dominus præcedit, in die per columnā nubis, in nocte per columnam ignis, qui sanctis qui per diem intelliguntur, mitem & mansuetum se præbet lenitate misericordiæ: peccatoribus verò qui per noctem accipiuntur, terribilem se exhibet terrore iudicij.

Sancti per
diem, pec-
catores per
noctem ac-
cipiuntur.

Sanè mirabilis & gloriosa secundum mysteriū fuit in illo Equitatu Virgæ deportatio, per quam Deus in populo suo prodigia & signa potentia suæ ostendisse memoratur. Nonne satis conuenienter per hanc virgā præfigurari potuit lignū Do-

Virga Moy-
sis fuit fi-
gura ligni
Crucis
Christi.

minicæ passionis, quæ est vnica spes & summa totius nostræ salutis?

Planè Ecclesia Domini quæ huic Equitatu ipsius voce assimilatur hoc mirabile Crucis signum in omnibus Officiorum suorum ordinationibus, omnium Sacramentorum & mysteriorum dogmatibus, omnium sacradandarum rerum vtilitatibus venerabiliter præfert, nihil poterit in eis esse ratum vel sanctum, nisi quod fuerit huius signi prælibatione confirmatum.

Ipsius nēpe Ecclesiæ, quæ etiā Equitatus Dñi nō incōgruè dicitur, quasi Antesignanus est Christus passus, qui hoc victorioso mortis suæ signo eam iugiter præcedit, cōtra illos primarios Pharaonis equites & currus & contra oēs eius prauæ suggestionis impetus & iniquæ machinationis incurfus. Nā iste primarius, vt diximus, Pharaon, qui est caput iniquorū, & cuius capitis mēbra sunt oēs iniqui, oppositus & cōtrarius est illi primario duci, & auctori huius Equitatus Christo Dño, qui est caput omniū electorum, & cuius capitis membra sunt oēs electi; atque ideo isti duo Equitatus, Dei videlicet & Diaboli semper sibi repugnant, vtpote ciues duarum ciuitatum sibi contrariarum.

Antesigna-
tus Equi-
tatus Do-
mini est
Christus
passus.

Ciuitas Dei est cōgregatio fideiū q̄ ab Abeliusto vsque ad vltimū tēdit electū, qui nō habent hic manentē ciuitatem sed futuram inquirunt. Porro ciuitas Diaboli synagoga infidelium, quæ à Cain reprobo vsque

Ciuitas
Dei quæ est
Heb. 13.
Ciuitas
Diaboli
quænam

G

ad vl-

Ciuitas
Diaboli,
quaznam.

Iusti & re-
probi dicū-
tur ciuita-
tes Dei &
Diaboli
merthono-
micos.

Præfens
Ecclesia
continet
ciuitatem
Dei & Dia-
boli.

Congrega-
tio iusto-
rū Equita-
tus & Cur-
rus Dei
sunt.

Pf. 47.

Abac. 3.

Equi Dei
sunt sancti,
& qualiter
illis præsi-
deat in e-
quo albo.

ad vltimum reproborum determi-
nabitur, qui sicut Cain qui primus
ciuitatem ædificauit, terrena quæ-
runt & diligunt, cœlestia autem
paruipendunt, Ciuitates autem di-
cuntur eo modo locutionis, quo
ponitur id quod continet pro hoc
quod continetur, non quod ædifi-
cijs contineantur, sed quia locales
& circumscripti sunt; ista receptu
beatitudinis illa miseræ disposita
vtrouique vna eademque re, siue
beatitudine siue miseria, multiplici
retributionum disparitate pro di-
uersa meritorum qualitate.

Ista verò Ciuitas quæ præfens
Ecclesia accipitur permixta est bo-
nis & malis, sed spe & certitudine
futuræ discussionis secernitur, vt
ideo duæ ciuitates in hac vna di-
cantur, quia pars bonorum perti-
net ad illum receptum beatitudinis,
quæ superna Ierusalem, id est, visio
pacis interpretatur; pars verò ma-
lorum ad illum receptum miseræ,
quæ Babylon, id est, confusio nun-
cupatur.

Illam sanè ciuitas quæ est congre-
gatio iustorum, Equitatus & cur-
rus Dei sunt, de quibus dicitur, *cur-
rus Dei decem millibus multiplex, millia
latantium in eis.* In quibus curri-
bus sunt etiam illi, de quibus
Deo per Prophetam dicitur, *qui
ascendis super equos tuos: & e-
quitatus tuus sanitas est.* Equi e-
nim eius sunt sancti quibus
præsidet ipse, qui aperto sigil-
lo primo hoc est reuelato. In-

tarnationis mysterio exiuit in e-
quo albo, corpore scilicet can-
dido & immaculato, vtpote de
Virgine non humano more, sed
spiritus sancti virtute concepto
& nato: Et huius equitatus
sui dux fuit in tempore, ver-
bo & exemplo, futurus post
completam militiam remunera-
tur eius sine tempore, inedi-
bilis boni præmio & æterni sui
regni participio. Nimirum pro-
cessionis huius gloria in laudem
ipsius præeuntis ducis in toto
celebratur mundo, qualiter spi-
ritus sancti buccinam ipso Duce
personante, isti equi in curru
Dei positi audacter perrexerunt
in occursum prauitate & infideli-
tate armatis, ita vt in omnem ter-
ram exiret sonus eorum; ad quo-
rum prædicationis sonitum quo-
tidie de omnibus mundi finibus
concurrunt, ad fidem venien-
tes, & huic equitatus se sociantes
clamant cum Propheta, à finibus
terre laudes audiuius gloriam iu-
sti. *Pf. 18. Esa. 24.*

At contrà ab opposito Ciuitas
illa quæ est synagoga infidelium
Curus & equitatus sunt Pharao-
nis id est, Diaboli, sub cuius curru
sunt equi illi rufi, nigri, albi & va-
rij: rufi quidem sanguine sancto-
rum quos occiderunt, nigri pecca-
torum deformitate, alibi ficta fide
& operatione varij doctrinarum
& sectarum diuersitate, quibus o-
mnibus præsidet ille, qui aperto si-
gillo

Equitatus
Diaboli sy-
nagoga in-
fidelium,
& qualiter
illis præsi-
deat in e-
quo palli-
do.

gillo quarto, hoc est passione Domini instante exiuit in equo pallido, persecutionis videlicet siue mortis signo, vt pugnaret per eos qui mortui erant Deo contra eos qui viuebant Deo, sicut & ibi subditur, quia *infrus sequebatur eum, & data est ei potestas super quatuor partes terra occidere & interficere, gladio, & fame, & morte, & bestijs terra.*

Apoc. 6.

Equitatu enim eius rectè inferus comparatur propter insatiabilem crudelitatem, quæ per quatuor mundi partes post passionem Domini desæuit, quatuor supradictis afflictionum speciebus, videlicet gradio, fame, morte, bestijs terræ; in cuius miserabili equitatu primi & notiores fuerunt præsentis ducis sequaces; in passione quidem illius ducis supra in albo equo venientis. Herodes & Pilatus & post eos plures Romanorum Imperatores, equitatum illum sanctissimum gloriosi Ducis diuersis mortium generibus per omnes mundi partes interficientes, post quos vltimus omnium Antichristus maior contra hunc insania mouebitur, quia in eo principaliter præsidebit ille pallidi equi scissor *ad seducendos inhabitantes terra atque etiam si fieri potest electos.* Nam de hoc homine, extolente se supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur, sciendum quod sicut incarnata veritas in prædicatione sua ex æquitatu suo, pauperes, idiotas & simplices elegit; sic è contrà ille ad prædicandum falsita-

Quatuor afflictionū species & a quibus inferantur.

Antichristi tyrannis quanta.

Matt. 24.

2. Thessal.

2.

tem suam astutos ac duplices atque huius mundi sapientiam habentes electurus est. Vnde per Isaiam dicitur, *Va terra cymbalo alarum quæ est transflumina Aethiopia, quæ mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas.*

Terra quippe cui *Va* dicitur, ille principaliter homo est damnatus, qui *alarum cymbalum* vocatur, quia hi qui per superbiam in altitudinem cogitationis euolant, eundem peruersum hominem prædicando sonant. Quæ videlicet *terra* rectè *transflumina Aethiopia* esse perhibetur. *Aethiopia* enim nigrum populū mittit, & omnem hominem mundus iste quia peccatorem profert, quasi nigrum *Aethiopia* populū parit: sed *terra* cui *Va* dicitur *transflumina Aethiopia* esse perhibetur, quia damnatus ille homo tanta peruersitate iniquus est, vt omnium peccatorum peccata transcendat. Quæ *mittit in mare legatos*, quia Prædicatores suos in sæcula spargit: de quibus rectè subditur, qualiter mittantur, dum dicitur, *in vasis papyri super aquas.* Ex papyro quippe charta est. Quid namq; per papyrum nisi secularis scientia designatur? *Vasa* ergo papyri sunt corde sæculariū Doctorum. In *vasis* igitur papyri super aquas legatos mittere, est prædicatione suam in sapientium carnalium sensibus ponere, & defluentes ad culpam populos vocare.

Ilte ergo Equitatus quo principe, qua cohorte sit dispositus, Ezechiel

G 2

Pro-

Quid per terrā cymbalum alarum intelligatur.

Quare hæc terra dicatur esse transflumina Aethiopia & illi dicatur Va.

Quid per legatos intelligatur quos hæc terra mittit in mare in vasis papyri super aquas.

Ezech. 32. Propheta insinuat cum dicit, *ibi Assur & omnis multitudo eius, & in circuitu eius sepulchra illius.* Quid enim Assur superbi Regis nomine exprimitur, nisi ille de quo scriptum est, *& ipse est Rex super omnes filios superbiae?* Vbi autem Assur, ibi omnis multitudo eius quia nimirum omne corpus reproborum capiti suo adhæret, quâdo eius peruersis legibus se constringens, in illius se militiam exhibet. *Et in circuitu eius sepulchra illius:* Sepulchra mortuorum cadauera tegunt, quæ ergo sunt illius sepulchra nisi peruersorum corda, quæ illum ab æternæ vitæ beatitudine mortuum, in se per desideria carnalia sepeliendum recipiunt. *In circuitu ergo eius sepulchra illius sunt,* quia in quorum se mentibus nunc per desideria sepelit, hos sibi postmodum tumulum per tormenta coniungit.

Fructus equitatus Diaboli. Quis verò fructus sit huiusmodi equitatus idem Propheta paulo post denuntiat dicens, *qui descendunt ad infernum cum armis suis.* Arma peccantium sunt membra corporis quibus mala desideria quæ mente concipiunt, exequuntur. **Rom. 6.** Vnde per Paulum dicitur, *non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.* Cum armis ergo suis ad inferna descendere, est cum ipsis quoque membris, quibus desideria voluptatis expleuerunt, æterni iudicij tormenta tolerare.

Dominicus equitatus à Pharao- Huius ergo Pharaonici equitatus oppositione Dominicus ille e-

quitatus agnoscitur, quia si nunquam bonus fuit quem malorum prauitas non exercuit, merito ad hunc Domini equitatum, siue ad hanc Domini ciuitatem pertinere censentur, qui illum oppositum sibi equitatum, siue contrariam ciuitatem Duci suo constanter adherentes patientia & spiritu fortitudinis oppugnant, tanto se humilitatis, patientiæ, longanimitatis aliarumq; virtutum decore perornantes, vt sponsa Domini sui, & vniuersaliter tota Ecclesia, & singulariter quælibet sancta anima conuenienter prædicentur.

De qua videlicet vniuersali Ecclesia Iohannes in Apocalypsi, *vidi,* inquit, *ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem de caelo, à Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo.* Dicit ergo huic sponsæ suæ Dominus quod merito non debeat timere hanc oppositam & contrariam sibi Diaboli ciuitatem siue equitatum, eo quod eam assimilauerit equitatu suo in curribus Pharaonis: vt sicut ille quondam de Ægypto liberatus post immolationem Agni, post transitum maris rubri, post submersionem hostium, hymno laudis pro victoria celebrato, post datam & seruatam in deserto legem terram repromissionis intrauit, sic ipsa ex Ægypto huius mundi liberanda post baptismi siue cōpūctionis gratiâ, post susceptionem corporis & sanguinis Domini, post mortificationem vitiorū & diuinæ legis obseruationem, triumphat.

nico in quo discernatur.

Sponsa Domini cur equitatum Diaboli timere non debeat.

Sponsa in quo assimilatur equitatu suo in curribus Pharaonis.

umphato demū omnis diabolicæ oppressionis equitatu, cum gratiarū actione pro impēsa sibi tāti muneris largitate, ex huius vitæ solitudine ad æternæ repromissionis hæreditatem esset intratura.

Nō autē abs re ad incitandos animos spiritualiū bellatorū in huiusmodi equitatu considerare, quæ sit proportio siue comparatio, inter veritatem & figuram, tūq; inter vtriusq; pugnam & pugnæ causam, inter victorem & victū. Nempe secundum similitudinem quam posuimus inter significans & significatum, potest quidē esse comparatio aliqua, sed secundum dignitatē rei prorsus nulla. Est autē ista proportio inter ea quæ posuimus, vt sicut se habet veritas ad figuram, ita se habeat victor ad victum, sic quoq; pugnæ causæ ad pugnā, vt sit quasi proportio centenarij ad vnitatē, videlicet centupla. Nam hæc est promissio Domini in Euangelio, vt qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut filios aut agros propter nomen eius centuplum accipiat, non quod ipsas res quas reliquit centuplicatas accipiat, sed quod comparatione & merito sui ita sint, quasi paruo numero centenarius comparetur. Quamuis & perfectione cētenarius accipi solet, vt secundum quod diximus tantæ sint dignitatis veritas ad figurā causa pugnæ ad pugnā, victor ad victum, vt melioris partis perfectioni & alterius imperfectioni nulla prorsus sit cōparatio. Pugna enim

est vita hominis super terram, causa verò pugnæ est æterna & incommutabilis vita, pro qua in præsentī vita, tota virtute animi pugnandū & laborandū est. Victus Diabolus, & eius equitatus; victor ipse Diaboli & eius equitatus triumphator: figura est res præter sacramentū, veritas res cum sacramento. Illa enim antiqui Dei populi circumcisio & transitus per mare rubrū, siue cibus manæ vel legislatio, siue carnaliter pugnatiū fuga & victoria, figura erant earum rerum quæ nunc agūt in sacramento baptismi, & corporis sanguinisq; Domini, atq; obseruatione Euangelicorum præceptorum, bellis quoq; contra hostes animæ spiritualiter pugnantium Domini bellatorum.

Comparemus ergo vtrumq; equitatum Domini significantem & significatum, eum qui est secundum carnem, & qui secundum spiritum, eamq; proportionem dicamus esse inter eos, quæ est inter carnem & spiritum, inter corruptionem & incorruptionem, inter temporalitatem & æternitatem, tantumque proportior est veritas figura, quantum spiritus carne, incorruptio corruptione, æternitas temporalitate. Ex vtrāq; verò parte, hoc est figura & veritate longè sunt dissimiles pugna & pugnæ causa, victor & victus: In illa enim hoc est in figura pugnabatur carnaliter pro re carnali, corruptibili & temporalī; in ista hoc est veritate pugnatur,

G 3 spiri-

Bellatoribus spiritualibus vtile considerare proportionem inter veritatem & figuram, pugnam & pugnæ causam, victorē & victum.

Circumcisio transitus maris rubri, manna & legislatio, carnaliter pugnatiū fuga & victoria spiritualiter quid significauerint.

Matt. 19.

reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut filios aut agros propter nomen eius centuplum accipiat, non quod ipsas res quas reliquit centuplicatas accipiat, sed quod comparatione & merito sui ita sint, quasi paruo numero centenarius comparetur.

Hieronymus in Commentarijs.

Centenarius numerus perfectionis est.

Quamuis & perfectione cētenarius accipi solet, vt secundum quod diximus tantæ sint dignitatis veritas ad figurā causa pugnæ ad pugnā, victor ad victum, vt melioris partis perfectioni & alterius imperfectioni nulla prorsus sit cōparatio. Pugna enim

Pugna carnalis & spiritualis diuersitas vnde sumatur.

spiritualiter pro re spirituali, incorruptibili, & æternali. Ibi expugnauit victor carnalis victum carnalē, hic verò expugnat spiritualis spiritualem; ibi fortitudine corporis, hic fortitudine meritis.

Proportio ergò veritatis ad figuram comparatione & merito sui potest esse quasi centenarij ad vnitatem, id est centupla, siue propter perfectionem sui quæ per centenarium significatur, siue quia centenarius de sinistra ad dexteram translatus coronam exprimit beatitudinis, quæ est præmium fortissimorum, in hoc Domini equitatu bellicorum.

Pugna carnalis & spiritualis quâ vi & fortitudine armetur

Propositâ verò pugna & pugne causa in huius biformis equitatus intentione contraria, considerandum qua vi & fortitudine vtraque pars armetur, vt ex huiusmodi affectione locus argumenti sumatur, si sit quæstio, quis in Domini quis in aduersarij agmine sit deputandus. Diximus autem quia pugna sit vita hominis cuiusque, sicut in Iob scriptum est, *militia hominis vita eius*, sed vita ipsa constituitur secundum affectionem, qua afficitur animus, secus quem tota vis & fortitudo pugnantium consistit.

Iob 7.

Dilectio est fortitudo pugna spiritualis.

Ponamus ergò vt vis illa qua afficitur animus in equitatu Domini pugnantis sit dilectio Dei: omnis enim qui pro iustitia & veritate laborat & pugnat, pro ea re laborat & pugnat quam diligit; iustitia autem & veritas Deus est,

Deum ergo diligit. *Amplius.* Qui pro vita æterna adipiscenda laborat & pugnat, pro re quam habere desiderat, laborat & pugnat, qui verò desiderat, diligit; vita æterna autem ipse Deus est, Deum ergo diligit: & quia cum diligit habere desiderat, ideoque pro eo laborat & pugnat.

Quocirca si quærimus quid sit Deum diligere, ex huiusmodi cognoscimus definitione *Deum est diligere pro iustitia & veritate, & æternâ adipiscendâ vitâ toto animo laborare & pugnare.* Definitio æqualis est rei quam definit; conuertitur enim, nã pro iustitia & veritate & æterna adipiscenda vita toto animo laborare & pugnare Deum diligere est.

Quid sit diligere Deū.

Definitio debet esse æqualis rei quam delinit, ita vt cū ea possit conuerti.

Locus ergo sumatur à definitione, vt probemus eum esse in equitatu Domini, cuius animus per gratiam tanta dilectione Dei affectus est, vt pro iustitia & veritate & æterna adipiscenda vita etiam mori non refugiat. Maxima enim propositio est cui definitio adest, id quoque adest quod definitur. Diffinitū quippe est, hoc est Deum diligere pro iustitia & veritate, & æterna adipiscenda vita laborare & pugnare. Cui autem adest pro iustitia & veritate & æterna adipiscenda vita laborare & pugnare, adest quoque id quod definitum est, videlicet Deum diligere. Iunguntur ergo inseparabiliter dilectio Dei & equitatus Domini, cum constet neminem Deo militare, nisi qui probatur

Dilectio Dei & Equitatus Dei inseparabiliter iunguntur.

batur eum diligere, neque constet Deum diligere, nisi qui probatur ei militare.

Contrarius autem huic equitati Domini est equitatus Diaboli, in quo ea vis qua afficitur animus in hac parte militantis est invidia, quæ inseparabiliter quoque suo adheret subiecto. Nam in hac parte contraria semper est invidia, & è conuerso ubi est invidia, ibi hæc pars contraria. Sumatur ergo & hic locus argumenti à definitione, si quæritur quis in hac parte merito sit computandus. *Inuidere enim est aliena felicitate torqueri, & è conuersa aliena felicitate torqueri est inuidere* ut definitio sit æqualis rei quæ definit. Tale ergo argumentum proponitur, ut dicatur omnem qui inuidet non diligere proximum, quia alienum bonum nollet esse; nõ autem diligere proximum, hoc esse non diligere Deum. Cumque Deum diligere constet in Equitatu eius esse, proximum autem non diligere; sit ut dictum est, Deum non diligere: Inuidere ergo in parte contraria, hoc est Equitatu Diaboli esse sunt ergo sibi contraria sicut equitatus, sic ipse equitatus & af-

fectio & causa diuersa: affectio enim in vna parte est dilectionis, in altera inuidiæ; causa pro qua pugnatur in vna parte vita æterna, in altera vita transitoria.

Neutra autem pars ita in alteram transire potest, ut vno eodemque tempore, vnum idemque simul esse possint: non enim consequens est ut qui inuidiæ morbo tabescit in Equitatu Domini esse possit. & qui dilectione Dei impellitur, in Equitatu Diaboli computetur, sed qui pugnat pro vita transitoria, vult quoque secum trahere proximum, cui non cupit bonam æternam; *invidia enim Diaboli mors intravit in orbem terrarum*; qui verò pugnat pro vita æterna vult secum ducere proximum, cui ut verè diligens quasi sibi ipsi cupit bona æterna, ut impleat hoc quod dicitur, *qui audit, dicat veni*. Qui enim de bonis perennibus aliquid audiens & intelligens proximo quoque suo eadem docendo & exhortando communicat, ostendit quod verè eum diligit, quem secum ad ipsa bona intelligenda & promerenda inuitat.

Dilectio & invidia vno eodemque tempore simul esse nequeunt.

Sap. 2.

Apocal. 2.

Hoc

Equitatus Diaboli & invidia inseparabiliter iunguntur.

Definitio inuidiæ.

FIGURA



Hoc

Formula ex qua contrarietas equitatus Dei & Diaboli ex diametro colligi potest.

Hoc ergo considerantur quatuor contraria, duo bona, duobus malis opposita. Quorum ratio ut evidentiùs appareat, sic ea quadrata formula disponat, ut linea superior è regione duo contineat, & linea inferior è regione similiter duo habeat: sicque apparet in vtrisque lineis eorum primâ fronte contrarietas, in vtrisque autem lateribus inveniuntur quæ se inuicem sequuntur, hinc duo bona per gratiam, superius dilectionis, inferius equitatus Domini: inde duo mala, superius inuidiæ, inferius equitatus Diaboli. Angulariter verò sic vtrimque repugnant, ut simul esse nequeant.

VERSVS X.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia.

Post descriptionem fortitudinis Sponsæ, incipit Sponsus ipsius pulchritudinem depingere.

Ad huc ampliori gratiæ suæ ostensione Sponsus Sponsam ad cognitionem sui adducit, dum eius nunc pulchritudinē prædicat, cuius ante fortitudinem prædicauerat, ut huius geminæ virtutis coniunctionem talem insinuet, quod altera sine alterâ esse non possit, cū vna sit custodienda vitæ munimentum, altera custoditæ ornamentum: fortitudine enim Spiritus opus est ad integritatem vitæ custodiendâ, pulchritudine ad ipsam integritatem bonis operibus exornandam. *Nihil enim est castitas sine bono opere, nec opus bonum est aliquid sine castitate.*

Præmissa ergo virtute fortitudinis subditur necessaria virtus pul-

chritudinis, ut demonstretur neminem in cunctis officiosi animi studijs aliquid fortiter egisse, si adhuc constiterit eum per munditiam mentis & corporis non pulchrè auxisse. Verum pulchritudo ista geminatâ protenditur gratiâ, dum generaliter vno quidem nomine pulchritudinis, specialiter alia pulchritudo genarum, alia collis describitur, quarum differentia, ex rerum quibus comparantur qualitate colligitur.

Pulchritudo Sponsæ in genis & collo eius constituitur, sic tamen ut duo subiecta inæqualiter suscipiant, vnum prædicatum.

Nam cum hac Enuntiatione duo sint subiecta, vnum prædicatum, subiecta quippe sunt genæ & collum prædicatû quod pulchra sunt, non potest tamen hoc in loco vno eodemque modo æqualiter inesse duobus subiectis vnius prædicati accidentis natura. Potest quidem per gratiam Dei vnum prædicatum pluribus inesse subiectis, ut videlicet pulchræ sint genæ, pulchrum sit collum, sed alio modo ut diximus, pulchritudo genarum, alio modo pulchritudo colli describitur, cum tamen de vtrisque pulchritudo prædicetur, atque ideo hoc loco duo subiecta suscipiunt quidem se, sed non æqualiter vnum prædicatum.

Sed si diuersitates pulchritudinis huius colligere volumus, inspiciendæ sunt res quarum similitudo inducitur, *Turtur* scilicet, & *monilia* ut ex earum siue naturali siue materialiqua- litate discernantur: naturalis enim pulchritudo est in turture, materialis in monilibus.

Pulchritudo genarum Sponsæ cur Turturi & pulchritudo colli eius cur monilibus affimilatur.

H De

De Turture tradunt Physiologi tria naturæ insignia, vnum quod tantæ castitatis sit, vt perditâ coniuge alteram vterius non requirat; alterum, quod pro cantu genitum habet, tertium quod secreta loca petens amica gaudet solitudine, ibi nidum extruens & pullos educans vbi nulla aduersantium sit iniuria, dum vix aut nunquam eius poterunt inueniri refugia. Quid per Turturem qui castitatem diligit, qui pro cantu gemit, qui secreta petit, nisi castitatis, compunctionis, contemplationis pulchritudo exprimitur. Hæc enim mirabilis pulchritudo genarum huiusmodi triplici distinguitur modo, secundum triplicem huius animalis naturam, vt cum vnum sit subiectum, tria prædicata ipsa tria & in subiecto sunt & de subiecto prædicentur, quando per Dei gratiam pulchræ sunt genæ, & castitatis & compunctionis & contemplationis virtute. Habent enim hæc singula genarum insignia probabilia suæ pulchritudinis signa. Castitatis nempe decorem denotant genæ roseo pudicitia pudore vernantes, & obstipitate figentes lumine terram, compunctionis verò gratiam loquuntur, salubri lachrymarum fonte madentes, contemplationis quoque virtutem denuntiant, ieiuniorum, vigiliarum, & sanctarum meditationum studio & labore pallentes.

Turtur tres habet proprietates, & quomodo ille spiritu aliter sint ingenis Sponsæ & de illis prædicentur.

Diuisio & subdiuisio pulchritudinis.

Sed cum vt supra posuimus, alia sit pulchritudo genarum, alia colli-

genarum quidem pulchritudinem in tres diuisimus species, castitatem scilicet, compunctionem, & contemplationem, vt his quasi subalternis generibus positis, rursus alia fiat subdiuisio, dicaturque quod castitas alia virginalis, alia vidualis, alia coniugalis; compunctio alia reconciliatoria, alia amatoria; contemplatio alia naturalis alia intelligibilis tertia intellectibilis.

Castitas enim Virginalis sempiterna est animi & corporis integritas, castitas verò vidualis animi deuotio continentia decore laudabilis; porro castitas coniugalis est animi corporisque copulatio fidei & pudicitia gratia commendabilis. Compunctio verò reconciliatoria est quando quis supernâ visitatus gratia ex recordatione peccatorum ad dolorem compungitur, & dum per lamenta poenitentia affligitur, Deo quem offenderat reconciliatur: Prius enim mens timore compungitur, post amore. Vnde pars altera compunctio amatoria non incongruè nuncupari potest, quando mens tanto ad Deum amore succenditur, vt quæ prius flebat ne reduceretur ad supplicium, postmodum flere amarissime incipiat, quia differtur à regno. Cuius duplicis compunctionis gratia bene in sacrâ veraci que historia, figuratâ narratione describitur, vbi *Axa filia Caleb super asinam sedens à Patre suo irriguum inferius & irriguum,*

Descriptio tres triu pulchritudinum animæ.

Timor antecedit amore.

Irriguum inferius & superius quod petiuit Axa filia Caleb quid figurauerit. Iud. 1.

super-

superius petisse memoratur. Axa quippe super Asinam sedet cum irrationalibus carnis suæ motibus anima præsidet, quæ suspirans à Patre terram irriguam petit, quia à creatore nostro cum magno gemitu querenda est gratia lachrymarum. A quo irriguum superius anima accipit, cum sese in lachrymis cælestis cælestis regni desiderio affligit: irriguū verò inferius accipit cum inferni supplicia flendo pertimescit.

Compunctio quatuor habet qualitates.

Sed cum istæ duæ sint species compunctio-
nis, tamē ipsa compunctio quatuor distinguitur qualitatibus, quia iusti viri anima in compunctio-
ne vehementer affligitur, cum aut malorum suorum reminiscitur cō-
siderans ubi fuit; aut iudiciorū Dei sententiam metuens, & secura que-
rens cogitat ubi erit; aut cum mala vitæ præsentis sollerter attendens merens considerat ubi est, aut cum bona supernæ patriæ contempla-
tur, quæ quia necdū adipiscitur lu-
gens conspicit ubi non est.

Contem-
plationis
tres sunt par-
tes, natura-
lis, intelli-
gibilis, & in-
tellectibilis

Tertiæ verò speciei, id est con-
templationis siue speculationis pri-
ma pars est illa quæ dicitur natura-
lis, quæ circa corpora atq; eorū sci-
entiā cognitionemq; versatur quā
græci Physiologiam appellant, quæ
naturas corporum passionesq; de-
clarat. Secunda vero pars est intelli-
gibilis, quæ omnium cælestium su-
pernæ diuinitatis operum, & quic-
quid sublunari globo, beatiore ani-
mo atq; puriore substantia valet,
& postremo humanarum animarū

mirabilem dispositionem, cogita-
tione atq; intelligentia compre-
hendit. Porro tertia pars dicitur in-
tellectibilis, quādo mens extra visi-
bilia supra se ad aliud inuisibile du-
citur, quod vnum atq; idem per se
in propria semper diuinitate consi-
stens, nullis vnquam sensibus, sed
sola mente intellectuque capitur:
Hac enim ad speculationem Dei at-
que animi incorporeitatem consi-
derationemque veræ Philosophiæ
indagine componitur quam partē
Græci Theologiam nominant.

Sanè in his diuisiuis partium par-
tibus considerandum, quod si inui-
cem sibi conferantur, vna altera
proportior est, iuxta excellentiorem
alteratē pulchritudinis dignitatem.
Castitas namq; virginalis propor-
tior est castitate viduali & coniuga-
li, dum eius solius professionis sit
meritum, *canticum nouum dicere, & Apoc. 14.
agnum quocunq; ierit sequi.*

Castitas vir-
ginalis pro-
portior est
castitate vi-
duali & cō-
iugali.

Porro compunctio illa præstan-
tior est, quæ ex amore, quàm illa
quæ ex timore generatur, quanquā
per istam ad illam perueniatur, si-
cut filius præiudicat seruo, quia ti-
mere est seruorum, diligere filiorū.
Contemplationis vero illa pars quæ
dicitur intellectibilis, ad duas reli-
quas incomparabilis est, dū istarum
speculatio circa creaturā versetur,
illius autē ultra creaturā purificatæ
mentis, oculo subleuata in ipsū cre-
atorem, quamuis non perfectè,
quantum tamē per gratiā eius pos-
sibile fuerit, suspenditur, qua vir

Compunctio
procedens
ex amore
præstantior
est illa quæ
est ex timo-
re.

Contempla-
tionis pars
intellectibi-
lis ad natu-
ralem & in-
tellectibilem
incompara-
bilis est.

Pfal. 14. sanctus quasi adeps à carne separatur, nihil exterius quærit aut cupit, sed ardenti desiderio Deum filiens cum Psalmista proclamat; *sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus; sitiuit anima mea ad Deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei.*

2. Cor. 12. Hanc partem tertium cælum Apostolus appellat, in quod dicit scriptum & audisse ineffabilia quæ non licet homini loqui.

Parænesis ad Virgines sacras.

Triplicem autem istam speciem pulchritudinis, familiarius vt credimus vestrum sanctum collegium possidet, dilectissimæ Sorores quas beata solitudo ab omni sæcularium inquietudinum strepitu sepouit, vt quanto remotiores à mundo estis, tanto liberius castitatis decorem seruare, compunctionis gratiam quærere, & in sanctæ contemplationis culmine stare possitis. Nempe ipsa vestra solitudo, delectabilis Domini hortus est vbi respirant rosa & lilium, virginitatis & martyrij testimonium; martyrij videlicet illius, quod sine effusione sanguinis potest esse, & in mente per exercitia virtutum, vbi sunt sanctæ contemplationis irrigua; vbi surgunt, florent, & fructificant supernæ contemplationis arbuscula; vbi sunt omnia ita honesta ita composita, vt in eis sint grata electa Spiritus Sancti deambulatoria, dicentis, *inhabitabo in eis, & inambulabo; & ipsi erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.*

Leo. 26.
2. Cor. 6.

Martyrium duplex.

Laus vitæ solitaria.

Sed valde cautâ circumspectione vobis attendendū est, ne tanti boni priuilegium aliqua sæcularitate vel inani leuitate perdatis, ne ille vester dulcissimus & potentissimus inhabitator & deambulator irritatus, à vobis refugiat, dicens, *quod non habeat vbi caput reclinet.* *Luc. 9.*

Quia vero supra diximus, aliam esse pulchritudinem genarū, aliam colli, pulchritudinem autem genarum iuxta modulum nostrum iam descripsimus; restat etiam nunc dicere de colli pulchritudine, quæ etiam in duo diuiditur, hoc in prædicationem & incorporationem: ac primo de prædicatione dicendum, post de incorporatione. In collo guttur est, per guttur autem vox exprimitur; cibus quoque cum dentibus commolitus fuerit, per guttur in ventrem traicitur; Per collum ergo prædicatores sancti non absurde accipiuntur, in quibus est gemina ista pulchritudo, videlicet prædicationis & incorporationis. Pulchritudo ergo prædicationis in colli decore consideratur, quia in collo vox est, & per vocem prædicationis agitur, & sicut vox est animi nota, & tacentis cordis expressio, ita Sanctorum prædicationis est omni homini expetenda, honesta reipublicè demonstratio. Ré enim publicè hic dico, quæ pro sui honestate publicè potest & debet assumi, scilicet, volūtate, actione, vt omne illud bonum, cuius priuatio malum est

Nam

Descripta pulchritudine genarū Sponsæ, pulchritudo colli describitur, quæ consistit in duobus in prædicatione & incorporatione.

Prædicationis quid sit.

Nam certum esse, humilem patientem modestum, vel quicquid aliud est, quod virtutis nomine notatur, bonum esse manifestum est, cuius boni negatio, hoc est non esse castum, non humilem, non patientem, non modestum, malum esse consequens est. Cum autem alterutrum horum consequens sit, id est, esse aut non esse, affirmationis huius simplicis quæ proponit castum, aut humilem, aut patientem esse, simplicem negationem quæ dicit non esse, sequitur affirmatio priuatoria quæ dicit incestum, aut superbum, aut impatientem esse. Idem enim est dicere non esse patientem quod est dicere impatientem, & malum illud quod est impatientia, priuatio est boni illius quod dicitur patientia, eodemque modo de reliquis. Est ergo quædam respublica virtutum apparatus; rector autem & administrator huius reipublicæ est imperator ille æternus, à quo bona cuncta procedunt, & sine quo non potest aliquid bonum dici vel esse.

Malum est negatio boni.

Affirmationis simplicem negationem sequitur affirmatio priuatoria.

Respublica quam prædicator ostendit quid sit, & quis rector illius.

Incorporatio hoc loco quid sit, & quomodo per prædicationem fiat.

Triplex subdiuisio præ-

Sed cum gemina sit, vt diximus,

pulchritudo colli, prædicatio scilicet & incorporatio, vtraque per subdiuisionem triplici distinguitur modo; quia prædicatio alia fit verbo, alia exemplo, alia verbo & exemplo: incorporantis vero alia per conuersionem alia per satisfactionem, alia per conuersionem simul & satisfactionem.

dicationis & incorporationis.

Prædicatio fit solo verbo, quia sunt aliqui in Ecclesia, qui hoc habent ex Dei munere, vt possint alius verbo exhortationis ædificare, sed infirmitate obstante, non valent a deo virtutum exempla dare. Fit etiam solo exemplo, quia sunt plerique qui donum perorandi in Ecclesia non habent, & si quid sentiunt, palam proferre nequeunt, tantis tamen spiritualium operum documentis nitent, vt ad sui imitationem mirandis virtutum exemplis, mirantium animos prouocent, & quod illi verbis, isti loquuntur gestis, meliusque isti tacendo, quam illi declamando philosophantur. De qua geminâ qualitate prædicationis dicit Apostolus, quia alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ; quia alij sunt vt diximus, qui in sermone mandatorum diuinorum obseruando per intellectum rationis sapientes sunt, sed in proferendo per ingenij tarditatem diferti non sunt; alij vero ipsum sermonem quem sententiæ capacis ingenij comprehendunt, affluentia eloquentiæ potenter effundunt.

In Ecclesia alij prædicant solo verbo, alij solo exemplo.

1. Cor. 12.

Item prædicatio vtroque fit mo-

H 3

In Ecclesia
alij prædi-
cant verbo
& exemplo
simul.

Pf. 118.

do, hoc est verbo & exēplo, quando S. Doctores ex diuinâ habēt gratia, vt quod ore prædicant, factis ostendunt, & quæ docent vitanda in suis quoque factis indicent non agenda. In quorum personâ Psalmista ad Deum loquens, cum præmitteret, & loquebar in testimonijs tuis in conspectu Regum, & non confundebam, adiecit in sequētibus, & leuavi manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebar in iustificationibus tuis: ac si patienter diceret, legem mandatorum tuorum, quam palâ & confidenter prædicando pronūtiabam, operum quoque executione comprobabam, vt auditores mei & in verbis meis audirent, & in factis meis viderent, quæ pro sui vtilitate & salute agere deberent.

Quorum vita despici-
tur, eorum-
dem & præ-
dicatio con-
temnitur.

Sane necessarium Doctoribus Ecclesiæ hoc tertium pulchritudinis huius prædicamentum, quia frequenter illorum prædicatio cōtemnitur, quorum vita à bono ipsius prædicationis aliena cognoscitur. Et valde ante omnipotentis Dei oculos delinquunt, qui concessâ sibi prædicandi gratiâ, nulla propter taciturnitatem animarum acquirunt lucra. Vnde in veteri testamento præcipitur, vt Sacerdos Tabernaculum ingrediens in summitate vestimentorum, tintinnabula inserta habeat ne moriatur, quia magnum doctoris periculum est, si Ecclesiam Dei sine sonitu prædicationis ingreditur: vestimenta autem Sacerdotis sunt opera iu-

Tintinnabu-
la in veste
sacerdotali
quid figura-
uerint.

Exod. 28.

stitiæ, sicut dicit psalmista, sacerdotes psal. 31, tui induantur iustitiam, quibus vestimetis tintinnabula inhaerent, vt viâ vitæ cum sonitu linguæ, ipsa quoque opera sacerdotis clament.

Altera vero pars pulchritudinis in collo, quæ est incorporatio, fit per conuersionem, quia sunt aliqui, qui de gentilitate ad Deum conuersi per fidem & baptismi gratiam Ecclesiæ incorporantur, sicut de Cornelio legimus, qui interuenientibus per Dei gratiam bonorum operum meritis, præcurrente spiritus sancti dono, dignus ostensus est Ecclesia corpori coniungi.

Nam cum ab his qui ex circumcissione crediderant quasi immeritus repellerentur, necessarius super eum aduocatus cecidit spiritus sanctus, cuius dignationi placuit ostendere, quia & hunc Deus vellet per fidem & baptismum suæ incorporari Ecclesiæ.

Alij quoque per satisfactionem Ecclesiæ incorporantur, qui dum primo quidem de corpore Ecclesiæ sint per fidei vnitatem, culpis tamen suis exigentibus, interdum ab Ecclesia corpore sententia peremptoria præciduntur, sed resipiscentes, per satisfactionem iterum ad corpus vnde præcisi fuerant, sententiâ reconciliatoriâ coniunguntur. Vnde & Apostolus Corinthijs scribens, eum qui crimen perpetraverat, præcipit tradi Sathana in interitum carnis, vt Spiritus

ncorpora-
tio quæ est
altera pul-
chritudinis
pars, fit pri-
mo per con-
uersionem.
Act. 10.

In eo po-
tio quæ est
altera pul-
chritudinis
pars, fit
secundo per
satisfactio-
nem.

x. Cor. 5.

ritus saluus fit in die Domini : quem per satisfactionem postea emendatum rursus iubet Ecclesie incorporari , ne abundantiori tristitia absorbeat.

Incorporatio quæ est altera pars pulchritudinis tertio modo fit per conversionem & satisfactionem simul. Act. 3.

Per conversionem vero simul & satisfactionem aliqui incorporantur , qui & fidem credendo suscipiunt , & crimina sua confitendo per penitentiam & baptismum corpori Ecclesie coniunguntur. Hinc est quod Petrus interfectores Christi prædicans , penitemini , inquit , & conuertimini vt deleantur peccata vestra , ostendens per præmissionem conversionis & satisfactionis remissionem consequi peccatorum , quæ sola fit in Catholica Ecclesia , quia ipsa remissio est planè Ecclesie incorporatio. Sed cum in prioribus modis , quos supra separatim posuimus , dicentes incorporationem fieri , nunc per conversionem , nunc per satisfactionem vtrobique possit esse & conuersio & satisfactio , tamen propter maiorem & euidentiore alterutra partis exhibitionem , eos distinximus. Nam quilibet sanctus cum non vna , sed pluribus ornetur virtutibus , eoramen magis de eo virtus prædicatur , quo in eo proportior esse agnoscitur. Vnde & Apostolus cū diuisiones gratiarum describeret , dixit , quia alij datur sermo sapientia , alij sermo scientia , alteri fides , alij gratia sanitarum : alij prophetia , alij discretio Spirituum , alij genera linguarum , alij inter-

1. Cor. 12.

pretatio sermonum , non quod in hoc aliarum gratiarum , quorūlibet habeat , qui vnam habuerit , sed quia eam gratiam magis dicitur habere , quæ in eâ fortior & abundantior cognoscitur esse. Et in Cornelio nullam de præteritâ vitâ satisfactionem legimus , sed quia ab Angelo dictum est ei , orationis & elemosynas eius esse exauditas , atque idcirco iubetur mittere post Petrum , cuius doctrinâ ad fidem informatus , per conversionem fieret Ecclesie membrum. Qui vero ad fidem conuersus est , sed aliqua ex culpâ per excommunicationem ab Ecclesia separatur , satisfactione opus habet , vt recipi mereatur , quamuis & ipsa satisfactio possit dici pristini erroris conuersio.

Act. 10.

Quia verò pulchritudinem duplici distinximus modo , ipsos que modos in alios subdivisimus , restat nunc dicere , cur ipsa pulchritudo monilibus compareretur.

Monile est ornamentum pectorale matronarum , dictum à muniendo , eò quod pectus earum muniat , ne aliquis aduler pudicitie pudorem in aliquo lædat. Monile autem non quodlibet , sed quod operosè accurati artificis manus exprimit , ex auro & gemmis componitur ita vt maiusculam gemmam in medio pos-

Pulchritudo colli in Spōsa cur monilibus affimuletur.

Descriptio
monilium.

positam, aliæ ab eâ æqualiter distantes gemmularum cingant.

Quid autem per aurum nisi sapientia, quid per gemmas nisi virtutes exprimuntur; ex auro ergo & gemmis monile componitur, quia ex intellectu sapientiæ & virtutum decore quoddam spirituale & necessarium animæ ornamentum efficitur, quod ita pectoris nostri secreta muniat, ut nullam malitiæ suæ manum, antiquus hostis ei immittere audeat.

Quid significant foramina quibus gemmae in monilibus includuntur.

Foramina verò quaedam fiunt, in ipso artificiali ornamento quibus gemmae includuntur. Quid autem sunt hæc foramina nisi sensus nostri exteriores qui sunt quasi quaedam instrumenta actuum nostrorum: nam oculorum demissio & honesta siue disciplinata vultus compositio, gemma est pulcherrima virtute humilitatis fulgida; auris vero Dei & Prælatorum præceptis obediens gemmam præfert obedientiæ: porro in naribus gemma sanctæ discretionis rutilat: os vero gemmam triplici virtute radiantem demonstrat, videlicet abstinentiæ, taciturnitatis, & honestè ac utiliter prolatae locutionis, manus vero gemmam duplici fulgore, hoc est continentiæ & munificentiae respersam, spectabiliter assignant.

Charitas est gemma inter alias medium locum tenens.

Inter has medio loco posita maior & præclarior sanctæ charitatis gemma principaliter in pectore fulget, quæ tantum huius ornamentum decorem supplet, ut nihil pulchri-

tudinis absque eâ haberi probetur: nempe sine charitate nulla virtus vel esse vel dici potest; quia in duobus Matt. 22. præceptis Dei videlicet & proximi vniuersa lex pendet & Propheta.

Pulchrè ergo monilibus ex auro gemmarumque materiâ constantibus Collum sanctæ Ecclesiæ siue fidelis animæ comparatur, quia per prædicationem & vnanimitatem sanctorum, sensus nostros ex sapientiæ claritate & virtutum sanctitate ita componere debemus, ut quoddam nobis ornamentum animæ, quo sponsum ille caelestis delectetur, constituamus, sed quia eiusdem Ecclesiæ prædicatoribus necessaria est vtriusque testamenti pagina, ex quo accipiant prædicationis suæ ordinem & modum, subditur ex personâ ipsius sponsi siue illorum per quos Ecclesiæ scriptura ipso inspirante edita est, quorum quidam eodem tempore erant quo hæc Salomon loquebatur, quidam post futuri erant.

Prædicator
res Ecclesiæ
vnde materiam sumere
debeant
prædicandi.

VERSUS XI.

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

MVrenula est quoddam genus ornamentum velut catenula ex auro contexta, & argenteis inter distincta virgulis in modum vermicularum, dicta ob hoc murenula, quod instar murenæ lenta & flexuosa sit siue inuoluta: nam murenula

Murenula quid sit, unde dicatur, & quod scriptura Sacra illi comparetur.

rena

rena dum capitur in diuersa se fle-
ctit & inuoluit. Per murenulam er-
go auream argento vermiculatam,
facram accipimus Scripturam, cu-
ius interior sensus propter eminen-
tiam & dignitatem sui comparatur
auro, eloquium vero quo ipse sen-
sus exprimitur propter claritatem
& luculentiam argento designatur.
Sacra quippe Scriptura aurea est,
quia fulgore sapientiæ resplendet;
argentea, quia eloquij claritate ni-
tet. Sed quia hæc eadem Scriptu-
ra in duo diuiditur, hoc est in verus
& nouum Testamentum, idcirco
pluraliter dicitur, *murenulas aureas
faciemus tibi vermiculatas argēto*, vt o-
stendatur vtrumque testamentum
& fulgore interioris sensus aureum,
& nitore eloquentiæ argenteum
esse.

Quæ duo Testamenta murenu-
læ dicuntur, quia in diuersos mo-
dos expositionum flecti possunt,
multis inuoluta sententijs, tantum
vt nihil fidei contrarium sonent.

Quæ cum vt diximus aurea sint ap-
pretiatione præcellētis scientiæ, elo-
quij tamē claritate distincta argēto
vermiculata memoratur, quia ipsius
sciētiae fulgore, nunc humiliter, nūc
mediocriter, nunc sublimiter into-
nant; nunc verò historiam, nunc
ipsius historiæ allegoriam; nunc
moralitatem, non simpliciter, sed
multipliciter explicant. Vnde &
in Ezechiele dicitur, *quod euntibus
animalibus ibant pariter & rote sequen-*

*tes ea, & cum stantibus stabant, & cum
eleuatis pariter eleuabantur*: quia ni-
mirum Sacre Scripturæ iuxta inda-
gantis & intelligentis sensum stant
siue mouentur; stant quippe quan-
do iuxta literam simpliciter intelli-
guntur; mouentur autem, quando
iuxta spiritualem sensum siue alle-
goricè siue moraliter exponuntur,
& quo subtilius considerantur, eò
altiùs cum intelligentis sensu ele-
uantur.

Quia ergo non vniformiter, sed
diuersorum modis sensuum pul-
chra varietate à prædicatoribus Ec-
clesiæ, nunc allegoricè vt diximus
nunc moraliter inflectuntur, atque
hæc iuxta capacitatem audientium
nunc humiliter nūc sublimiter pro-
feruntur, rectè murenulæ aureæ ar-
gēto vermiculatæ Sponsi voce
Ecclesiæ promittuntur, quæ quasi
de collo eius dependeant, quando
Sanctorum prædicatorum scienti-
am & eloquium ornant.

Non autem nihil rationis habet
superiora breuiter recapitulare, &
qualiter ista inferiora ad illa conti-
nuentur, considerare superius cum
dixisset Sponsa, *nigra sum, sed formo-
sa filia Ierusalem*, eandem formosita-
tem perfecti non agnouit: vnde
& queritur quod tantus eam ten-
tationum æstus affecerit, vt & fra-
tres sui contra eum pugnaverint.
Sed hanc eius pusillanimitatem
Sponsus arguit, docens quod non
rectè collatam sibi formositatis

I gra-

Scriptura
quando di-
catur stare,
& quando
moueri,

Murenulæ
cur argēto
dicantur
vermiculatæ

Superiorum
breuis reca-
pitulatio, &
cum inferi-
oribus con-
nexio.

Sacra Scri-
ptura cur
murenulis,
non mure-
nulæ cōpa-
retur,

Diuersi mo-
di flexionū
murenula-
rum id est
Sacre Scri-
pturæ.

Ezech. 1.

gratiam attenderit, quæ formosam quidem se dixerit, sed ipsius formositatis quantitatem & qualitatem perfectè non agnouerit; quocirca posse contingere vt cum diffidere cœperit, à consortio Spōsi sui egrediatur, & varios mundi errores prosequatur. Vnde Sponsus solitâ pietate ad seipsam reducens enumeratis concessæ formositatis partibus confortat, vt ipsa se recognoscens, quomodo & quantum formosa sit perfectè agnoscat, atque ex hoc ardentius Sponso inhaereat.

Definitio formositatis intimæ; & quibus constet partibus formositatis ista.

Est autem ista formositas, vt ita eam definiamus, benè constitutæ mentis habitus, cuius partes sunt, fortitudo, pulchritudo, scientia sanctarum Scripturarum, quas iam ipse Sponsus enumerauit: fortitudinem quidem eo loco vbi dixit, *equitatus meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea*: pulchritudinem verò non vniformem, sed sicut supra distinximus, dum dicit, *pulchra sunt gena tue sicut turturis, colum tuum sicut monilia*: Scientiam verò Scripturarum, vbi dicit, *murculas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*.

Sumpto argumento à partibus formositatis Sponsus probat se pulchritudinem veram.

In maxima autem & principali propositione, quod inest partibus toti inesse necesse est: sumpto ergo argumento à partibus probat eam verè formosam esse, quia si species formositatis, hoc est fortitudo, pulchritudo, scientia sanctarum Scripturarum benè consti-

tutæ mentis sint habitus, idem esse necesse est & genus, quod est formositas; ac proinde cum se dixerit formosam, non debere timere aduersa, quam talem Sponsi effecerit gratia. Quod si talem se per gratiam esse non agnouerit, ad Sponsi consortium non pertinebit, dum hoc efficiat causa ignorantia, vt foris per desidiam & negligentiam egrediens, à Sponsi contubernio cogatur aberrare. Et est locus ab efficiente causa, vt probetur, omnis qui collatæ in se gratia bonum non intellexerit, ipse in se boni ex ignorantia negligentem esse, negligentem autem sui, Deo proximum non esse: Sponsam igitur se ipsam ignorantem à sponsi consortio recedere & exteriora necessario quærere. Reducta ergo ad se, qualiter se agnouerit, & gratia sibi concessæ vtiliter attenderit, subdendo demonstrat dicens, *dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*.

Locus ab efficiente causa, qua ostenditur ex ignorantia boni à Deo sibi collati sequi negligentiam sui, & ex illa ab alienationem à Deo.

Sponsa ostendit quod gratia donum in se agnouerit.

VERSUS XII.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

ACCUBITVS Regis est omnium temporalium Christi actionum dispensatio, qua dignatus est de illa suâ ineffabili diuinitatis sublimitate se humiliare, & pro humanâ salute ad humanitatis

Accubitus Regis quis sit.

ratis.

ratis infirmitatem se inclinare: primo quidem in vterum Virginis nascendo, deinde in crucem moriendo, in sepulchro iacendo, & ad inferna descendendo; post de ipsâ inclinatione sua se erigens resurgendo, & ad cœlos ascendendo.

In huius verò dispensationis tēpore, maximè ad virtutum incrementa succrescens Ecclesia, præcepto & exemplo Christi etiam docta est passionibus ipsius per patientiam communicare, dum in tantam eius charitatem profecisset, vt nec ipsam vitam amoris eius præponeret, dicens, *dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.*

Quid sit Nardus, & quid per eam designetur.

Nardus frutex est aromatica, radice graui, crassa, breui, nigrâ, & fragili, folio patuo, densoque, cuius cacumina in aristas se spargunt, ideoque pigmentarij gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Vnde in Euangelio narratur mulier ad vnctionem Domini attulisse *unguentum nardi spicati pretiosi.*

Ioh. 12.

Charitas boni operis radix est.

Quid verò per nardum, nisi virtus boni operis designatur? Radix vero boni operis charitas est; quia sicut de radice omnis herbarum virtus & vigor nascitur, ita ex solâ charitate omnis boni operis virtus generatur.

Charitas instar radici nardi grauis dicitur.

Dictum est autem in radice nardi, diuersas naturæ consistere qualitates, quas possumus ad multiplices charitatis referre virtutes: Cha-

ritas enim grauis est, quia omnibus præponderat virtutibus, quam excellentiorem viâ Apostolus appellat, dicens, *adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.* Crassa verò est, vt pote viuacioris succi iuxta interioris mentis vigorem, quæ cæteris virtutibus effectum præbet sanctitatis, dum sine eâ omnis virtus quasi sicca & arida remaneat: cuius pinguedinem Psalmista considerans qui se ad Deum sitienti desiderio vigilare pronuntiabat, *sicut adipe,* Psal. 26. *inquit, & pinguedine repleatur anima mea.* Breuis est, quia de ea scribitur, quod *verbum abbreviatum & consummatum Dominus faciet super terram:* Charitas etiam breuis est, Rom. 9.

verbum consummatum & abbreviatum charitas est, quia in eâ omnium virtutum perfectio consistit, & vna hæc dictio est huius sanctæ vniuersitatis conclusio: Consummatum est hoc verbum charitatis, quia *plenitudo legis est dilectio,* de qua Rom. 13. dicit Psalmista, *omnis consummatio-* Psal. 118.

nis vidi finem, non finem qui id quod est, non esse faciat, sed qui id quod non est, esse faciat, & ad perfectionem adducat: abbreviatum est, quia omnis legis præcepta in hoc vno instaurantur, *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum; in his duobus præceptis tota lex pendet & Propheta.* Matth. 22.

Quam breue verbum tribus consistans syllabis & septem literis, sed omnem continens plenitudinem sanctitatis: Deus enim *charitas est,* qui

Charitas verbum trisyllabum & septem literarum, quia Deus qui charitas est,

I 2

1. Joh. 4. Vnus in maiestate, trinus in Personis, & septenarius est in donis Rom. 5.

qui est trinus in personarum distinctione, vnus in maiestatis æqualitate, & septiformis est Spiritus Sancti gratiâ, per quem ipsa *charitas in Sanctorum diffunditur corda.* Si ergo Deus *charitas* est, nihil autem boni sine Deo esse non potest, qui *charitatem* quæ Deus est non habere conuincitur, procul dubio bonus non esse concluditur.

Charitas itē nigra est.

1. Cor. 13. Charitas fragilis est.

Ibidem.

Charitas paruo densoque est folio.

Charitas in aristas spargitur.

Nigra quoque esse dicitur radix nardi, quia *charitas* quæ est radix, vt diximus omnium virtutum, persecutionum & aduersitatum omnium nigredinem, libenter pro Deo & fratrum salute sustinet, quia sicut scriptum est, *charitas patiens est.* Fragilis verò est propter nimiam teneritudinem fraternæ compassionis, quâ compellitur per viscera misericordiæ tribulari cum tribulantibus, infirmari cum infirmantibus, flere cum flentibus, dolere cum dolentibus, tristari cum tristantibus; scriptum est enim, *charitas patiens est, benigna est:* tanta enim benignitatis dulcedine *charitas* affluit, vt omnem proximi necessitatem suam putet, Folio paruo densoque est, quia *charitas* semper humilitatem exhibet, dum omnium virtutum copiosâ densitate abundet. In aristas spargitur, quia mens sancta diuini amoris incremento succrescens, intelligentiæ acumine & subtilitate in cœlestia subleuatur.

Hæc ergo septem in radice nardi

naturalia possunt nõ absurdè accipi hæc quæ posuimus ex septiformi gratiâ procedentis *charitatis* præconia, quia sicut ex radicula nardi, foliorumque & spicarum adiectione, pretiosissimi fit vnguenti confectio, ita ex *charitate* quæ est radix omnium bonorum, ex diuersis virtutum speciebus electissima Spiritu Sancto opifice fit sanctitatis confectio, quâ sancta Ecclesia siue quælibet sancta anima quasi delibuta, suauissimum de se mittit odorem opinione & famâ bonæ actionis, de quali odore dicit Apostolus, quia *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco,* & quidam Sapiens, *fama,* inquit, *bona impinguat ossa:* quia omnis virtus animæ eneruatur, nisi huiusmodi compositionis pinguedine repleatur.

Huiusmodi ergo odorem dicit se dare Ecclesia, siue sancta anima, ex hoc nardo pistico, id est *fideli,* qua delectetur ille Rex & Sponsus cœlestis, in accubitu suo, hoc est in illo inedicibili sinus paterni secreto. Hoc est enim eius accumbere in sinu Patris esse per eandem essentiâ, & per eandem diuinitatis potentiâ. Est etiam eius accumbere, vt supra posuimus, ad humanæ infirmitatis naturam se inclinare per admirabilem consummatæ dispensationis ordinem. Est quoque eius accumbere, in sanctæ mentis cogitatione habitare, per largissimam multiplicis gratiæ suæ dignationem.

Huius nardi pistici pretiosi odore mulier

Spiritus S. pretiosissimi vnguenti confector est.

2. Cor. 2.

Accubitus Regis est sinus Patris, vel humanæ naturæ assumptio, vel in sancta mentis inhabitatio.

Exhibitio
nardi à Ma-
ria Magda-
lena in re &
in Sacra-
menta facta
fuit.

mulier illa Euangelica quæ Domi-
num scribitur unxisse, in re & Sa-
cramento exhibuit: in re secundum
historiam, in sacramento secun-
dum tropologiam; quia pedes Do-
mini ungerere, fuit diuinitatis eius
celsitudinem mentis subleuatione,
quamuis per speculum & in ænig-
mate considerare. Caput ergo &
pedes Domini ungerere, est diuinita-
tem & humanitatem eius credere
& prædicare. Vnde & de eiusdem
unctionis virtute quæ Maria Do-
minum unxit scribitur, quia *impleta
est domus ex odore unguenti*. Domus
quippe Ecclesia est, quæ huius un-
ctionis odore completur, quia Chri-
stum Deum & hominem credit &
confitetur, huiusque fidei & con-
fessionis rectitudine per totâ mun-
di latitudinem diffunditur. Per
hanc domum id est Ecclesiæ vniuer-
sitate Iohannes Euangelista odo-
ris huius suauitatem de capite & de
pedibus Domini respergit, de capi-
te quidem cum dicit, *in principio erat
verbum, & verbum erat apud Deum, &
Deus erat verbum*: de pedibus vero
cum dicit, *verbum caro factum est, &
habitauit in nobis*.

Quid sit do-
mum id est
Ecclesiam
impleri ex
odore un-
guenti.

Ioh. I.

Potest quoque & hoc modo in-
telligi unctio capitis & pedum Do-
mini, vt qui vestigia sequitur Christi
per actiuæ vitæ studium, pedibus
eius benè viuendo procumbat, sic-
que ad meliora de die in diem pro-
ficiens, per contemplatiuæ vitæ vir-
tutem, quasi ad caput Christi, Deo
iungitur inhaerendo se erigat. Unctio

ergo pedum est virtus operatoria,
porro unctio capitis virtus con-
templatoria. Est enim suauissimi o-
doris oblatio, bonæ actionis & fan-
ctæ meditationis exercitatio, quâ
delectatur in accubitu suo, Rex &
sponsus ille cælestis expectans &
desiderans tali odore fragrantem se-
cum collocare in æterno ipsius sui
accubitus reclinatio.

Quid sit
Spiritualitas
ungerere pe-
des & caput
Christi.

Sed vt ad istum æternum eius ac-
cubitum peruenire possit sancta Ec-
clesia siue fidelis anima, in isto tem-
poralis eius dispensationis accubi-
tu, quo pro eius salute nascendo &
moriendo accumbere voluit, hu-
militatis, patientiæ, atque obedi-
entiæ eius exempla sectando, in suâ ei
mente virtutum odore redolente
accubitum patet, quatenus ipse post-
modum eam veluti sponsus spon-
sam immaculatus immaculatam in
regni sui thalamum siue accubitum
introducatur, vt sicut nunc in ea requi-
escit temporaliter per gratiarum di-
uersitatem, ita ipsa deinceps requi-
escat in illo æternaliter per gloriam
sempiternam. Vnde per subse-
quentia iudicat eadem sponsa hanc
præfixam clementis sponsi esse sen-
tentiam, vt qui passionibus eius per
patientiam communicat, regno
quoque eius æterno per consolati-
onem participet.

Quid requi-
ritur vt
fidelis ani-
ma æter-
no Regis
accubitum
perueniat.

VERSVS XIII.

*Fasciculus myrræ dilectus meus mihi
inter ybera mea commorabitur.*

I 3 Per

Per myrram
amaritudo
passionis,
per botrum
dulcedo &
resurrectio
nis Christi
exprimitur.

PER myrram quippe amaritudo passionis, per botrum dulcedo resurrectionis exprimitur. Dum inquit sponsus meus & Rex meus quo regente est mihi bonum & velle & posse, accubisset in passione crucis, & vsque ad mortem obediens factus, in sepulchro iam esset depositus, ego quæ antea querebar, quod nigra essem, eò quod nõ tantum extranei, sed & fratres mei pugnant contra me, quasi quædam, pretiosissimã nardo, ex ardentissimã eius charitate, humilitatis quoque patientiæ & obedientiæ eius exemplo composita, odorem bonæ opinionis per totum resperfi mundum, non tantum vnâ morte, sed mille mortium generibus pro eius amore succumbere parata, ita vt non sit mihi dilectus meus sola myrra, sed fasciculus myrræ, dum pro vno genere mortis quam pro me suscepit, multarum & diuersarum mortium cupio colligere fasciculum.

Dilectus
sponsæ cur
non simpli-
citer myrra
sed fascicu-
lus myrræ
dicatur.

Fasciculum
myrræ de-
scribit
Apostolus 2.
Cor. 11.
& Heb. 11.

Quisnam est iste fasciculus? pericula fluminum, pericula latronum, pericula ex genere, pericula ex gentibus, pericula in ciuitate, pericula in solitudine, pericula in mari, pericula in falsis fratribus; labor & ærumno, vigilia multa, fames & sitis, ieiunia multa, frigus & nuditas: ludibria & verbera, vincula & carceres, lapidatio, sectio, postremo gladij occisio. Ecce fasciculus myrræ. Sed quia duplex est martyrium, vnum in corpore, aliud in mente, diuidamus hunc fasciculum & ponamus,

alium esse fasciculum myrræ, id est corporalis passionis, alium fasciculum myrræ mentalis. Et corporalis quidem passionis fasciculum supra enumerauimus, porro fasciculus mentalis myrræ id est passionis, est virginitas carnis, abrenuntiatio sæculi & omnis mundanæ voluptatis, siue multimodæ labor continentiæ. Istius gemini fasciculi causa est mihi dilectus meus inquit Ecclesia siue sancta anima, quia pro eius nomine & amore huic fasciculo ferendo supposui humeros mentis & corporis, mentis quidem mortificatione vitiorum; corporis verò diuersarum tolerantia passionum.

Cur hoc? quia & ipse dilectus per se quoque factus est mihi fasciculum myrræ, quando pro me in corpore suo, flagella, sputa, alapas, irrisiones, potum fellis, crucem, confossiones manuum, pedum & lateris, ipsam denique mortem suscipiens, quasi fasciculum multimodarum collegit passionum. Talis verò fasciculus dilectus meus mihi factus inter vbera mea commorabitur, quia hæc omnia signa passionis eius mente quotidie recolo, & dum horum memoriã habeo, ego quoque pro eius dilectione mearum passionum fasciculum ardentius colligo.

In situ corporis inter vbera altrinsecus constituta pactus est positum, & ideo commemorationem fasciculi myrræ inter vbera, rectè accipi

Sicuti duplex est
martyrium
ita & duplex
myrræ
fasciculus.

Fasciculus
myrræ in
Christo patiente
describitur.

Fasciculus
myrræ cur
inter vbera
dicatur
commorari.

accipimus eā quæ in pectore debet esse memoriā Dominicæ passionis.

Duo vbera duo sunt testamenta.

Siue ponamus vbera esse duo testamenta, vetus videlicet & nouū, & inspiciamus, quia & in his dilectus commoratur commemoratiōe suæ passionis; priore testamento ipsam passionem futuram prædicente, sequente iam factam præsentante. *Inter vbera*, inquit, *mea* commorabitur, quia in duobus testamentis, mihi ad notitiā eius & ad salutem meā propositis, fasciculū myrræ eius colligo: in veteri quidē testamēto per figuras præsignatæ, in nouo autē per salutiferum æternæ redemptionis succum toti mūdo exhibitæ. Succus enim myrræ fertur multis mederi infirmitatibus, & huius Dominicæ myrræ succus omnē animæ morbū depulit & perpetuæ sanitatis medicinam in toto mundo constituit.

Succus myrræ multis medetur infirmitatibus.

Duo vbera duos significant populos.

Siue inter vbera mea commorabitur, hoc est inter duos populos in meo corpore ex Iudæis & gentibus constitutos, qui hunc fasciculum myrræ Dominicæ fide suscipiunt, moribus sequuntur, & eius quotidie commemorationem in Sacramento faciunt, mente recolunt, & ore suam perpetuam sumunt.

Duo vbera duo latrones.

Vel inter vbera mea, hoc est inter duos latrones, inter quos dilectus meus suspensus fasciculū passionis suæ componit, qui eisdem duos populos præsignauerūt, vnum credentem, alterum crucifigentem; vnum electum, alterum re-

probatum. Vbera autem mea fuerunt, ille propter naturalē & scriptam legem, iste propter solam naturalem, ita nutrimentum rationis vtrique habentes, vt sint inexcusabiles. Et iste quidem per dilectum meum in medio commorantem & fasciculum suæ myrræ prætendentem nouam superassumpsit legem naturalem illuminantem, ille verò occulto Dei iudicio sed iusto, post datam legem amisit & naturalem propter incredulitatem.

Vnde & ipso dilecto in cruce pendenti myrratum obtulit vinum, cuius amaritudo in ipsum transfusa est, dum diceret, *sanguis eius super nos & super filios nostros.*

Vnum myrratum Christo in cruce oblatum quid præfigurauit.

VERSUS XIV.

Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engadli.

ET quia huius medelam suscipere noluit, botri dulcedine caruit, ideoque dilecto nec commortuus est peccato, nec cōsurrexit iustitiā. Mihi autem, quæ in altero populo ad fidem veniente, passionis eius Sacramenta suscipio, veneror, & adoro, *botrus cypri* factus est, quia cum ipse à morte resurrexit, me quoque spe & dulcedine futuræ resurrectionis animauit.

Ipse est enim Botrus de terrâ late & melle manente deportatus, à duobus exploratoribus ipsos duos populos significantibus, qui de Maria Matre, dulcedine & pinguedine sancti Spiritus fluente generatus.

Botrus per exploratores de terra promissionis portatus. Num. 13. figura fuit Christi.

neratus pro vtriusque populi salute in cruce est suspensus. Sed sicut mos est portantium vt vnus præcidat, alter subsequatur, ita prior fuit populus Iudæorum Deo per obseruantiam legis cognitus, sequens populus Christianorum per nouæ legis religionem assumptus. Sicut autem præcedens id quod portat non videt, & quadam dorsu auersione postponit, sequens verò semper in facie habet, semper custodit obrutibus, & quadam corporis vicinitate potitur; ita Iudæus populus Christum in lege portans non intelligit, sed quasi auersando contemnit: Christianus verò populus intelligit, portat in fronte & in mente, & custodit colendo, & mandatis eius obediendo.

Ille populus hunc Botrū in cruce pendentem propter maledictum legis abhorret & contemnit; iste populus in prælo crucis expressum salutiferum suscipit ipsius sanguinis testamentum, bibens cum spiritali dulcedine vnicum corporis & animæ remedium; in spe verò futurum post generalem resurrectionē eiusdē geminæ substantiæ corporis, scilicet & animæ optabile & incomparabile gaudium.

In isto ergo populo, nā ego sum iste populus sponsa Dei, Ecclesia Dei, *Botrus cypri Dilectus meus mihi*; quia cui fasciculus myrræ fuit in passionis amaritudine, erit botrus in resurrectionis dulcedine. Et cuius ego causā fasciculū multa in

collegi passionum, & corpore & mente, ille mihi erit botrus in æternā animæ refectione, & huius laboris suauissimā recompensatione.

Vnde *Botrus cypri* rectè dicitur; Cyprus enim tristitia siue mœror interpretatur; Botrus ergo cypri dicitur, quia ipse est vera & dulcis cōsolatio omnis mei mœroris & tristitiæ. Et sicut Botrus cypri omnium terrarum Botros præcellit magnitudine, ita dilectus meus *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis*, omnia quæ sunt in cœlo & terrā præcellit dignitate suā & gratiā.

Vbi autē Botrus cypri factus est dilectus? *In vineis Engaddi*. Engaddi dicitur vicus per magnus esse in Iudæa, iuxta mare mortuū, vbi sunt vineæ nō quidē vini, sed balsami arbusculæ, quæ idcirco vineæ appellantur, quia in vinearū morē sustolluntur; Ex balsamo autem mixto cum liquore oliuæ crisma conficitur, quo maiora quædam Ecclesiasticarum consecrationum peraguntur instituta: nam in eo baptismatis lauacū consecratur, & Sacerdotalis siue imperialis dignitas confirmatur, Ecclesiarum siue altariorum Sacramentaliumque vasorum specialis quædam sanctitas assignatur. Typice autem in huiusmodi liquoris perunctione spiritualium dona carismatum designantur, quibus corda fidelium sancti spiritus gratiā diuinis ministerijs sunt apta.

Engaddi verò fons hædi interpret-

Differentia
populi Iudaici &
Christiani.

Cur Christus dicatur Botrus cypri.

2. Cor. I.

Christus factus Botrus Cypri in vineis Engaddi, & quomodo.

Excellentia
Christi.

Engaddi
fons hœdi
interpretatur,
& significat
Baptismum.

pretatur. Quis autem est fons hœdi, nisi baptismus siue gratia lachrymarum? Hœdi vero sunt peccatores à sinistris ponendi, omnes autē iusti à dextris statuendi. Vineæ ergo Engaddi, id est de fontis hœdi sunt dona spiritualia quæ his tantum tribuuntur, qui fuerint sacro baptisate, siue per lachrymas pœnitentiæ à peccatorum sordibus abluti: fons quippe hœdi Baptismus est quo abluuntur peccatores, id est hœdi & fiunt iusti, id est oues Christi; vel si post baptismum lapsi fuerint ad peccatum, per gratiam lachrymarum, quasi per secundum baptismum in pristinum reparantur statum.

Gratia lachrymarum secundum dicitur Baptisma.

Botrus, inquit, cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi, quia in illos profecto fit mihi cibus & potus consolationis & salutis, qui per baptismi gratiam digni facti sunt suscipere diuinorum Sacramentorum scientiam, & spiritualium donorum affluentiam: vel qui per lachrymarum fontem peccatorum merentur absolutionem, & mortui peccatis resurgunt ad vitam æternæ salutis, ut si secundum Apostolum *complantati facti sunt similitudini mortis Christi, fiant simul & resurrectionis eius.*

Rom. 6.

Quatuor Prædicamentorum ordo.

Notandus sane ordo quatuor istorum prædicamentorum, videlicet odor nardi, fasciculus myrræ, botrus cypri, vineæ Engaddi. Eodem quippe ordine, quo hic se in serie verborum sequuntur, in Domino Iesu Christo implera narrantur; quan-

do ante passionem à Maria vnctus est *Marc. 14. nardo spicato, pretioso & domus impleta est ex odore vnguenti: in passione verò vino myrrato potatus, & post passionem. myrra ceterisq; aromatū speciebus Marc. 15. libutus in sepulchro positus est; vn-* *Ioh. 19. de post triduum resurgens spiritualis botri dulcedinem principali resur-* *Marc. 16. rectionis gaudio credentibus obtulit: quibus post paululum Spiritus Sancti gratiam omnem habentis virtutem veluti balsamum in vineis Engaddi infudit, dans eis potestatem per aquam & Spiritum siue impositionem manus remissionem dare peccatorum, & de hœdis oues facere Christi.*

Sed quæ hoc modo secundum historiam in re præcesserunt in capite, possunt quoque in membris eius secundum moralitatem in figura pari ordine exhiberi, ut præcedente odore virtutum consequenter subsequatur mortificatio vitiorum, quia afflictio corporis & mundanæ gloriæ contemptus instrumenta sunt mortificationis huius. Nonne huius mortificationis instrumenta siue materia sunt, *fames, sitis, nuditas, vigilia, & orationes continua?* Principalis autem & maxima propositio est, vbi instrumentum deest, causam quoque instrumenti deesse; & vbi materia nō est, id quoque quod ex materia fit non esse, & idcirco consequens esse, vbi virtutes desunt, vitia dominari, quia antecedente constantia virtutum subsequitur casus vitiorum.

Instrumenta spiritualis mortificationis.

K Vnde

Gal. 5.

Vnde Apostolus duo sibi aduersantia scilicet carnem & spiritum describens præmittit, *spiritu ambulate*, ac deinde, *& desideria carnis non perficietis*, vt ostendat fortitudine Spiritus carnem subijci, & nisi præcedat virtus, vitium non posse succumbere.

Quid sit of-
ferre nar-
dū & myr-
ram.

In isto ergo ordine ad imitationem capitis id est Christi, membra ipsius hoc est sancti primo nardum, deinde myrram offerunt, quia prius debent habere opera sanctitatis, quorum virtute mortificentur opera carnis. Sed quia dicit idem Apostolus, *si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*, congruo nimirum ordine mortificationem spirituale sequitur resurrectio spiritualis, vt qui commortui sunt Christo moriendo peccatis, conresurgant ei viuendo iustitiæ; cum eodem Apostolo dicentes, *si commorimur, & conuiuemus*.

Rom. 8.

Mortificati-
onem spiri-
tualem le-
quitur resur-
rectio spiri-
tualis.

2. Tim. 2.

Sicut enim gemina mors est, animæ scilicet & corporis, sic & gemina vtriusque resurrectio, vt qui nunc per iustificationem resurgunt de morte animæ, in futura resurrectione resurgant per incorruptionem à morte corporis & animæ. Vnde in Apocalypsi dicit Iohannes, *beatus est sanctus qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors potestatem non habet*. Quæ quidem resurrectio Botri nomine designatur, vt quia ad tempus amaritudinem quandam passi sunt, carnè spiritualiter mortificando post-

Apoc. 20.

Quid signi-
ficetur per
Botrum.

modum æternaliter suauitatem gaudij percipiant ineffabilem; hic quidem à corruptione mentis, ibi autem & à mentis & à corporis corruptione spiritualiter quiescendo.

Placuit sanè conueniens & decens ordo quoque iste dispositrici gratiæ, vt nardo sanctæ opinionis redolentes, & myrra intimæ mortificationis hostiam sibi viuam iam existentes, atque per Botrum spiritualiter debriantem, nouitate resurgenti à morte peccati animæ lætificatos, per spiritum carni superiores effectos Spiritus Sancti dignos indicauerit aduentu per diuersarum gratiarum balsama quæ gignit spiritualiter Engaddi, hoc est fons hædi; baptisimus scilicet bifor-
mus, lauacri & compunctionis, quo abluuntur hædi id est peccatores, & efficiuntur oues Christi.

Baptisimus
duplex.

Igitur postquam Sponsus arguit Sponsam pro ignorantia sui, propter quam meritam à Sponsi confortio esset susceptura repulsam; Sponsa vero salubri eius obiurgatione, tandem semetipsam recognoscens, quæ prius se perseuerare per se posse diffidebat, plenâ iam fide vsque ad mortem pro eius amore in tribulationibus non deficere didicit; tali eius profectui Sponsus congratulans, & iam pulchram discernens, huiusmodi ei laudum præconio blanditur, vt ex hoc ad maiora virtutum opera prouocetur.

VER-

VERSUS XV.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum.

Describitur pulchritudo Sponsæ.

QUIA inquit primo te ipsam considerans, propter varios tentationum æstus nigram te & fuscam dixisti, meumque adiutorium quod tamen tibi non deerat, adhuc modicæ fidei existens proclamasti, postmodum verò me ostendente te ipsam recognoscens, tantâ fortitudine Spiritus profecisti, ut non solum passionis myrram, sed fasciculum myrræ mihi non dubitares offerre, ecce denuntio tibi, quia iam pulchra es, & quia pulchra, ideo Amica mea, & è conuerso, quia amica mea, ideo pulchra; & non semel pulchra, sed iterum pulchra, repetitio quippe confirmatio est, quia ita perfectè pulchra es, ut mihi geminatâ placeas pulchritudine, fidei scilicet & operationis, siue animæ & corporis.

Geminata pulchritudo fidei & operationis.

Pulchro autem ordine inter duo pulchritudinis prædicata, altrinsecus posita, ynum subiectum medio cõstituitur in loco, quia ipsum mediũ à duobus accipit esse, ita ut si vnum è duobus dupliciter, vtrobiq̃ue dispositæ pulchritudinis desit, videlicet ut sit fides sine operibus, vel opera sine fide; siue sit castitas corporis sine castitate mentis, vel mentis sine castitate corporis, nulla Deo anima spiritualis amicitiaæ fœdere copulatur.

Fides & ope-

Nam cum scriptum sit fides si non

habeat opera, mortua est in semetipsâ, & cum item à Domino insipiens dicatur anima, quæ lampades sine oleo gestat Sponso obuiam processura, manifestum est has geminatas vtrobiq̃ue pulchritudinis partes constitutiuas esse sanctissimæ huius amicitiaæ. Non enim parua æstimationis apud Dei omnipotentis iudicium est, tantâ Dei perfectum esse gratiâ, ut suâ eum dignetur amicitia, & pro speciali munere virtutum, Dei nuncupari amicum, magnum certè præconium est. Vnde Dominus ad Apostolos, iam non dicam, inquit, vos seruos, sed amicos, quia omnia quæcunq̃ audiui à Patre meo, nota feci vobis. Signum quippe huius amicitiaæ est, paterni reuelatio secreti & quæ specialiter est collata ipsum diligentibus, & huius amicitiaæ fidem seruantibus, contemplatiuæ dignitatis excellentiâ.

ratio sunt partes constitutiuas amicitiaæ diuinae.

Iacob. 2.

Marth. 25.

Ioh. 15.

Sed quia superius à Sponsa Sodalibus Sponsi dicuntur eo loco vbi dicit, ne vagari incipiam post greges Sodalium tuorum, nunc verò ipsius voce Sponsi Sponsa vocatur amica, considerandum quænam sit inter amicum & Sodalem distantia. Sodalis est qui nobis ad aliquid nobiscum agendum sociatur, amicus verò est, qui vsu vitæ similis pio & fideli amore nobis coniungitur: Sodales ergo Sponsi sunt, qui ei per aliqua bona opera quasi sociari videntur, sed exitus rerum probat quâ id intentione fecerint, dum humanæ laudis cupidi, ostendunt

Differentia inter amicũ & Sodalẽ quæ sit.

se ab amore illius valde alienos, quem non simpliciter & pie, sed pro suo temporali commodo imitari videbantur. Amici verò eius sunt, qui pro solâ spe æternorum bonorum fideliter ei coniunguntur, & dum nulla prosperitate, nulla aduersitate ab eo separantur, ostendunt quantò eius amore ferueant, cui nil omninò præponere curant. Propter huiusmodi vitæ qualitatem, Ecclesia vel quælibet sancta anima quæ vestigia sequitur Christi, quando ista de eâ pulchritudo prædicatur, *Amica* nomine meretur appellari; Sed quia ipsa pulchritudo ex mentis speculatione, quasi ex quadam facie refulget, subdit causam quare dixerit pulchram, *oculi*, inquit, *tui columbarum*.

Ecclesia, vel anima cur *Amica* vocetur

Cur pulchra dicatur.

Ecclesie oculi sunt Doctores & quare.

Duo mentis oculi intellectus & discretio.

Oculi Ecclesiæ sunt Sancti Doctores, quia sicut oculi nobis vitæ sunt Duces, ita Sancti Doctores viam vitæ nobis demonstrantes, sunt nos verbo & exemplo quasi duplici oculo præeuntes.

Moraliter quoque quælibet anima, hoc est in interioris hominis capite duos habet oculos, intellectum & discretionem. Intelligit enim & videt, quid sibi agendum sit, deinde qualiter ipsa actio disponi debeat, discernit, ut in vno oculo qualitatem actus sui inspiciat, in altero modum. Benè enim videt quò tendere debeat, qui & tenendæ vitæ qualitatem considerat, & ipsum qualitatem pro loco & tempore nunc intendendo nunc remit-

tendo fortes & infirmos informat, ita tamè ut ipsa intètio siue remissio certo & competenti fine constituitur. Causa ergo est, quod pulchram dicit, videlicet, quia oculi eius sunt columbarum, quæ comparatio propter septemplex columbinæ naturæ & simplicitatis virtutem rectè posita est.

Septimplex columbæ natura.

Columba quippe caret felle neminem lædit, grana meliora legit, pullos alienos nutrit, in foraminibus petræ nidificat, gemitum pro cantu habet super aquas sedere cõsuevit, ut aduentum accipitris præuidere possit. Propter hæc septem naturæ insignia, colubæ comparatur Sponsa, ut si hæc columbino oculo ad moralè retulerit formam dignè appelletur pulchra, dum hoc nititur habere ex gratiâ, quod columba habet ex naturâ.

Cur Sponsa in pulchritudine cõparetur.

Felle caret; quo spiritualiter quoque Sponsa Christi carere debet, ut secundum Apostolum, *omnis amaritudo, & ira, & clamor, & blasphemia tollatur ab eâ cum omni malitiâ. Neminem lædit*, Christi quoque Sponsa nulli nocere debet, nec verbo nec opere, sed secundum Apostolum, *cum omnibus pacem habere. Grana meliora legit*; sic etiâ Christum diligens ex diuinâ Scriptura meliores debet sententias colligere, quibus & suam vitam honestè & vtiliter sciatur instituire & proximorum, docendo & agendo ad sui exemplum informare: *Pullos alienos nutrit*; Ecclesia quoque eos qui non sunt de corpore

Spōsa Christi felle carere debet. Ephes. 4.

Nullum lædere debet.

Rom. 12. Grana meliora legere debet.

suo,

suo sicuti Hæretici ac peruersi Christiani, ac si proprios filios in sinu suo colligit & eos admonēdo, corripiendo, beneficijs attrahendo corpori suo coniungere satagit, & hoc quælibet anima quæ verè spōsa Christi est, facere debet, vt extraneos & sibi contrarios, quam domesticos pro Christo diligit & foueat vt semper *malum in bonum vincat. In foraminibus petra nidificat vt serpentium morsus euadat; sic quoque Ecclesia vel Deo coniuncta anima in Christi passione debet refugium quærere, Christus enim petra est, cuius passionis foramina vulnera sunt, fortissima contra insidias malignorum spirituum munimina. Gemitum pro canto habet, & in hac temporali vita Deum diligenti gemitus pro cantu esse debet, hoc est pro sæculari loco & lætitiâ, ea que secundum Deum est tristitia, qua pœnitentiam in salutem stabilem operatur; scriptum est enim, quia beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur; & è contrario, va vobis qui ridetis nunc, qui aplorabitis. Super aquas sedere consuevit vt aduentum accipitis præuidere possit, sic etiam fidelis anima super fluenta diuinarum scripturarum mente commorari debet, vt ex his intelligat & discat, qualiter antiqui hostis insidias præcauere valeat.*

Rom 12.
Ecclesia nidificat in foraminibus petrae.

I. Cor. I. O

Fidelis anima gemitum pro cantu habere debet.

2. Cor. 7.

Matt. 5.

Luc. 6.

Fidelis anima super aquas debet sedere.

Sponsa cur pulchra prædicatur, id que iteratio.

sponsi placet, vt eam non semel, sed bis quasi confirmando pulchram denuntiet, & geminum in his partibus amorem, Dei videlicet & proximi insinuet. Nam non irasci, in passionis Christi sacramenta sperare, pro peccatis suis, vel pro dilatione cælestis regni genere, sacre Scripturæ animū intēdere diuini amoris est signū: porro neminē lædere, alienos ac si suos suscipere & fouere fraternæ charitatis iudicium est. Sed quia *spiritus sanctus, per quem charitas Dei diffunditur in cordibus nostris eadem charitas est*, geminā dilectionis parte constans, dicit enim Iohannes, *Deus charitas est* confideremus in his septem innocentie partibus septiformem ipsius Spiritus sancti gratiam, videlicet spiritū sapientiæ & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, spiritum timoris Domini. *Sapientia quippe est animi motus reprimere dum sapienter considerat, quia ira viri iustitiam Dei non operatur; hinc Salomon, stultus inquit, statim iudicat iram suam, qui autem dissimulat iniuriam, callidus est; & iterum, grauesaxum, & ponderosa arena, sed ira viri vtroque grauior; ira non habet misericordiam, nec erumpens furor.* Vnde quidam gentilium dicit.

Signa diuini amoris & fraternæ charitatis quæ sint.

Rom. 5.

I. Ioh. 4.

Septem gratiæ Spiritus sancti describuntur.

Munus spiritus sapientiæ quod sit lac. 1.

Prou. 12.

Prou. 27.

Qui non moderabitur iræ, Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens, Horatius.
Dum pœnas odio per vim festinat multo.

K 3 Et

78 *In Canticum Canticorum Salomonis*

Et vt ostendat sapientia esse, scire animum regere, subdit.

Ira furor breuis est, animum rege, qui nisi paret.

Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce catenis.

Spiritu ergo sapientia inordinatus animi reprimendus est motus, quia per hoc sapienter declinantur mala, quae plerumque tam graua inde generantur, vt vix aut nunquam sopiantur.

Munus spiritus intellectus quod sit.

Iob. 4.
Matth. 7.

Psal. 10.

Munus spiritus consilij quod sit.

Spiritus quoque intellectus est, nec sibi nec alijs nocere, & per rationis discretionem intelligere æquum esse, vt quod sibi non vult fieri alteri non faciat. Sed quia omnis læsionis iniuria dupliciter fit ab inferente, scilicet verbo & actione, dupliciter suscipitur à sufferente, hoc est animo & corpore, duplex quoque intellectus opponendum est remedium, vt perpendat, quia & fraternæ charitatis integritas corrumpitur, & diuinæ pietatis seueritas prouocatur, quod est & sibi & alijs nocere. Innocentia enim vera est, quæ nec sibi nec alijs nocet, quia qui diligit iniquitatem, odit animam suam, & nemo non prius in se, quam in alterum peccat. Magnum planè huius intellectus donum, quo quisque talem sibi viuendi cõstituit modum, vt & Deo & hominibus placeat, & hoc sit veræ innocentia signum Deum diligere & proximum, quod est vniuersæ sanctitatis perfectiũ.

Porro Spiritu consilij, qui in sancta intentionis studium habens, melio-

res & vtiliores sanctarum scripturarum sententias colligit, ex quarũ sensu, veluti ex quodam adiutorio sibi met consulendo, quendam suæ qualitati competentem conuersandi inueniat statum, & hoc diuersa sententia collectiũ, fiat benè constituendæ vitæ consiliũ.

At vero Spiritus Fortitudinis valde roborat mentem passionis Christi virtute cõfidentem, quando ipsius passionis signaculo contra omnem diabolici incursum impetum, & exterius munitur in corpore, & interius firmatur in mente. Hoc enim Spiritu Fortitudinis Moyses Ægyptos hostes debellauit, quando eos multiplici plaga per virgam prostrauit, & populum Dei de eorum seruitute liberauit insinuans, quod ipse Dominus fortis & potens in prælio crucis suæ ligno, toti succurrere deberet mundo hoste vniuersali, hoc est diabolo, passionis suæ virtute prostrato. Hoc etiã Spiritu Fortitudinis Gedeon hostes deuicit cum trecentis, formam crucis præferentibus in caractere numeri huius, qui per TAV literã notatur: Et in Ezechiele nullus percutitur qui hac literã quasi crucis formã signatus inuenitur.

Spiritus verò scientia est, sanctarum seriem scripturarum tenaci memoria commendare, ex quibus sacra fluentia doctrina diffundat, quæ tali discretionem diuidere sciat, vt & simplices habeant vnde erudiantur, & docti vnde exerceantur.

Æqua-

Munus spiritus Fortitudinis.

Exodi. 7. 8. 9.
10. 11. 12. 13.

Psal. 23.

Ios. 8.

Ezech. 9.

Munus spiritus scientia.

Munus spi-
ritus Picta-
tis.

1. Cor. 9.

Munus spi-
ritus Xi-
moris Do-
mini.

Timor
quadru-
plex est.

1. Ioh. 4.

Timor fi-
lialis quis
sit.

Pf. 18.

Eccles. 1.

Timor ini-
fialis quis
sit.

Æqualem vero omnibus offerre
charitatem, vt inimicos æquè vt a-
micos pro Deo diligere, & secundū
Apostolum, omnibus omnia fieri vt o-
mnes lucrifaciamus, profecto spiritus
pietatis est, quo certè spiritū ducitur,
quocūque proximo in omni ne-
cessitate siue corporis siue animæ
pro posse & ultra posse subuenire
non segniter studet.

Porro ingemiscere duplici com-
pūctionis modo, hoc est vel recor-
datione peccatorum, vel intimo
Deum sitientis animæ desiderio, ex
spiritu Timoris Domini est, quo timet
vel pro peccatis damnari, vel hære-
ditati pij Patris priuari.

Sed cum sint quatuor timores,
vnus seruilis, alter mundanus, terti-
us initialis, quartus filialis, duo ex-
tremi referuntur ad spiritum timo-
ris Domini, quorum vnus quidem
hoc est timor initialis non est sine
charitate, non dico perfecta, sed
inchoatiua. Vnde Iohannes in epi-
stola suâ cum diceret, perfecta chari-
tas foras mittit timorem, ostendit quia
licet mundum perfecta, tamen cha-
ritas est in timore initiali. In altera
verò qui filialis est, solâ constans di-
lectione perfecta charitas est, de
quo dicit Psalmista, timor Domini
sanctus permanens in seculum seculi. Ti-
mor initialis est ille de quo dicitur,
initium sapientie timor Domini, quan-
do homo incipit sapere & gustare
Deum, vbi timor & spiritus se inui-
cem comitantur, sicut legitur, timor
non est sine spe. Et quanto plus bona

voluntas crescit id est charitas tan-
to magis timor penè decrescit, vt ex
isto timore initiali quo timet puniri
quod imperfectum est, quandoq;
proficiat ad timorem filialem, quo
nō timet puniri, sed separari, quod
perfectorum est. Duo vero quos in
præcedenti posuimus timoris, hoc
est seruilis & mundanus non perti-
nent ad spiritum timoris Domini,
quia à casto timore separantur. Ser-
uile quippe est, cessare à malo, pro
pœna ab homine instante, retentâ
tamen voluntate malâ. Mundanus
est cessare à bono propter pœnam
quæ timetur ab homine: Et hos ti-
mores videlicet seruilis & mun-
danū prohibet Christus diēs, no-
lite timere eos qui corpus occidit, animam
verò nō habet quod faciant. Post de ini-
tiali timore supponit dicens, sed po-
tius timete eum, qui potest & corpus &
animam perdere in gehennam; quem
non præciperet nisi in eo charitas,
& si nondum perfecta esset.

Et notandum quod aliquando
in diuinâ scripturâ iste timor appel-
latur seruilis, quia seruile est affi-
nis, quia & ibi timere pœnæ cessa-
tur à malo, & hic. Sed ille timor
facit cessare à malo opere, & non
voluntate; iste & opere & vo-
luntate. In spiritū ergo gemini
timoris Domini, hoc est initialis
siue filialis quæque sancta ani-
ma gemitum pro cantu habet,
quia in præsentis vitæ gaudio lugu-
brem gerit animum, vel quia timet
dānari pro peccato, vel quia timet

Timor ser-
uile quis
sit.

Timor mū-
danus quis
sit.

Matt. 20.

Timor ini-
fialis &
seruile in
quo cōue-
niant & dis-
ferant.

K 4 sepa

separari à Deo. Itaque vt diximus propter septemplex virtutis & innocentiae columbinæ qualitatem sponsa oculos habere columbarū à sponso memoratur, quia hoc exhibet actione, quod spiritus sancti gratiā vtile & honestum iudicans, rectā videt intentione. Verum quia omne bonum si quod habet, non à se, sed à Deo se habere intelligit, omnem collatā sibi pulchritudinis gratiam ipsi Creatori ac Redemptori suo ascribit dicens. *Ecce tu pulcher es &c.*

VERSUS XVI.

Ecce tu pulcher es Dilecte mi & decorus. Lectulus noster floridus.

Sponsus essentialiter & sponsa accidentaliter pulchra dicitur.

TV inquit o dilecte essentialiter pulcher es & decorus, ego quicquid pulchritudinis habeo accidentaliter tui participatione iuxta modum à te mihi impensum gratiæ, ex te habeo; quia tū vt creator capabilis existis per inhabitantem gratiam, ego vt creatura capax existo, ipsi gratiæ prout ipse concessisti participando. Et hoc quidem iuxta diuinitatis tuæ potētiam; porro iuxta humanitatē secundum exteriorem hominem, *speciosus forma patris filijs hominum* fuisti: secundum interiorem verò soli tibi vnigenito *non ad mensuram dat Deus spiritum*, cum tui participes ad mensuram eum accipiāt, alius quidem sic, alius verò sic.

Ps 44.

Ioh. 3.

Omnem autem pulchritudinem & decorem animæ à te qui verè & naturaliter pulcher es & decorus,

habent, quia quicquid mansuetudinis, quicquid pietatis, quicquid iustitiæ, quicquid patientiæ, humilitatis, quicquid postremo vnquam virtutis aut sanctitatis esse potuit aut potest, in te singulariter sancto homine quasi in summo exemplari attendunt & accipiunt.

Præmissa ergo hac dictione, *ecce tu pulcher es & decorus*, ipsius pulchritudinis & decoris aliquas exequitur partes, dum subiungit *lectulus noster floridus, &c.*

Quarum quidem partium prima, id est, *lectulus noster floridus* & ad caput & ad capitis membra referri potest; duæ verò reliquæ ad sola membra de ipso tamen capite participatione pulchritudinis & decoris eius pendentia. Sed primo de prima parte dicendum, quomodo & caput & ad capitis membra appetur: ad caput quidem vel iuxta diuinitatis omnia regentes bene placitum, vel iuxta humanitatis mundum redimendis Sacramentum, ad membra verò iuxta participationē, vt diximus, diuinæ gratiæ mentem cuiusque sancti hominis inhabitantis, & suæ in ea dignationis dona operantis.

Partes pulchritudinis triplices describuntur.

Lectuli nomine requies dupliciter designatur, hoc est vel corporalis vel spiritualis. Quomodo enim post laborē corpus requiē quieuit, ita animus quoq; quibusdam perturbationum laboribus defatigatur requiē appellit: sed hoc loco *lectulo* requies spiritualis intelligi debet.

Lectulus duplicem significat requiem.

debet, quia & ad caput, & ad
picatis membra diximus referen-
dum.

Lectulus si-
ue requies
capitis id est
Dei quæ fit
secundum
diuinitatē.
Iacob. I.

Veruntamen primo videndum
de requie capitis, quæ nullo modo
illius substantiæ necessaria vel com-
moda esse credi debet, qui nullo
subiacet accidenti, & apud quem non
est vlla cōmutatio nec vicissitudinis obū-
bratio, sed requies capitis salus est corpo-
ris. Nam quemadmodum Deus
se laborare dicit, quando malorum
prauitates tolerat, ita & requiesce-
re se dicit, quando bonorum virtu-
tibus delectatur. De labore equi-
dem suo, quo peruersæ adhuc vi-
uentes tolerat, per Prophetam di-
cit, laboraui sustinens: non enim su-
stinendo Dominus laborat, cuius
dignitatis potentiam nulla fatiga-
tio contingit, sed verbis humanita-
tis loquens, ipsam suam circa nos
patientiam laborē vocat. Porro de
requie quā in bonis delectatur dici-
super quē requiescā, nisi super humilē &
quietum, & tremementem sermones meos:
ac si alijs verbis dicat, ille mihi in se
requiem parat, qui in humilitate &
quiete præceptorum meorum re-
gulam seruat. Requies ergo Dei,
nostrum est commodum, sicut è
contrario labor illius nostrum est
damnum.

Lectulus
membrorū,
id est viro-
rum
sanctorum
quis sit.

Ad huius ergo capitis membrum
hoc est aliquem fidelem & sanctum
huiusce lectuli significatio, quam
requiem diximus, aptatur: quia si-
cut per oppositum, reprobis huius
mundi requies & oblectatio, est in

futuro perpes animæ labor & fati-
gatio; ita electis huius mundi labor
& fatigatio, est in futuro æterna a-
nimæ requies & consolatio. Sancti
etenim viri lectulus contemplatiuæ
vitæ est silentium & cultus, qui quā-
tò est à mundo remotior, tantò
Deo est vicinior, & quantò plus la-
borat in diuinorum præceptorum
obseruatione, tantò maiorem ha-
bet requiem in diuinitatis contem-
platione. Cumque Deo coniungi-
tur in amore contemplationis qua-
si in vno lectulo sunt, Deus per gra-
tiam inspirans, moderans & ser-
uans, homo per gratiam inspiran-
tē, moderantem & seruantem, vo-
lens, agens, perficiens; Deus gratiā
participabilis, homo gratiæ partici-
pans.

Dicunt ergo membra capitis hu-
ius, Lectulus noster floridus, quia cum
prædicto modo quasi in vnâ sunt
requie, participabilis & participās,
hoc est, caput & membrum, im-
marcescibilia pullulant virtutū ger-
mina, vt meritò lectulus ille dicatur
floridus, hoc est bonorum operum
vario decore compositus. Loquitur
itaque Sponsa ad Sponsum lectulus
non tuus, sed noster floridus, quia per
honestatem vitæ sanctitate floren-
tis, cogitatione, voluntate, actione
Deo adhærere, est quasi in vno cum
eo thalamo quiescere, alioquin ni-
hil proficit anima sine conquies-
cente gratiā.

Lectulus ca-
pitis & mē-
brorum cur-
dicatur flo-
ridus.

Porro iuxta humanitatis Sacra-
mētū dilecti lectulus, Beata Maria Vir-
ginis

Lectulus di-
lecti est vtr-

L

ginis

rus. B. Virgi-
nis Mariæ.
secundum
D. humani-
tatem.

ginis est vterus, qui mirabiliter flori-
dus est, & virtutibus puritudo,
& singularis puritatis inestimabili
& inenarrabili per Spiritum San-
ctum operatione. Sed *nos*, inquit,
Lectulus, quia tuus quidem est per
Incarnationis electionem, *meus* per
ipsius Incarnationis fidem; *tuus*
propter multiplices in mente Vir-
ginis & Matris inhabitantis pro-
portiones gratiæ tuæ, donationes,
meus propter imitandum pro posse
eius magnificæ sanctitatis exem-
plum, & adorandam sine exemplo
nouiatis nouitatum excellentiam.

Lectulus.
S. onsi item
est sepul-
chri Christi.

Lectulus quoque *dilecti sepulchrum* est,
quo post passionem fuit recondi-
tus, qui ideo floridus quia ex hac
sepulturâ effloruerunt, gloriosæ
resurrectionis insignia. Iste quoque
lectulus non tantum *tuis*, inquit, *sed*
nos, quia tu de hoc *lectulo*, id est
sepulchro surrexisti, & mihi spem
resurgendi dedisti, cuius spei certi-
tudo est mihi quasi *lectulus*, in quo
securus totum per studium mecum
operantis gratiæ tuæ requiesco,
quia non dubito de futura rufurre-
ctionis gaudio, & sempiterno tran-
sitorij laboris præmio.

VERSUS XVII.

*Tigna domorum nostrarum cedri-
na, laquearia nostra cypressina.*

Sequentium verò partium pul-
chritudo & decor, quibus dile-
ctus à dilectâ pulcher & decorus,
prædicatur quæ sunt, *tigna domorum
nostrarum cedrina, laquearia cypressina,*

specialiter ad ipsius spectant mem-
bra, quorum tamen membrorum
virtutes & gratiæ, illius pulchritu-
dini & decori ascribuntur, cuius est
totum, quod bona & honesta di-
cuntur.

Primo tamen inspiciendū, *qua-*
rum domorum sint hæc tigna & laquea-
ria. Secundum vniuersalitem ma-
gna domus dilecti huius, id est Do-
mini nostri Iesu Christi Sancta vni-
uersalis Ecclesia est; secundum par-
ticularitatem verò, domus quoque
eius dicuntur singulæ Ecclesiæ, quæ
infra hanc vniuersitatem continen-
tur. Harum verò domorum tigna
& laquearia sunt Angeli, id est Re-
ctores & Doctores singularum Ec-
clesiarum, qui in singulis sibi com-
missis Ecclesijs suo quique tempo-
re & loco fuerunt pro munimento
& ornamento verbis & exemplis,
qui etiam longè lateque odorem
sanctitatis & doctrinæ suæ spargen-
tes ipsam quoque vniuersalem Ecce-
siam munierunt & ornauerunt, mu-
niant & ornant, munient & orna-
bunt, quorum memoria est in be-
nedictione in sæculum sæculi.

Sed hæc tigna dicuntur esse cedrina, la-
quearia verò cypressina. Cedrus autem
tria habet nature suæ memorabilia,
proceritatem, odorem, impubilitatem;
quæ nimirum rectè sanctis
Doctoribus congruunt, quia diu-
nitatis contemplatione subleuatur,
doctrinæ & bonæ actionis odore
circumquaque sparguntur, nulla
infidelitatis vel prauitatis putredine.

Domus di-
lecti est Ec-
clesia vni-
uersalis &
omnes par-
ticulares.

Tigna & la-
quearia Ec-
clesia cum
particulari-
um sunt Do-
ctores illa-
rum.

Cur hæc tigna
dicuntur
cedrina, &
laquearia
cypressina.

nc-

Cedrus quatuor habet proprietates quas debent habere Doctores Ecclesiarum.

ne corrumpuntur. Est etiam quartum insigne naturæ cedrinæ, quod odore suo dicitur fugare serpentes; hanc nimirum virtutem Doctorum quos designat ostendens, quod doctrinam suam malas cogitationes occultè in cordibus serpentes valent repellere, & eandem suggerentem antiquum serpentem, hoc est Diabolum cum ipsis cogitationibus fugare.

Cypressus duas habet naturas Doctoribus convenientes.

Cypressus quoque in suam naturam duas superscriptas habet gratias, videlicet odoris & incorruptionis; quæ etiam Doctoribus conveniunt propter vitæ & doctrinæ odorem & fidei incorruptionem.

Per tigna intelligunt Prælati, per laquearia subditi.

Possunt tamen non incongruè differenter intelligi tigna & laquearia, ut tigna accipiamus in Ecclesia Prælatos, laqueario verò eorum subiectos; quia tigna supportant laquearia, sicut Prælati subiectos, dum eis prouident necessaria, ut quemadmodum ex tignorum & laqueariorum coniunctione, pulchro domus vestitur decore, sic ex Prælatorum & subiectorum religiosam unanimam, decentem & rationabilem Ecclesiam Dei ordinatur dispositione.

Natura Cedri & Cypressi Prælati & subditi applicatur.

Et bene utraque ut Cedrus & Cypressus odorifera & imputribilia esse describuntur, quia & Prælati bono odore & incorruptione vitæ, doctrinæ, & fidei sublimantur, & subiecti eruditione illorum ad easdem virtutum gratias quotidie prouocantur. Vnde & Cypressus quæ in subiectorum ponitur parte, hoc habet naturale, ut manu artificis

runcinatum decorum præstet aspectum, quia hoc bonorum subiectorum proprium est, ut cum manu sanctæ admonitionis siue increpationis à Prælati suis tacti fuerint, non proteruè resiliant, sed eorum commonitionibus hilari vultu & patienti animo se obedienter subternant.

Ut autem hæc omnia generaliter inspiciamus, in Vniuersali quoque Ecclesia, quæ est Sponsi & Sponsæ quasi quædam respublica, veneratur quotidie & prædicantur ista ornatus Domus Domini insignia, quæ principaliter continet caput, id est Christum in suis gestis & præceptis, & post eum sua membra; in quibus est super omnes eminentis & singularis meriti Beata Virgo Maria, quæ floridi lectuli significatione habetur pulcherrima; deinde Apostoli siue Apostolici viri, eorumque Auditores & sequaces, in ipsa domo Domini quasi tigna & laquearia positi, quorum omnium vitæ, eruditione, institutione, autoritate, venerabiliter confirmatur & ornatur tota hæc respublica Dei, ita ut rectè intuentibus nihil honestius, nihil iocundius, nihil certè dulcius in huius vitæ peregrinatione possit aestimari. Nam hæc est futura felicitatis quasi quædam via & concursio, & illius magnæ & incomparabilis reipublicæ à longè in fide, spe & charitate contemplatio.

Ecclesiæ vniuersalis tigna & laquearia quæ sint

Verum hunc gloriosum & nobiliter institutam Ecclesiæ statum, ad illius

Ioh. 15.

confistere nutum qui dixit, sine me nihil potestis facere, idem ipse Sponsus & rector eiusdem fatetur, veritate veritas confirmans, non quod nostra attestazione indigeat, sed vt nos ad maiorem fidem erudiat, & vt nullum in aliquo bono de sua iustitiâ præsumere doceat.

CAPVT SECVNDVM.

1. **E**go flos campi, & lilium conuallium.
2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.
3. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.
4. Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.
5. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.
6. Leua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me.
7. Adiuro vos filia Ierusalem per capreas ceruosq; camporum, ne suscitatis neq; euigilare faciatis dilectâ quoadusq; ipsa velit.
8. Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus, transliens colles.
9. Similis est dilectus meus caprea hinnuloq; ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.
10. En dilectus meus loquitur mihi, surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea & veni.
11. Iam enim hyems transijt, imber abiit & recessit.

12. Flores apparuerunt in terrâ nostrâ, temporis putationis aduenit; vox turturis audita est in terrâ nostrâ.
13. Ficus protulit grossos suos, vinee florentes dederunt odorem suum. Surge, propera amica mea, speciosa mea & veni.
14. Columba mea in foraminibus petrae, in cauernâ maceria: ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis & facies tua decora.
15. Capite nobis vulpes paruulas quae demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit.
16. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia; donec aspiet dies & inclinentur vmbrae.
17. Reuertere: similis esto dilectum capreae aut hinnulo ceruorum super montes Bethel.

VERSVS I. SECVNDI

CAPITIS.

Ego flos Campi, & lilium conuallium. Ratio I.
RE CTE inquit, ô dilecta sentis, Cur Sponsus
 quæ omnem tuam pulchritudinem mihi ascribis, quia ego reuera
 sum flos campi, hoc est honor & pulchritudo & ornatus totius vniuersalis Ecclesiae per totum mundū seu letissimi campi diffusæ, & diuersâ specie sanctitatis & gratiæ ex meâ germinantis & florētis donatione. Ego quoq; sum lilium conuallium, id est emūdatio, relectio & medicina humilium siue aliquo mœrore & afflictione huius mundi mei nominis causa depressorum.

Lilij quippe natura tria habet in Natura Lilij
 se de- est triplex.

se delectabilia, candorem, odorem, medicinam contra adustionem, nam quicumque in hac conualle lachrymarum spiritu humiliato & corde contrito excessus suos deflēt, infirmos se recognoscentes, & meum semper auxilium implorantes, sine dubio emundationem & candorem animæ consequentur, ac deinde odore bonæ conuersationis me inspirante & adiuuante reficientur, & contra omnia incentiua carnis, & contra adustionem affligentis & quasi incendientis mundi, opposito meæ dilectionis, & spe futuræ consolationis refrigerabuntur.

Rat. II. Alter quoque ô dilecta, ego sum flos campi, ille nimirum de quo Isaias dicit, *egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*: Tu enim supra dixisti lectulum nostrum esse floridum, videlicet Matris meæ, ex quâ incarnari volui vterum, sed ego dico ideo illum esse floridum, quia ego flos eius, de quo flore multi alij procedunt flores, id est, gratiæ spiritualis quos memoratus Propheta enumerat, & *requiescet*, inquit, *super eum*, haud dubio, quin florem, *spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini*. Flos ergo sum Campi, terræ videlicet illius de qua dicitur, *veritas de terra orta est*; quæ ideo campus nuncupatur, quia non scabrosa, neque tortuosa, vicus, sed plana & æqualis vtpote virtute

Cur sponsus se florem campi, & liliū vocet conuallium.

Esa. 2.

Pf. 84. B. Virgo cur Campo comparetur.

altissimi in modum æquoris ab omnium morum inæqualitate complanata, quæ me florē florū id est sanctū sanctorum sine virili semine protulit; quemadmodum campus sine semine diuersorum florum & herbarum germina producit.

Liliū sum etiam Conuallium, id est candor, & odor, & salus humilitatē meę matris imitantū, & nō de merito castitatis gloriantū; nam gloriantes & pro humano tantum favore se continentēs profectum non habent liliū candoris virginici, & interioris munditiæ signum, quin potius nigredine vanæ gloriæ immundi sunt ante conspectum munditiæ meæ, & ideo eorum liliū, nec sum nec dici possum. sed eorum qui me & illam imitantur, ego liliū sum per gratiæ donum, illa liliū est per exemplum, quatenus & ipsi fiant liliū per imitationem. Vnde sequitur *sicut liliū inter spinas*.

De castitatis merito cur gloriandum non sit.

VERSUS II.

Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias.

Sicut ego inquit inter Iudæos, quos expectaui vt facerent vnā, *fecerunt autem spinas*, humilitate, mansuetudine, patientia, & multiplici virtutum gratiā effulsi, cum ipsi veluti spina contra me existentes, multis me verborum & morum aculeis pungerent, ita tu ô Ecclesia mea, sponsa mea, siue quæuis me diligens anima esse debetis inter filias

Esa. 5. Liliū inter spinas fuit Christus inter Iudæos, & est Ecclesia inter filias huius sæculi.

L 3 huius

huius sæculi, id est animas malitiã & infidelitate spinosas, humilitate & patientiã, vt cum me hoc modo fueris imitata, verè mea proberis amica, sitque veræ amicitix probatio, talis mei imitatio.

Lilium inter spinas quoque fuit B. Maria inter filias Synagogæ, & esse debet fidelis anima inter filias malitiæ.

Vel sicut mea secundum carnem Mater Maria, quæ est Lilium cãdore Virginitatis & odore sanctitatis, inter Synagogæ filias, quæ veluti spinæ eam pungebant, imponentes ei maculam infamiæ, quia non credebant Dei virtuti & potentiæ, cum humilitate & patientiã incedebat, quia Dei dispensationem per spiritum agnoscebat, & in se impleri sentiebat, quæ olim per Prophetam & post per Angelum audierat. Ita quoque eius exemplo quæcunque anima mihi amica est per fidem & dilectionem, debet inter filias quas malitiæ & impietatis corruptio genuit, humilitatem, patientiã, & honestatem seruare, & ab his propter spem futuræ remunerationis nunquam deficere.

Siue dicamus simpliciter animã, quæ se Dei amicitia vult exhibere dignam, inter prauos homines, sicut lilium inter spinas debere semper consistere, vt sicut lilium inter spinas positum, candoris & odoris sui non perdit dignitatem, sic illa inter prauos mores, fidei & patientiæ, vel alicuius concessæ sibi sanctitatis, non perdat integritatem, sed magis tolerando discat,

quia quo plus eorum peruerfitate affligitur, tanto ei maiorum virtutum merita cumulantur: nam vt dicit B. Gregorius, *quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam testis est, quia bonus non est.* Hinc B. Iob. de Iob. 30. *semetipso loquitur dicens, frater sui diaconum & socius strutionum; & Dominus ad Ezechielem, fili hominis increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas; Petrus quoque Loth vitam approbat dicens; & iustum Loth oppressum a nefandorum iniusta ac luxuriosâ conuersatione eripuit, aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant.* Hinc Iohannes Pergami Ecclesiæ scribit dicens, *scio vbi habitas, vbi sedes est, sathana, & habes nomen meum, & non negasti fidem meam: Paulus quoque discipulos laudat & roborat dicens, in medio nationis prauæ & peruersæ inter quos lucetis quasi luminaria in mundo verbum vitæ continentis.*

Istis autoritatibus satis constat, quantæ sit virtutis prauos hominum mores tolerare, quando ex maiori reproborum malitia maiora electis crescunt meritorum lucra; quia scriptum est, *quandò plus Pharao populum Dei premebat, tantò plus multiplicabatur.*

Quæ autem sint filix, inter quas Ecclesia siue sancta anima sicut lilium inter spinas commorari dicitur, ex ipsâ cõparatione colligitur, quia quæ spinis comparantur, constat

Filix quæ sint inter quas Ecclesia siue sancta anima tanquam inter spinas dicitur commorari.

stat quod in aduersam partem recipiantur, quæ ideo filia nuncupantur, quia ex semine nequam peruersæ doctrinæ, siue ex malâ animi conceptione generantur, at Ecclesia siue quæuis fidelis anima, quæ Christi per fidem & operationem est Sponsa, vt lilium inter spinas esse possit, se regenti & protegenti, gratiosa laude per aliam comparationem occurrit dicens, *Sicut malus inter ligna syluarum. &c.*

V E R S V S I I I.

Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Malus arbor fructifera tria habet in se vtilia, quæ applicantur Christo.

Dilectus, inquit, meus comparauit me lilium inter spinas, virtutem suam seruanti, quod quamuis mihi suo munere concefferit, tamen vt hoc fierem proprio me exemplo docuit. Quia sicut malus arbor fructifera tria in se habens vtilia quibus reficit, hoc est fructum odorem, & umbram; inter ligna syluarum quoque, quæ vtiq; infructuosa sunt, incomparabilis habetur, ita dilectus meus fructu & odore sanctitatis, & iustitiæ & doctrinæ, atque umbrâ protectionis suæ, quibus in se credentes reficit, docet, & defendit, inter filios, id est, Iudæos extitit, qui primo quidem filij fuerunt, & nunc esse volunt, sed non sunt, quia de eis Deus dixit, *filij*

Iudæi primo fuerunt filij, post facte sunt ligna infructuosa.

os enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me; & alibi, filij alieni nutriti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis: qui iactant se filios esse Abrahæ, sed non sunt, quia opera Abrahæ non habent, & ideo sunt ligna infructuosa, & inutilia, atque ob hoc succidenda & in ignem mittenda. Nam inter talia ligna tertio incendio capta in arbore crucis pependit, de quâ dulcissimum sui corporis & sanguinis fructum mihi profudit, quo sibi credentes quotidie reficit: ipsi autem quasi ligna syluestria, non solum nullam boni operis protulerunt fructum, sed etiam amarissimum suæ malitiæ & impietatis profuderunt succum, clamantes crucifige crucifige, & sanguis eius super nos & super filios nostros.

Esa. 1.

Pf. 7.

Ioh. 8.

Malos inter ligna Syluarum fuit Christus in cruce.

Ioh. 19.

Matth. 17.

Sub huius ergo arboris umbrâ, hoc est noui testamēti refrigerio & defensione consolatoria, quam desiderabam multo iam tempore, in antiquis patribus magno desiderio tempora lenientis & refrigerantis gratiæ suspirantibus, iam tandem post Christi aduentum, passionem, resurrectionem, & ascensionem sedi fide inconcussa & stabili. Lex enim æstu quodam inclementiæ & inuitabilis pœnæ, quando dicebat, si quis hæc vel illa fecerit, morte moriatur, me diu affecerat; gratia vero talem æstum umbrâ misericordiæ & remedio pœnitentiæ mouit, sub quâ umbrâ desiderabili non ambulauit, non steterit, sed poti⁹ sedi & requieui, quia hoc

Nouum testamentum umbrâ, verus æstu comparatur. Exod. 19. 21. &c.

Cur sponsa dicatur sub umbrâ desiderabili sedisse, non steterisse aut ambulasse.

hoc pietatis decretū, ipsius Domini mei autoritate confirmatum immutabiliter tenendum suscepi.

Hæc nimirum arbor lignum est vitæ, cuius umbra est protectio diuina, quâ fundant rami illius, rami honoris & gratiæ, qui videlicet sunt diuersarum oppositiones virtutū, contra mundanarum feruores tentationum; utpote contra superbiam necessaria est humilitatis oppositio, contra iram patientiæ, contra luxuriam castitatis & continentiam, contra contumaciam obedientiæ, contra auaritiā largitatis & misericordiæ, contra lites & contentiones pacis & concordiam, contra inuidiam & odium dilectionis; utque breuiter comprehendamus, contra omnes certè mundi huius oblectationes & tentationes opponenda est recordatio futuræ miseriam malorum, & gloriæ iustorum.

Oppositio
virtutum
contra vitia.

Umbra noui
testamenti
ad quid
salubris.

Talium nempe umbrarum effusiones, protegunt animam ab æstu carnalium suggestionum & delectationum, sub quibus quia desiderabam sedi, hoc est requieui, quoniam quidem gratum & salubre in eis protegentis gratiæ refrigerium inueni.

Et fructus eius, haud dubium quoniam illius mali, id est Christi, sponsi, & Domini mei, *dulcis gutturi meo*, quia utilitas & suauitas præceptorū eius, dulcis & placens est palato cordis mei, & capacitati mentis meæ. Siue fructus huius mali pendentis in arbore crucis dulcis est gutturi suo.

Quomodo
intelligen-
dum quod
sponsa
dicat fructū
mali inter
ligna silua-
rum esse
dulcem gut-
turi suo.

meo, quia corporis & sanguinis Christi perceptio, dulcedinem & sanitatem infundit pectori meo, & ipsa planè est perfecta corporis & animæ meæ resectio.

Aliter quoque filij inter quos dicitur sponsus commorari, sicut malus inter ligna siluarum accipiuntur electi qui filij Dei nuncupatiuè dicuntur propter obseruantiam mandatorum eius, pro quibus æternæ vitæ hæreditatem ab ipso patre suo cælesti consequentur, inter quos Christus velut malus inter ligna siluarum moratur, quia sicut malus omnia ligna siluarum pulchritudine & fructuum odore & suauitate præcellit, ita Christus omnes sanctos virtutum decore, & doctrinæ dulcedine antecedit, sicut de ipso scriptum est, *speciosus formâ præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.*

Alia Para-
graphi tertij
Capituli
huius secun-
di explica-
tio, qui in-
telligantur
per filios
inter quos
dicitur
sponsus
commorari,
sicut malus
inter ligna
siluarum.

Pf. 44.

Sub cuius umbra sedet Ecclesia, quia siue sacramentorum, siue mandatorum, siue donorum, illius rami per totam mundi latitudinem diffusis, mirabiliter protegitur & consolatur ab omni æstu tristitiæ & perturbationis, secunda & immobilis permanens, per spem futuræ retributionis. Cuius fructus dulcis est gutturi eius, quia omnia eloquiorū eius mistica, sacramentorumque venerabilia instituta, quæ ex occultâ diuinitatis suæ protulit sapientiâ, dulcia & grata sunt menti ea deuotè complectenti & veneranti,

Connexio
paraphrasi
huius cum
priori.

ranti, propter eam quæ inde ei confertur salutem, sine fine vegetantem & reficientem.

Quem verò effectum huius fructus dulcedo & suauitas habeat, quid sublimius & perfectius pariat subdendo manifestat.

VERSUS IV.

Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

Effectus Introductionis huius processit ex causa benè placētis & ideo magno mentis studio suscepti fructus, quia quo plus Dei præcepta appetuntur, tanto amplius ad maiora semper appetenda, amore diuino intromittuntur. Fructū quidem illum qui profluxit, & adhuc profuit de illâ gloriosâ & excellentissimâ arbore Domino Iesu Christo non omnes æqualiter accipiunt: quia alius istum, alius illum, iuxta quod sapit & diligit accipit.

Isti enim magis sapit & placet virtus patientiæ, illi obedientiæ; isti humilitatis, illi continentiæ; istum magis oblectat sedulitas orationis, illum lectionis ieiuniorū; & in toto virtutum gratiarum diuino munere comparant species.

Est autem quoddam quasi singulare & quasi seorsum in quodâ secreto consistens repositoriū, quod cella nuncupatur, præ sui quadâ angustia, eo quod paucos in suos admittat recessus, vbi est illius fructus dulcedo & suauitas recondita, quæ *latificat cor hominis*, & omnē vitiorū excoquit humorem, Euangelicum

videlicet præceptū de charitatis vtilitate. Quod vini nomine rectè appellatur, quia sicut vinum se purgando, omnem à se reijcit pestiferum, & suo naturali colore omnem noxium excoquit humorē, ita charitatis præceptum, omnem à corde vitiorum fugat pestem, & omnes animi expellit passiones, quia nemo potest & charitatem habere, & malus esse, atque ideo huius plena intelligentia merito nuncupatur cella vinaria.

Illi ergo qui sub illius salutiferæ arboris ramis delectantur requiescere & dulcissimum sanctitatis fructū sine fastidio colligere, ad hanc quandoq; perfectionem peruenient, vt sine obstaculo cellam vinariam intrent, quia non est eis hæc via angusta, quibus occlusa funditus est mundanæ voluptatis via, lata & spatiosa. Angusta enim est huius præcepti via, quia difficilis videtur multis & laboriosa cum dicitur, *diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.*

Sed quia à multis Sanctis legimus obseruatum, non est difficile hoc præceptum nisi his, qui nondū perfectè gustauerunt dulcedinem fructuum, id est, mandatorum diuinorum. Hæc est ergo cella vinaria perfectis, & angustam viam liberè intransibus, suauiter sapiens, & ob hoc perceptibilis diuini præcepti intelligentia de charitatis excellentia.

Verum quia ipsa charitas in diuersa respicit, necessarius est in eâ

M ordo

Præceptum
Euangelicū
de charitate
vino cō-
paratur &
quare.

Angusta via
quæ sit.

Matth. 5.

Fructus spiritalis in-
æqualiter à
nobis parti-
cipantur.

Cella quid
sit; & quid
per eam
significetur.

103.

Ordo in cha-
ritate tri-
plex est.

ordo attendendus, vt scire possit
quo loco sit ponendus, quiuis affe-
ctus, & quis prior, quis posterior
accipiendus. Vnde cum præmisisset
*introduxit me Rex in Cellam vinar-
riam, subdit, & ordinavit in me chari-
tatem.* Iste enim est ordo sanctæ di-
lectionis, vt primo Deum, deinde
proximum, postremo & ipsum ini-
micum diligamus. Necessarius
nempe est ordo iste, quia impossi-
bile est vt quis diligat proximū, vel
quod difficilius est inimicum, nisi
diligat Deum, dum istorum dile-
ctionis causa sit dilectio Dei, fiatq;
hoc modo possibile quod fuit impossi-
bile. Quod enim necesse est
esse, impossibile est nō esse, & quod
necesse est non esse impossibile est
esse. Est autē necesse esse amorē Dei
vbi est amor proximi, quia nemo
diligat proximū propter Deum, nisi
diligat Deū: necesse est autē nō esse
amorē Dei, vbi non est amor proximi,
iuxta Iohannis vocē, quia *qui nō
diligat fratrem suum quem vidit, Deum
quem non videt, quomodo potest diligere.*
Non verò semper necesse est nō esse
amorem Dei, vbi non est amor ini-
mici, quia potest contingere vt dili-
gens Deum, non habeat inimicum
quem diligat propter Deum: si au-
tem habet, tum necesse est non esse
amorem Dei, vbi non est amor ini-
mici, quia probat se non diligere
Deum, qui non vult diligere ini-
micum propter Deum.

Ad dilectio-
nem proxi-
mi necesse

Videtur ergo ordo iste, vt dictū
est, esse necessarius, quando decer-

nitur impossibilem esse dilectionē
proximi, nisi præcedat dilectio Dei,
secundum illum tamen amorē qui
est secundū Deum, non qui secundū
sæculū. Amor quippe sæculi est
absq̄ue amorē Dei, quia ille secundum
carnem, iste secundū spiritum.

Est autem duplex modus dile-
ctionis secundum carnem, vnus qui
omnino contra Deum est, sicut est
malorum pro iniquitatis commu-
nitione inuicem se diligentium, alter
verò qui non est contra Deum sicut
est parentum, cognatorum, & ami-
corū, cui tamen amor præponen-
dus est semper amor Dei & propter
Deum amor cuiusq̄ue proximi. Sed
primus modus secundum carnem
omnino à præsentī alienus est, loco,
quia inordinatus est totus Deoq̄ue
contrarius. Alter verò qui non est
contra Deum, à præsentī non ab-
horret loco, si tamen sit ordinatus,
quia si plus in eo diligitur homo
quam Deus tunc est inordinatus.

Potest autem non absurdè acci-
pi, vt dicamus geminum esse ordi-
nem charitas, vnum in Deo, alterū
in proximo: scriptum est enim, De-
us charitas est: in hac autem chari-
tate quæ Deus est, ordinem debet
discere, scire, & intelligere Ecclesia,
siue quælibet sancta anima vt pri-
mo loco dicat Patrem quasi vocē,
secundum filium quasi ex voce
verbum, tertio Spiritum Sanctum
quasi ex voce & verbo procedentē
rationē. Non autem eo sensu dicat,
quasi aliquis sit gradus in Trinitate,
quod

rio præce-
dere debet
dilectio Dei

Dilectio se-
cundū carnē
duplex est.

1. Ioh. 4.

In sancta Trī-
nitate gra-
du s non est

quod impium est dicere, sed vt charitatem illam, id est Deum, quę debet diligere ex toto corde, totā animā, totā virtute, vnum idemque in substantiā, distinguat in personis isto ordine vocabulorum.

Dilectio Dei quo ordine distinguitur.

Ipsa verò dilectio hoc ordine distinguitur, vt primo toto corde, deinde totā animā, postremò totā virtute Deus diligatur, toto corde diligatur credendo, totā animā confitendo, totā virtute operando.

In proximi verò dilectione per singula præcepta legalia, quę sequuntur, charitas ordinatur: nam nō aduideri, non homicidium facere, non falsum testimonium dicere, honorare Patrem & Matrem, &c. per ordinem Decalogi, ordinata suo quęq; loco charitas est. Quo

Ordo dilectionis proximi.

modo etiam vel quo affectu, diuersæ in Ecclesiā personæ diligere debent, charitas ordinatur, quia alio ordine diligere debet fidelis amicus, alio ordine charissimus filius, alio ordine parentes, alio ordine frater germanus, alio ordine coniunx, alio ordine à Domino seruus, alio ordine à seruo Dominus, alio peregrinus, alio agnitus, alio Sacerdos, alio propinquus & proximus. Nam largiri necessaria egentibus, visitare infirmos, vel carceri mancipatis, consolari indigentes, & iniusto iudicio oppressus, sepelire mortuos, corrigere prauè agentes, adiuuare in aliquo labore fratres, erudire minus scientes, vel si qua alia vtilitati proximorum sunt necessaria impē-

Officia charitatis.

dere, omnia profecto sunt ordinabilia sanctæ charitatis officia.

Meritò ergo mens sancta à Rege Sponsoque suo in cellam introducitur vinariam, hoc est diuinorum præceptorum intelligentiam, quando dulcedine gratiæ ipsius debriata intelligit tam multipliciter ordinatam impendendæ charitatis diligentiam. Vnde cum tantā huius vini inebriantis fortitudine affecta est, vt ab omni mundanā delectatione quasi insensibilis remaneat, & pro immenso taliter ordinatæ charitatis desiderio, non tantum obstupescat, sed etiā languescat, quoddā sibi solatiū huius languoris efflagitans subsequitur dicens. *fulcite me floribus.*

VERSVS V.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo.

QUID sunt flores, nisi animæ boni operis primordia proferentes, & cœlesti desiderio redolere incipientes? quid verò sunt mala nisi animæ de inijs bonorum operum diuinæ gratiæ nutrimento perfectionem iam tenentes, quasi de floribus ad fructum proficientes? Quæ ergo amore diuino languet, quærunt fulciri floribus, stipari malis, quia cum nondum eum quę tam ordinatè toto corde, totā anima: totā virtute, hoc est fide, cōfessione, operatione diligit, videre sicuti est nō præualet, magna ei tamē consolatio est, quod proximorum nunc inchoantium, nunc perfectorum pijs prouectibus lætatur.

Quid per flores & mala intelligatur, quibus sponsa petit fulciri pro solatio contra languorem ex immensa charitate prouenientem.

M 2

Habet

Maiores &
minores ha-
bet Ecclesia.

Habet enim sancta Ecclesia quosdam in se minores quos erudiat verbo & exemplo, ut sint quasi flores primitias sanctitatis arripientes: habet etiam quosdam maiores à quibus erudiat, & quorum doctrinis & exemplis quotidie edificetur, qui sunt quasi mala maturitate iam & perfectione bonorum operum complacentes. Tales ergo scilicet & minores & maiores huiusmodi studio pietatis succrescentes valde sanctam Ecclesiam consolantur, quæ certè cum magnâ lætitiâ cordis videt, hoc suos filios paruos & magnos, rudes & perfectos diligere quod ipsa vehementer diligit, & hæc magna est languoris sui consolatio, in huius peregrinationis exilio, ad hoc eos secum ex desiderio tendere, ad quod se credit quandoque ex præmio peruenire.

Hoc etiam modo quilibet sanctus, qui amore Dei languet potest dicere, *fulcite me floribus, stipate me malis*, quando magnū huiusmodi languoris æstimat remedium, quod videt in bono opere suorum, quos in Deo diligit, profectum proximorum, horum quidem ad pia studia pullulantium, illorum verò in ipsis studijs fructificantium. Nonne ille qui tali amore languebat ut diceret, *cupio dissolui & esse cum Christo*, proximorum tamen utilitatem desiderabat dicens, *manere autem in carne necessarium propter vos*? Quorū profectum videre pro magnâ interim reputat consolatione, quando Dei

Philip. I.

faciem quem tantopere desiderat videre, perfectè præualet comprehendere, licet valde cupiat dissolui & cum Christo esse nūquid iste qui diuino amoræ languebat, hoc quod amabat, quandoque consequi non posse timebat? minime; sed hoc dispensatione Dei fiebat, ut huius præmij dilatio maior virtutum fieret exercitatio, amplior quoque pro eorū quos diligebat utilitate, laboris remuneratio. Nam qui dissolui cupiebat, utique de præmio certus erat, sicut ipse alibi dicit, *scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis.*

2. Cor. 5.

Quocirca dilationis huius pœnam leuius ferebat, quia eos quos diligebat ad idem præmium percipiendum secum tendere gaudebat.

Vnde quibusdam suis discipulis consolatoria mittit verba dicens, *gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratiâ Dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientiâ, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita ut nihil desit vobis in ullâ gratiâ, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi.* Ecce qui dissolui & cum Christo esse cupiebat, quantum gaudebat, & gratias agebat, quod quia hoc nondum consequi poterat, filiorum tamen quos in Christo genuerat profectibus valde huius dilationis incommodum releuabat.

1. Cor. I.

Alio

Ecclesia per fidem filiorum uiuatur. per floribus, per operationem uero stipatur malis.

Alio quoque modo utilitatem & profectum, filiorum Ecclesia desiderat per fidem & operationem, ut tunc dicatur *fulciri floribus*, quando ornatur credentium fide, quae est religionis exordium, & quasi primo exurgens flos sanctitatis. Sed quia *fides sine operibus mortua est*, *stipari dicitur malis*, quando ipsorum credentium multipliciter fructificantium pijs gaudet operibus quasi maturis iam fructibus.

Hebr. II.

Iacobi. 2.

Cumque haec duo ita sibi iungantur, ut altera sine altera utilis esse non possit, scriptum est enim, quia sine fide impossibile est quatenus Deo placere, *fides autem si non habeat opera, mortua est in semetipsa*, magna certe consolatio languentis in amore Dei animae, quando uidet proximos, proficere fide & operatione.

Verum quoniam haec sponsa Christi, quae amore illo tam magnifice, ut diximus, ordinato debilis & languida efficitur, non solum profectu & utilitate proximorum consolatur, uerum etiam re praesentium bonorum & spe futurorum subleuatur, subiungit dicens, *laeva eius sub capite meo*.

VERSUS VI.

Laeva eius sub Capite meo, & dextera eius amplexabitur me.

Per laeuam bona temporalia, per dexteram bona aeternalia significantur.

LAeva Christi, id est sinistra, sunt bona temporalia, dextera uero eius bona aeternalia, quaedam autem bona temporalia in hoc mundo pro expectatione futurorum bo-

norum Deus suis concedit electis, ut dum eius praesentia munera suscipiunt, ardentius & securius ad aeterna appetenda praeparantur.

Sed *laeva Christi sub capite eius est*, quia haec ipsa temporalia bona summi amoris intentione premit, ut haec quasi inferiora aspiciat, & aeterna bona semper superiora attendat. Sub capite enim, id est, sub mente, non supra debent omnia haec temporalia esse, uidelicet ut nunquam ista amoris diuino praeponat, sed ita eis utatur, ut non ad uoluptatem, sed ad necessitatem potius rationabili mentis aequitate moderetur, & ea magis semper quae supra mentem esse debent, amando & suspirando miretur. *Haec est enim dextera eius quae eum amplexetur*, uidelicet bona illa perennia, quae eum adepta fuerit, securam beatitudine & beatam securitate requiescere possit.

Laeva sponsae cur dicatur esse sub capite sponsae.

Cur dextera sponsae dicatur sponfam amplexari.

Dicit ergo, *laeva eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, quia omnia quae in creaturis ad meam ordinauit utilitatem, habebam in cogitatione pro gratiarum actione, ea uero propter quae haec mihi ad tempus praestita sunt, totam mentis deuotione, ut pote aeternaliter mecum mansura, diligere & optare studebo.

Sive laeva eius sub capite meo, quia quod natus & passus est, quod resurrexit & in caelum ascendit, in memoria mea erunt, & *dextera illius amplexabitur me*, quia istorum memoria ad futurae resurrectionis &

Per laeuam passio Christi, per dexteram resurrectio naturalis figuratur.

gloriæ insignia me animabit diligēda & appetenda.

Siue sinistra Dei est eius in hoc sæculo, parua quædam cognitio, dextera verò illius, post hanc vitam plenaria & vera ipsius cognitio; sed sinistra sub capite nostro est, dextera verò illius amplexabitur nos, quia videmus

1. Cor. 13.

Per læuam cognitio Dei imperfecta in hac vita per dexteram perfecta in altera vita intelligitur.

1. Cor. 2.

Esā. 64.

nunc quidem per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Sinistra enim sub capite est, quia conceditur nobis in hac vitâ aliquid de Deo cogitare & mente videre, dextera verò illius amplexabitur nos, quia in futurâ vitâ, tantâ nos sui complebit & circumdabit visione, ut quale hoc sit, nec oculus videre, nec auris audire, nec in cor hominis possit ascendere.

Hæc ergo in sponsâ ordinantis gratiæ dignatione charitas ordinata capiti læuâ supponit, & dexterâ suâ eam amplexatur, ut omnibus temporalibus donis secundo loco positis, principaliter in æternæ vitæ desiderio requiescat, sitque hoc modo præsentiam concessio, etiam futurorum certitudo, mentis in amore Dei debilis & languidæ consolatior.

Et vos dilectæ Christo sorores, quæ mundum contemnendo amore Dei languetis, tale signum huiusmodi dilectionis dare debetis, ut fulcitæ sitis floribus credendo, stipatæ malis operando. Læua Christi sit sub capite vestro, & dextera illius amplexetur vos, ut temporalia bona à Deo vobis aliquo modo concessa, quasi inferiora, æterna verò quasi superiora sæper attendatis. *Longitudo quippe dierum in dextera eius, in sinistra eius diuitiæ & gloria, quia in hac præsentī vitâ nonnunquam concedit electis suis diuitias bonitatis suæ prægustare, in futurâ verò vitâ æternaliter sine fine possidere. Delectationes in dextera eius sunt usque in finem, quas profectò adipisci potestis, si in eius amore ita languetis, ut in eo firmæ ac stabilis usque in finem perseueretis. Dextera nempe eius amplexabitur vos, quia non ex parte ut nunc, sed integram & perfectâ sui dabit cognitionem, & pro breui & transitorio labore, concedet vobis requiem & vitam & longitudinem dierum in sæculum sæculi. Amen.*

Parænesis ad Virgines sacras dum conclusionē libri primi operis huius.

Prou. 3.

Ps. 15.

D. VVOLBERONIS
ABBATIS SVPER CANTICVM

CANTICORVM SALOMONIS.

PROOEMIUM.

Pf. 136.
Expositio
prima quid
sit cantare
Canticum
Domini in
terra aliena
& quomodo
possibile.

Quomodo inquit Psalmista can-
tabimus canticum Domini in ter-
ra aliena? Quid vero est Canticum
Domini? Primo vt simpliciter dica-
mus, Canticum Domini est, quicquid
secundum Ecclesiasticæ doctrinæ
vel sanctionis modū concordī mo-
dulatione sensuum & verborum
componimus, scribimus & dici-
mus. Canticum Domini est tota vete-
ris & noui testamenti pagina, quam
benè decantamus quando hanc re-
ctā & plenā fide annuntiamus, nūc
rerum gestarum seriem, nunc ipsa-
rum rerum significationem in Do-
mini exponentes laudem. Sed hu-
iusmodi Canticum potest quilibet
cantare per modum scientiæ non
tantū in sua sed etiā in aliena terra;
quia non aufert locus corporalis
potestatem cantandi, licet auferat
voluntatem & voluptatem, propter
aliquam tristitiæ passionem: sicut
illi populo in captiuitatis mœre
constituto, quibus cum diceretur,
hymnum cātate nobis de canticis Syon,
responderunt, Quomodo cantabimus
canticum Domini in terra aliena? Siqui-
dem vt in figura accipiamus, illorum
non posse cantare canticum Domini in
terra aliena, fuit nos non posse Do-

minum perfectè laudare in loco
peregrinationis nostræ, quæ est no-
bis quasi terra aliena: quia non habe-
mus hic manentem ciuitatem, sed futu-
rā inquirimus, quæ est patria nostra
& terra æternæ hæreditatis nostræ.
Nam Dei opera narrare, mandata
eius edicere, scribere & exponere,
est, vt diximus, quoddam canticum
Domini cātare; hoc etiā possibile in
isto loco peregrinationis nostræ,
dum dicat psalmista, cantabiles mihi
erant iustificationes tue in loco peregrina-
tionis meæ.

Verum vt altius aliquid confide-
remus est & aliud Canticum Domini,
quod non est possibile in terra a-
liena cantare. Quodnam vero est il-
lud? Nimirum quod modulatur
Spiritus sanctus sua septiformi gra-
tia, quasi per septem vocum discrimina;
quia aliter resonat vox illa in-
terioris hominis per spiritum sapien-
tiæ, aliter per spiritum intellectus, aliter
per spiritum consilij, atq; aliter per spi-
ritum fortitudinis; alio vero modo per spi-
ritū scientiæ, & alio per spiritū pietatis, a-
lio quoq; per spiritum timoris Domini.

His enī gratiarū distributionibus,
quasi quibusdam diuersis vocibus
constituitur tota modulatio Cāticī
Domini

Hebr. 13.

Pf. 118.

Expositio
secunda
quid sit can-
tare Canti-
cum Domini
in terra
aliena, &
quomodo
impossibile.

Esa. 2.

Modulatio
interioris
hominis per
septiformē
Spiritus S.
gratiam
quasi per
septem dif-
ferentia vo-
cum consti-
tuitur.

Domini, Cantici illius dulcissimi, quod canit virtutum fidibus vita honesta, sancta, Deo placens & perfecta.

Nulla quippe ibi est dissonantia inter carnem & spiritum, quia tam concorditer succinit caro spiritui ut perfectam construant harmoniam spiritualis cantici, quod est in loco peregrinationis nostrae optimum genus cantici diuini. Sed istud *Canticum* non potest cantari in terra aliena, hoc est in corpore subdito peccatis, quod tunc est *terra aliena*, quando peccando existens in potestate diaboli indignum est habitatione Christi; siue a nobis tunc alienatur, quando spiritui & mentis rationi male agens reluctatur.

Aliena est terra homo terrena semper diligendo, & ob hoc alienus a Deo, atque ideo impotens cantare canticum Domini, quia animalis homo non percipit quae sunt spiritus Dei.

Sed quorum ista? Ad hoc plane ut ostendam vobis sanctissimae sorores supra vires meas esse hoc quod mihi iniunxistis officium, quia dum nihil aut parum aptus sum cantare *Canticum Domini*, longe minus aptus ero cantare *Canticum Domini Canticorum*. Huiusmodi enim materia debet esse Oratorum eloquenter & sapienter declamantium, quorum est officium dicere apposite ad persuadendum, finis vero persuadere dictione. Sed cum in me sint neque sapientia neque eloquentia, cui deest officium apposite dicendi, minus profecto adest fi-

nis dictione persuadendi. Tunc enim vobis vtiliter scriberem si ea quae dico vel dicturus sum, ita apposite dicerem, ut vobis ad vitae honestatem & animae vtilitatem persuadere possem. Nam *terra mea aliena est*, repugnans spiritui seruiens Domino peccati, atque ideo non sum idoneus in ea cantare *Canticum Domini*, quanto minus *Cantica Canticorum*. Sed ut quidam dicit, *liceat sperare timenti*, ut qui praeparuitate sensus mei tam sublimem materiam timeo prosequi, sperem tamen per orationes vestras ad ea quae coepi exequenda pro diuinitatis respectu adiuuari.

VERSUS VII.

Adiuuro vos filiae Ierusalem, per capreas ceruosque camporum ne suscitatis neque euigilare faciat dilectam, quoad usque ipsa velit.

Igitur dilectus dilectae delectatus dormitione, cuius capiti id est menti sinistram suam, hoc est temporalem vtilitatem subposuerat, dextra vero sua hoc est aeternae vitae dilectione amplexatus fuerat, taliter filias Ierusalem, hoc est animas fideles alloquitur dicens: *Adiuuro vos filiae Ierusalem per capreas ceruosque camporum ne suscitatis, neque euigilare faciat dilectam quoad usque ipsa velit.*

Quae est ista tam suavis tamen salubris dormitio, ut propter eam talis fiat dilecti *adiuratio*? Nonne illo est in qua dulci & optabili quiete dilecta requiesces supra dixerat, *leua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me*

Omnia

Quid sit terra aliena

2. do.

Officium Oratorum dicere apposite ad persuadendum, finis vero persuadere dictione.

Omnia enim tēporalia postposue-
rat, æternalia verò & indeficientia
bona illo contemplatorio concu-
piscibilis animæ oculo intendebat,
& in hac desiderabili mentis visione
delectabiliter quasi dormiebat.
Nō enim potest leuiter huiusmodi
prouenire dormitio in mente iam
omnibus curis exoccupata, & ma-
gna sibi quiete in amore Dei con-
strata. Vnde per Psalmistam mo-
nens Dominus, *vacate*, inquit, & *vi-
dete quoniam ego sum Dominus*. Duæ
istæ dictiones in hoc proposito sūt
inseparabiles, quia nequaquam po-
terit quispiam intimæ contempla-
tionis oculo Deitatis essentiam vi-
dere, nisi prius studuerit ab omni
exteriori impedimento vacare:
Præmisso ergo *vacate* subdidit *vide-
te*, quatenus insinuet prius vacan-
dum in mente, ab omni mundana-
rum rerum cogitatione vt inde fiat
possibile, quasi clauso in terrenis o-
culo, perspicaciori & subtiliori vi-
sione in diuinitatis amore dor-
mire,

Psal. 45.
Insepara-
bilis duæ
dictiones
vacate &
videte in
proposito
intimæ
dormitio-
nis.

Non æ-
qualiter
adueniens
& manens
huius dor-
mitionis
gratia.

Sed cum non sit æqualiter adue-
niens & manens huius dormitio-
nis gratia, quando constat alium
maiori, alium minori contempla-
tionis virtute subleuari; (plus enim
Maria Petro vel Iohanne, isti au-
tem plus alio quolibet sancto in di-
uina profecerunt visione) certum
est, diuerso sanctos quosque modo
dormitionis huius habere sanctita-
tem, multiplicem propter quietis
disparitatem, vt suo quisque loco

iuxta collatam sibi quietis gratiam,
specialem in contemplatiua vita
habeat dormitionem. Vnde Pro-
pheta in persona vniuscuiusq; fide-
lis hoc modo dormientis dicit:
quiescam & considerabo in loco meo:
acti patenter dicat. Quia iste est
ordo dormitionis vt non liceat
prius dormire quàm quietem ha-
bere; quiescam, hoc est, omnis à me
terrenæ sollicitudinis causas aufe-
ram, & tunc demum mente ab his
dormiendo diuinæ contemplatio-
ni adhærebo in loco collatæ mihi
specialiter gratiæ. Hoc ergo quo-
cunque modo vel loco dormiente
dilecta, adiurantur à dilecto filiæ
Ierusalem, *ne suscitent eam neq; euigi-
lare faciant, quo ad ipsa velit*.

Ordo dor-
mitionis.

Quæ verò sunt filiæ Ierusalem nisi
animæ ad supernæ pacis visionem
tendentes, sed adhuc præpudiente
mentis infirmitate minus perueni-
re valentes?

Quæ filiæ
Ierusalem.

Quid aut̄ dilecti est adiurare, nisi
præceptorum suorum decretali cō-
scripto obligare? Porro ipsa præce-
pta quæ sunt, nisi veluti capreæ cer-
uiq; caporū ad cœlestia subleuātes,
alacresq; & fortes in bono opere fa-
cientes, doctrinæ sanctarum scri-
pturarum.

Quid per
adiurare
dilecti si-
gnificetur.

Siue per *capreas & ceruos* intelli-
gere possumus Patres veteri: & no-
ui testamenti quorum ingenia, vir-
tutes & studia naturali gestione de-
notantur. Quatuor enim naturæ
notabilia dicitur habere *Caprea*;
quod cum vulnerata fuerit gustato

Quid per
capreas
ceruosque
Caporū.
Quatuor
notabilia
in natura
Capra.

N

diptam-

diptamno sanatur, quod herbas salubres visus acumine discernit, quod ruminat, quod in montuosis pascitur & semper altiora petit. Et hæc est vita & doctrina Sanctorum, excessus suos humili Confessione sanare, sententias meliores sanctarum scripturarum sensus sui acumine discernere, diuinorum mandatorum cibaria legendo sumere, & tenaci memoriæ commendando resumere, de virtutibus ad virtutes profectu quotidiano asurgere.

Natura Cerui tria habet notabilia.

In Ceruo quoque tria attenduntur naturæ probabilia, quod scilicet serpentem deglutiens potato fonte cum pilis totius corporis omne venenum deponit; quod à canibus agitatus in densissimis syluis viam sibi fugiendi cornibus aperit; quod in mutandis pascuis facto agmine alter alterius dorso capite imposito inuicem propter pondus cornuum sustentantur.

Proprietates Cerui fideles quomodo habere debeat.

Hæc quoque fidelibus conuenit agere & docere, vt qui aliquo peccati veneno infectus fuerit, ad fontem misericordiæ Christum recurrat, cuius pietatis & gratiæ infusione, possit & illo peccato, & cæteris animi vitij carere. Si à malignis spiritibus veluti quibusdam canibus in syluis sæcularium negotiorum, quæ plena sunt peccatis & vitij, animo agitur, viam sibi aufugiendi ea faciat forti repulsione spiritus, siue abre-

nuntiat omnibus huiusmodi occupationibus soli Deo vacare studeat in contemplatiuæ vitæ amore, quod est etiam cornibus viam sibi salutis aperire. Cornu quippe cum de carne nascatur, carnem excedit, & ille qui contemplatiuæ vitæ inhæret, quamuis in carne sit, extra carnem tamen mente subleuatur. Infirmities morum siue corporum studeant inuicem æquanimiter tolerare, & officiosa sibi obsequi charitate; sicut dicit Apostolus, *alter alterius onera portate, & sic Gal. 6. adimplebitis legem Christi.*

Adiurantur ergo à sponso filia Ierusalem, hoc est obligantur animæ pacem sequi cupientes, per *capreas ceruosque camporum*, hoc est per præcepta & documenta sanctarum scripturarum, siue per exempla sanctorum Patrum, *ne suscitent neque euigilare faciant dilectam*, hoc est ne inquietent à proposito huius intimæ quietis & dormitionis, *donec ipsa velit*, hoc est, donec ei aspiret ille eius intimus habitator, cui per amorem colligatur vt velit proximorum infirmitati interdum condescendere, & eorum necessarijs vtilitatibus prouidere. Hoc enim velle in eius cuncta prouidentis est dispositione, qui ei per occultam inspirationem manifestat, quando sit vtile & honestum contemplationi inhære, & quando proximorum necessitatibus prouidere

Adiurare Dei est præceptis suis obligare.

dere pro loco & tempore.

Denique huius admirationis talis est vis, qua cōstringuntur filij obedientiæ, vt exhibeant Prælati suis honestatem reuerentiæ, quia scriptum est, *obedite prepositis vestris, & subiaccere eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris.* Inde est quod non audent eos suscitare quasi Vicarios Christi officio, sponas verò sanctæ conuersationis studio ne perturbent eos, si compellant eos aliqua sui improbitate, siue importunitate ab interni quietis secreto auelli & frequentius exterioribus occupari. Ipsi quoque subiecti huius adiurationis verbum inter se inuicem suscipere debent, ne pia fratrum studia inquietent siue inlectione, siue in oratione, siue in aliquo spirituali officio quàm diu eos in hoc detinet diuinitatis inspiratio.

Verùm huius contemplatiuæ dormitionis quietem dilecta semper flagrans, gaudeat se confirmari & defendi tali adiuramento dilecti, & quasi iure non debeat inquietari, securior facta proclamat: *Vox dilecti mei.*

VERSVS VIII.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transfiliens colles.

Vox dilecti est omnis Scriptura sacra.

VOx, inquit, prædictæ admirationis nō est vox alicuius Pro-

phetæ, nō legislatoris, nō doctoris, quasi ex semetipso aliquid annuntiantis vel docentis; sed potius ipsius dilecti, & per se ipsum, & per eos mysteriorum & mandatorum suorum decreta constituentis, quia omnis scriptura dilecti mei vox est spiritu oris eius prolata, & diuinitatis ipsius digito in cordibus nostris descripta. Et ideò hanc vocem non paruipendere debetis filiæ Ierusalem, vt me causa rerum exteriorum suscitetis, & frequentius euigilare cogatis.

Nam hæc est etiã quædam species vocis dilecti, vocis adiurantis, & quasi iuridicalis, *primum querite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis, vt hoc æquum esse debeat ipso dilecto dictante, quatenus Deo adhærentibus necessarius creaturæ consequenter deseruiat vsus. Docuit planè & confirmauit proprio ipse dilectus testimonio, quando huius mei cōparem studij, tali extulit præconio, Maria, inquit, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Nempè & hæc est vox dilecti, vt merito hoc meæ dormitionis studium præponere debeã omnium vigilijs negotiorum. Sed quid est, quod ex hac voce dilecti mei, hoc est ex sancta Scriptura audiui & didici, quando per mentis quietem in eius contemplatione dormiui? Istud nimirum quod vobis nunc ò filiæ Ierusalem de ipsius dilecti mei virtute narabo. Ecce iste venit saliens in

Matth. 6.

Luc. 10.

N 2 mon-

Venire Dei
quod sit.

montibus, transiliens colles. *Ecce, inquit, iste venit.* Venire eius dicitur, non secundum diuinitatem sed secundum humanitatem. Ille enim qui secundum diuinitatem incircumscriptus & illocalis est, quomodo venire diceretur, qui immobilis & incommutabilis existens, sicut semper in se ipso vnus idemque permanet, vt nec loco mutetur, nec aliquam varietate in diuersa feratur. Sed quoties in corda sanctorum venire dicitur, hoc non secundum sui aliquam motabilitatem, sed secundum illorum aptitudinem, quam se minus aut maius eius amori applicant, per inspirationem suam venire asseritur. Secundum humanitatem ergo venit, cum passibilis propter nos factas pari voluit humanæ consuetudinis localem translationem: nam vt visibilis fieret de cælo venit, & humanam naturam assumpsit, in quam passus & mortuus, resurrexit, & in cælum ascendit, quod totum fuit moueri, & quasi de vno ad aliud venire. Hoc itaque modo veniendi *venit dilectus, saliens in montibus*, quando in tempore dispensationis multis & magnificis emicuit saltibus in sublimium virtutum montibus.

Quid per
montes si-
gnificetur,
in quibus
dilectus di-
citur saliens
venire.

Montes enim quidam sunt, precipuæ & eminentes virtutes, in quibus dilectus iste saltus fecit, quando de virtute in virtutem quosdam progressus fecit: excelsus enim super cælos Deus, ad terram humilis nascendo venit, de quo humilitatis

monte in alium montem obedientiam ascendit, *factus est enim obediens* Philip. 2. *Deo Patri vsque ad mortem, mortem autem crucis;* quam suscipiendo in montem patientiæ saltum fecit; de quo postremo in montem gloriæ conscendit, vbi victoriosæ mortis triumphum resurgendo, & in cælum ascendendo collocavit.

Iste ergo dilectus venit saliens in montibus, transiliens colles; quia quicquid sapientiæ & intellectus, quicquid consilij & fortitudinis, quicquid scientiæ & pietatis, quicquid diuini timoris, quicquid denique alicuius honestatis, iustitiæ & sanctitatis esse vnquam potuit vel potest, in isto dilecto veluti in capite præ omnibus eius membris, hoc est sanctis, qui colles dicuntur, sublimius & præclarius effulsit. Hoc ex parte in libris Evangeliorum aspicere quilibet intelligens potest, qualiter iste dilectus salierit in montibus, hoc est in virtutibus verbo & exemplo, transiliens omnium Sanctorum exempla & documenta suo singulari & incomparabili operationis & doctrinæ prædicamento; *Exultauit enim vt gygas ad currendam viam, quia à summo cælo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius.*

Qui per
colles in-
telligatur,
quos dile-
ctus dicitur
transilire.

Psal. 18.

VER-

VERSUS IX.

Similis est dilectus meus caprea, hinnuloq; ceruorum. en ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Vnde similis dicitur Caprea hinnuloq; ceruorum: caprea enim naturale est semper ascensus quærere; & cum sanctis gratiarum distributio diuerso tribuatur modo; alij quidem sic, alij verò sic, soli vnigenito non ad mensuram dat Deus spiritum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sancti enim in virtutum studio nunc ascendunt, nunc non ascendunt, quia in eorum mètib; gratia illa quam habent nunc operatur nunc quiescit, quatenus hoc eis sit ad humilitatis custodiam, quod non semper in promptu habent collatæ virtutis gratiam. Isti autem dilecto non ad tempus, neq; per interualla, sed sine intermissione virtutum constat gratia, sicut de eo scriptum est, quia descendit spiritus sanctus in columba specie, & mansit super eum.

Hinnulo quoq; Ceruorum assimulatur propter velocitatem, quia sicut hinnulus propter iuuenilis corporis leuitatem multo velocior ceruo est; sic dilectus iste quasi hinnulus Ceruorum, hoc est filius Patriarcharum de quorum stirpe processit, longè præstantior & agilior virtutum efficaciam & verbo-

rum sapientiam est ipforum antiquorum Patrum studijs & documentis.

Cum ergò omnes, iste dilectus exhortando & præfiliendo ad virtutum studia prouocet, quidam autem pro posse suo sequantur, quidam fragilitate obstante sequi se posse desperent, nonnulli peccatorum mole depressi ad ea resurgere diffidant, aufert eis omnem occasionem diffidendi delicta prætendens dilecti huius pietatem ineffabilem omnes ad sui gratiam misericorditer inuitantem, & subdit, en ipse stat post parietem nostrum &c. Vnus est paries generalis, peccati scilicet originalis, sed iste paries in multos diffunditur parietes speciales actualis peccati: Ex originali namq; peccato quasi ex quadam malsâ processerunt multa & diuersa actualia peccata, quia postquam per originale peccatum primi parentis lapsi sunt, genus infirmitatis huius in posteros transfunditur, videlicet ad peccata semper esse procliues. Verum iste generalis paries destrui cœpit veniente per carnem Dei filio, cuius sanguine tandem submotus & dissipatus est, quando soluens inimicitias inter Deum & hominem reconciliauit nos Deo; & ne possit reformari, quotidie destruitur in Ecclesiam per gratiam baptismi.

Specialis verò paries in diuersis diuerso constituitur modo, quia in alio est vitium superbiam, in alio auaritia;

liorem in virtutibus Patriarchis de quorum stirpe descendit.

Paries originalis peccati parietes n. uli sunt.

Paries originalis peccati quando destrui captus. Ephes. 2.

Christus cui Caprea aut hinnulo ceruorum assimilatur.

1. Cor. 7. Ioh. 3.

Colos. 2.

Marci. 1.

Hinnulus ceruo velocior est, & significat Christum agi-

Actualis peccati parietes in diuersis diuerso constituantur modo.

ritiæ; in isto luxuriæ, in illo impudiciæ; in aliquo inobedienciæ, in nonnullo impatientiæ, siue aliud quodcunq; vitium, quod iuxta ipsius vitij qualitatem, & modum, & numerum, facit qualemcunq; parietem inter hominem & Deum, quoq; vitium maius, vel crebrius, siue numerosius est in homine, eò grauius & immobilius pondus est in pariete.

Quomodo dicatur stare Dilectus retro vtrumq; parietem originalis & actualis peccati.

Sed post istum parietem siue generalem peccati originalis, siue specialem actualis stat dilectus iste, quia paratus est misericorditer suscipere, quicumq; aliquo tali remoto pariete, in eodem destruendo per pœnitentiam ei studuerint repropinquare. Stare quippe est adiuuantis, sedere iudicantis, post parietem stat, quia dum ad nos per gratiam suam disponit venire, obstante pariete peccati, quasi compellitur stare. Primo namq; diu stetit ne veniret ad amouendum illum parietem peccati originalis, propter multa actualia peccata, quibus implicabatur mundus prohibendo aduentum eius, multis afflictionibus & aduersitatibus, quibus insequabatur eos, qui aduentam eius desiderabant & expectabant, quo veniente sciebant hunc parietem destruendum per sanguinem ipsius, & Deo se reconciliandos.

Fenestra per quas dilectus dicitur re-

Stetit ergò hac de causa & venire distulit, respiciens interrim per fenestras prospiciens per can-

cellos. Quid enim erant fenestrae in pariete, nisi Prophetæ alijque Doctores legis diuinæ, quorum doctrina & prædicatione quasi quosdam exitus respiciendi Deus inueniret per quos aliquod gratiæ suæ lumen profunderet, quo illuminatum & admonitum genus humanum, desisteret retardare huius dilecti aduentum saluti suæ profuturum, tantæ malitiæ quasi cuiusdam parietis interpolitione.

spicere in pariete generali sunt Prophetæ, & quare.

Cancelli verò, id est anterior pars ædificij fuerunt præcedentes antiqui Patres, videlicet Patriarchæ ante legem Christum annuntiantes, per quos longè post venturus ex parte prospiciebat signis & portentis, & quibusdam rationum documentis; admonendo ne impedirent pariete malorum suorum futura tantæ salutis suæ tempora.

Cancelli per quos dilectus in pariete generali prospicit antiqui fuerunt Patres.

Tamdiu ergo stetit post parietem nostrum misericorditer prospiciendo, & verbo, lege, signis, atq; prodigijs consulendo, donec tandem per motus afflictione suorum crebro clamantium, *veni Domine & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ*, compressis omnium terrarum motibus sub Cæsare Augusto, & firmissima verissimæque pace Dei ordinatione disposita, quasi concusso, iam pariete obstantis malitiæ, cœpit desideratam diu faciem dile-

Quamdiu dilectus steterit ita prospiciens.

ctus

Etus iste nascendo ascendere, atq; deinceps prædicando, moriendo, resurgendo, in cœlum ascendendo sicq; per totam orbem Euangelij sui legem spargendo, diu oppositum, quotidie per gratiam baptismi destruere peccati originalis parietem.

Fenestræ & Cancelli per quos dilectus in pariete actualis peccati prospicit sunt Euangeliorum, & Apostolorum, aliorumq; Patrum documenta & exempla.

Porro fenestræ & cancelli in pariete actualis peccati, per quos quotidie prospicit dilectus iste, sunt Euangeliorum & Apostolorum, cæterorumq; sanctorum Patrum exempla & documenta; ibi quidem fenestræ, vbi scientiæ & intelligentiæ lumen cordibus nostris infundunt, vt videre possumus, qualiter cuiusq; peccati parietem inter nos & Deum positum amoueamus; Cancelli verò eo loco vbi ex eorum scriptis Deum ad nos respicientem per contemplationis virtutem ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, vt dum futuræ vitæ gloriam vel pœnam attendimus, peccati parietem à Deo nos separantem, quotidie destruere laboremus.

1. Cor. 13.

Parietis post quem dilectus dicitur stare significat naturam humanam assumptam, cancelli & fenestræ per quos ad nos prospicit diuinitatem eius innuunt.

Amplius. Veniens in carne Dei filius, stetit post parietem mortalitatis nostræ, prospiciens ad nos per fenestras & cancellos diuinitatis suæ; quin etiam Deus claruit ex miraculorum potentia, & tamen latuit ex humanæ passibilitatis natura. Qui enim per fenestras & cancellos prospicit, nec totus videatur, nec totus non videtur: sic nimirum

& Redemptor noster in carne veniens Deum se ex miraculis ostendit, ex passionibus verò occultauit. Post parietem ergo humanæ passibilitatis stetit, quia ex humanitate occultus inter homines, non vt Deus venit; per fenestras verò & cancellos prospexit, quia miseratione diuina toti generi humano perennia salutis dona dictauit. Et quia delictam quam intus misericordiæ suæ intuitu attraxit, foris quoq; prædicationis verbo instruxerit, eandem subdendo manifestet.

VERSVS X.

En Dilectus meus loquitur mihi: surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.

Locutio ista dilecti tripliciter distinguitur pulchritudine & ordine appellationis, adhortationis, & causæ: appellationis quidem dum dicit *amica mea, columba mea, formosa mea*; adhortationis verò dum dicit, *surge, propera, veni, causæ*, dum dicit, *iam enim hyems trāsijt, imber abiit & recessit, flores apparuerunt, tempus putationis aduenit*. Pulchritudo quippe appellationis est, dicere *amicam, columbam, formosam*; pulchritudo adhortationis, *surge, propera, veni*; pulchritudo causæ, *hyemē & imbrem recessisse flores apparere, tempus putationis adesse, vocem turturis auditam esse, ficus protulisse grossos suos, vineas florentes odorem dedisse*.

Locutio dilecti tria in se continet, appellationem dilectæ, adhortationem, & causam vt triusq;

Ordo

Locutionē dilecti pulchritudinē itemq; ordinem in appellatione dilectæ, adhortatione eius & causâ A-triufq; cōtinere declaratur.

Ordo verò non sine consideratione disponitur in hac appellatione, adhortatione & causâ : in appellatione quidem, dum primo dicit *amicam*, deinde *columbam*, postremo *formosam*; in adhortatione vero primo *surge*, dein *propera*, postremo *veni*: porro in causâ primo loco *hyems transijt*, secundo *imber recessit*, tertio *flores apparuerunt* quarto *tempus putationis aduenit*, quinto *vox turturis audita est in terrâ nostrâ*, sexto *ficus protulit grossos suos*, septimò *vineæ florentes odorem dederunt*. Causa nāq; adhortationis huius quâ monetur dilecta surgere, properare, venire, sunt hyemis & imbris recessus, florum apparitio, & tempus putationis; vox turturis, & ficus proferentes grossos suos, vineæq; florentes.

Locutio ista Dilecti vnde procedat.

Sed videndum vnde locutio ista procedat: supra dixerat, *vox Dilecti mei*, quam vocem scripturam sanctam diximus, tota enim diuina pagina vox Dei est, per quam audit legendo dilecta saltus induti pariete mortalitatis nostræ, & loquentis ad se per fenestras & cancellos miraculorum & doctrinarum. Nam quoties scripturas sanctas videmus vel legimus, Deus ad nos vel nobiscum loquitur. Hoc ergo modo loquentem ad se dilectum, dilecta id est Ecclesia siue quæuis fidelis anima aduertit, quando diuinæ dispensationis ordinem, sacramentorum religionem, præceptorum diuinorum vtilitatem audit, legit, intelligit.

Verum ipse dilectus veluti de salute dilectæ sollicitus in huiusmodi locutione assumit sibi officium boni oratoris, vt audientem tribus attrahat modis, hoc est vt faciat attentam, docilem, beneuolam: nam dum non semel, sed ter inclamitat dicens, *surge, propera, veni*; ac si dicat non segniter, sed celeriter & studiosè te offer, veluti aliquid rarum & insolitum auditura, attentam facit; cum verò vocabulo dilectionis & gratiæ frequenter appellat dicens, *amica mea, columba mea, formosa mea*, beneuolam reddit, vt maiorem patriat voluntatem præparandi & audiendi. Porro causam huius aduocationis cum docet distincte per numerum dicendo, *iam enim hyems transijt, imber abiit & recessit, flores apparuerunt, tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostrâ, ficus protulit grossos suos, vineæ florentes odorem dederunt*, docilem facit, vt agnoscat tempus magnæ salutis & gratiæ, quod debeat cum magnâ veneratione & gaudio suscipere.

Et hoc est magnæ pietatis indicium, quâ ad nos frequenter intendit dilectus iste *per fenestras & cancellos infinitæ clementiæ suæ stans post parietem malorum nostrorum, quasi nubem ne transeat oratio oppositam*, loquens quotidie & admonens quatenus, istum parietem vel hanc nubem ariete virtutum & afflatu sancti spiritus dissipemus.

Quid ergo loquitur Dilectus dilectæ? *surge, inquit, propera, amica mea,*

Dilectus in hac locutione sua imitatur officium boni oratoris, quod est auditorem reddere attentum, docilem, beneuolum.

Thren. 3.

mea, columba mea, formosa mea, & veni: surge per fidem, propera per spem, veni per charitatem: siue, surge per intentionem, propera per operationem, veni per contemplationem: hæc est enim totius tui cultus & religionis perfectio, credere, sperare, diligere; nam reliqua tria, videlicet, intentio, operatio, contemplatio ex his constituuntur. Si enim rectè credis, rectè quoque; ad bona agenda intendis; operaris verò propter spem præmij consequendi, subtilius autem contemplaris, quo magis ad Deum per charitatem subleuaris.

Totius religionis perfectio consistit in tribus, in surgendo properando veniendo.

Quid sit esse Amicam.

Et hoc facere poteris, si amica fueris, hoc est si abiecto errore infidelitatis mihi per fidem reconciliaris; si columba fueris, hoc est si simpliciter vixeris, si neminem læseris, & tuis tantum contenta fueris, spe futuræ remunerationis, vel si fragilitate aliqua compellente de arcâ, hoc est Ecclesiâ malè agendo exieris, non in sæculo remaneas, sed citius reuertaris ferens ramum oliuæ in ore, hoc est spem habens misericordiæ per confessionem & modum pœnitentiæ.

Quid sit esse columbam.

Si formosa fueris, hoc est si dilectione Dei solâ seruens omnes mûdi curas, vel si qua pulchritudinem mentis tuæ inficere possunt, postposueris, vt non lippientes Liæ oculos, sed formosam & pulchram Rachelis faciem habens in illam supernæ beatitudinis maiestatem, quæ Deus est purgato mentis oculo intendere possis.

Quid sit esse formosam.

VERSVS XI. & XII.

Iam enim hyems transijt, imber abiit & recessit.

Flores apparuerunt in terra nostrâ: tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra.

CVr autem ad hæc tantopere se cinuit? Quia frigus infidelitatis, & tempestas cæcitatatis & ignorantia, quæ totam mundi obduxerat faciem, recesserunt; & flores apparuerunt, id est initia bonorum operum iam pullulare cœperunt, & tempus putationis aduenit, hoc est consilium & regula, vitia & peccata amputandi tempore gratiæ iam habentur. Vox quoque; turturis audita est, id est sonus prædicationis, ex qua resonant consilia, præcepta, & exempla castitatis, solitariæ conuersationis, supernæ speculationis & pœnitentiæ, quæ omnia exprimit turtur castus & gemebundus, amator solitudinis & nidificans in excelsis. In ipso namque; principio Euangelicæ vocis clamat Turtur verbis & moribus, siue ipse Dominus Iesus Christus virginitatis filius, siue ipsa eius genitrix Beata Virgo Maria, siue præcursor ipsius Beatus Iohannes Baptista. Denique; ipse Dominus de Virgine natus castitatis est prænuntius, solitudinem consecrat in desertum ductus, contemplatione monet studendum in monte orans, ad pœnitentiam hortatur quasi gemebunda voce proclamans,

Quid per hyemem & imbrem qui transiit, flores qui apparuisse putationis tempus quod apparuisse dicitur intelligatur.

Per vocem turturis quæ audita dicitur sonus Euangelicæ prædicationis significatur.

- Matt. 10.* mans, pœnitentiam agite appropinqua-
bit enim regnum cœlorum. Beata quo-
que Dei Genitrix singulare est spe-
culum castitatis, quæ solitaria, & in
diuina contemplatione posita ab
Angelo salutatur, & Christi Mater
futura prædocetur, moxque diuinę
animaduersionis sententiam pœ-
nitentiã mutatam denuntiat, cum
Luc. 2. misericordiam eius in progenies & proge-
nies futuram proclamat. Sanctus ve-
rò Ioannes Baptista castitatis filius
mente & corpore Virgo, quo ma-
gis fuit ab hominibus remotus tan-
tò magis Deo per contemplatio-
nem exitit proximus; fuit enim in
Matth. 3. deserto prædicans baptismum pœnitentię,
& clamans gemebunda turturis
voce, facite fructus dignos pœnitentię.

VERSUS XIII.

*Ficus protulit grossos suos, vinea
florentes dederunt odorem suum. Surge,
propera amica mea, speciosa mea, &
veni.*

Quid cur
ficus intel-
ligatur,
quæ dici-
tur protu-
lisse gros-
sos suos.
Rom. 10. **F**icus, inquit, protulit grossos suos,
hoc est Iudæa hæctenus sterilis
carnales cœpit intelligere cerimo-
nias, & corde credendo ad Iustitiam ore
autem confitendo ad salutem, quod
carnaliter sapiebat, hoc iam spiri-
tualiter sapit, & fide atque opere o-
stendere gestit.

Quid per
vineas flo-
rentes &
odorem
danres.
*Vinea etiam florentes odorem dede-
runt, quia gētes audito verbo fidei,
iam incipiunt boni operis vbique
spargere odorem.*

Non ergo ordo locutionis huius
sine ratione attenditur, in qua tria
ista, fides, spes, & charitas, siue alia
tria, intentio, operatio, contem-
platio considerantur, cum ista ho-
rum sint consequentia, vt qui cre-
dit, speret, & diligat, & nemo spe-
rare & diligere possit, nisi qui cre-
diderit; nemo etiam operatur nisi
prius intendat quid, & quomodo,
& quando, & quare operetur; sub-
tilitatem verò contemplandi nemo
cōsequi possit, nisi ad hanc bonorū
operum sublimitate profecerit.

Non autem erit vt credimus in-
eptum notare septenam causæ nu-
merum, vt ostendamus ipsius cau-
sæ effectum septiformis spiritus sē-
per fuisse dignationem & benepla-
citurum: nam *hyemis*, id est, infidelita-
tis transitio; *imbris*, id est persecutio-
nis transitio; *florum*, id est, bono-
rum operum apparitio; vitio-
rum amputatio; *turturis*, id est, euan-
gelij proclamatio; *grossorum ficus prola-
rio*, id est legalium obseruationum
in veritatem mysteriorum reuela-
tio; *vinearum*, id est gentium ad fidē
conuersarum, *suauiter redolens opera-
tio*, quid sunt nisi septiformis spiri-
tus beneplacitum & dignatio?

Causas enim huiusmodi, & quod
ex his efficiebatur, siue efficitur cau-
sas, hoc est, credere, sperare, dilige-
re, op̄ labatur ab initio, & adhuc
operatur quotidie Spiritus Dei; quia omnis infidelitatis & malitię
remotio, fideique & salutis colla-
tio constant ipsius dono, qui omnē

in

Septeni
numeri
causa ob
quam di-
lectus vult
dilectam
surgere,
& venire,
septifor-
mis spiri-
tus est be-
neplacitū.

Spiritus
sanctus est
ordinator
status Ec-
clesiastici.

Cur turturis vox audita dicitur in terra nostra.

Gen. I.

in sancta Ecclesia æquitatis, honestatis, & utilitatis prouidet, componit, & ordinat statum. Vnde etiam sponsus cum loquitur sponsæ, *vox turturis audita est*, subdit, *in terra nostra*, vt videlicet insinuet nullum effectum Sacramentorum, nullam spem salutis esse extra Catholicam Ecclesiam: sed omnem Euangelicæ prædicationis vocem in obseruatione præceptorum, in ordine & reuerentia Sacramentorum infra sanctam Ecclesiam tenendam, in qua datur & accipitur ipse Spiritus sanctus. *In principio enim*, vt scriptum est, *terra erat inanis & vacua*, quia antequam mens humana spiritu fœcundaretur diuino, nullo virtutum flore vel germine componebatur, sed postquam, *Spiritus Dei ferebatur super aquas*, hoc est super fluentia & instabilia hominum corda, tum demum lux veritatis & fructus iustitiæ per totum effunditur mundum, vt terra illa primò inanis & vacua Dei fieret Ecclesia, in qua ipse per gratiam suam inhabitaret, & suam faceret terram iam florentem & fructificantem, & quoddam vitale & rationabile honestatis & disciplinæ quasi hominis specimen præferentem per gratiam inhabitantem.

Charitas vera in quo consistat.

Igitur cum propriæ salutis dilectus dilectam fecerit sollicitam proximorum quoque salutis negligentem non esse admonet, vt hanc veram insinuet esse charitatem, quæ ita proximis sicut & sibi

studio pietatis prouidet, quatenus merito *amica, columba, formosa*, gratiæ vocantis & iustificantis appellatione honoretur.

Sequitur enim dilectus repetito superiori appellationis numero, *Surge propera amica mea, speciosa mea, & veni*. Quia inquit ad hoc mea gratia profecisti, vt tuimet curam gerere possis, mundum contemnendo, & meæ dilectioni per contemplatiuæ vitæ studium inhærendo, debes quoque interdum per actiuæ vitæ laborem proximis prodesse verbo & exemplo, quia cum te talem effecerim, vt habeas gratiam docendi & operandi, non sine tui periculo, de infesso reddes rationem talento. Sed *surge* ad laborem istum aliquando de illo quietis tuæ dulcissimo somno pro causa fraternæ necessitatis, & *propera* docendo, & ab huius mundi amore proximos retrahendo, vt ipsos quoque tecum in illud solitarium quietis tuæ deducas domicilium. Hoc autem facies velut *amica mea* per fidem, *speciosa mea* per operationem, *columba mea* per Spiritus sancti infusionem.

Surgere, properare, venire, ad quod spōsa inuitatur, est proximo-rum vtilitatis seruire.

VERSVS XIV.

Columba mea in foraminibus petre, in cauernâ maceris, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis & facies tua decora.

Quia te columbæ comparauit, 2 co-

Sponsa cur
columba
assimilerur

I. Cor. IO.

Foramina
petræ vul-
nera sunt
Christi.

In docente
alios quæ
requiran-
tur.

Sponsa in
Christi pas-
sione spe-
ciosa facta
est.

Ephes. 5.

columba autem refugia sua habet in foraminibus petræ, in cauernâ maceræ, quænam tua quoq; erunt refugia in quibus omnem salutis tuæ spem constituas, vt ab huius mundi multimodâ tentatione confugas? Nimirum, in foraminibus petræ, de qua scriptum est, *petra autem erat Christus*, foramina enim ista sunt passionis meæ vulnera, quæ sunt omni Christiano quasi quædam in cunctis aduersitatibus refugia. Quinq; enim mea vulnera, sunt quinq; tuorum sensuum tuta refugia, vt cum hoc numero signum passionis meæ prætenderis, in omnium sensuum tuorum integritate secura persistere possis. Hæc namque integritas sensuum, necessaria tibi erit docenti & operanti, quia si ea quæ doces & operaris in nomine meo, cum honestate & vtilitate, rationabiliter, ordinate & moderatè protuleris, audientium siue inspicientium animos magis attrahere valebis. Plerumque enim honestum genus causæ, si indignè profertur, offendit, sicut & humile genus causæ interdum si rationabiliter profertur, partem honestatis obtinebit.

In passione ergo mea, amica, speciosa, columba effecta es, quia ad hoc animam meam pro te posui, sanguinem fudi, vt te mihi exhiberem sponsam gloriosam, non habentem maculam neque rugam. Nam cum fœda eius, per te ipsam, pro te ipsa non suffecisti, neque tota pro te

sufficere potuit creatura; mea verò passio, cui totus non adæquatur mundus, pro te satisfacit Deo, vt inde reconciliata mihi que coniuncta, dicaris *amica, speciosa, columba*.

Siue foramina Petræ sunt quatuor Euangelia, in quibus mea perspicuntur gesta & dicta, siue etiam virtutum studia, videlicet humilitatis, patientiæ, obedientiæ, orationam vigiliarum, lectionum sanctarum, cæterarumque, quæ sunt quasi quidam aditus ad me veniendi, & regna cælorum introeundi, de quibus omnibus proximis prædicare debes & ostendere, quia sine his salutem consequi non possunt.

Columba mea in foraminibus petræ, in cauernâ maceræ. Christus petra, Christus & maceria. Maceria quidem ante passionem, quia adhuc ex humana infirmitate fragilis & passibilis erat; petra verò post resurrectionem, quando deposita omni corruptione, impassibilis ex firmitate glorificati corporis factus est. Columba verò in foraminibus petræ, in cauerna maceræ, dilecta esse debet, quia cum multa virtutum, operationum, & doctrinarum insignia, quæ ex fortitudine diuinitatis erant in Christo, considerat, specialiter tamen debet considerare, illud charitatis insigne, quod in sua exhibuit carne, quam pro eius mortui tradidit salute: nam magnæ huius dilectionis erga hominem

Foramina
petræ qua-
tuor sunt
Euangelia

I. Cor. IO.
Cauerna
maceræ
Christus
est.

osten-

ostēdit iudicium, cum pro eo redimendo, non aliud quam se ipsum, voluit offerre pretium.

qua protegamur ab hostium insidijs, ostendit in tantæ charitatis assignatione.

Columba in cauerna maceria quæ sit.

Cauerna ergo maceriae charitas est Christi in carne morientis in quâ videlicet charitate Ecclesia quidem generaliter, specialiter vero quæuis sancta anima columba est, quia per charitatem inuenit locum manendi in Christo, vbi spiritualiter bonorum operum pullos nutriat, & antiqui serpentis insidias effugiat: scriptum est enim, quia *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

1. Ioh. 4.

Anima fidelis ad modum columbae quomodo pro cantu gemitum habere debeat.

1. Pet. 2.

Columba quoque est in foraminibus petrae, in cauerna maceriae. Columba autem pro cantu gemitum habet: & gemere debet anima fidelis; quando recollit passionem Redemptoris, perpendens quid pro ea Deus fecerit, quando ille *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius*, pro peccatoribus mori voluit, & quod homo debuit, Deus homo exsoluit. Gemat quoque pro suis excessibus, in foraminibus petrae, in cauerna maceriae, *quia aduocatum habet apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis eius*, qui cotidie salutem confert omni peccitanti, passionis suae Sacramento, & singulari charitatis huius exemplo. Quotidie namque nobis Redemptor noster sua renouat foramina, hoc est passionis signa, in corporis & sanguinis sui immolatione; & cauernam in

1. Ioh. 2.

Potest etiam maceria accipi doctrina Apostolorum, siue Apostolicorum virorum, quia sicut maceria ex multis construitur lapidibus, ita doctrina Sanctorum ex plurimis virtutum constituitur documentis. In qua est cuique fideli animæ cauerna, id est vitæ custodia, quia ex eorum dictis & scriptis discit, qualiter peccata fugiendo, & bonorum operum pullos nutriendo malignorum spirituum insidias effugere possit.

Per maceriam doctrinam Apostolicorum virorum potest intelligi.

Monetur ergo dilecta quietem contemplationis interdum relinquere, & ad actiuæ vitæ laborem causa proximorum exire, vt quod ipsa per quietem ex diuinis præceptis, & sanctorum exemplis didicit, hoc proximorum mentibus prædicando inferat, & sicut ipsa horum suauitate per contemplationis assiduitatem affecta est, ita quoque proximorum animos ipsorum desiderio per virtutem prædicationis afficiat.

Ex vita contemplatiua ad actiuam procedi debet.

Vnde & dilectus eam admonendo subdit, *ostende mihi faciē tuam*. Quæ est enim facies dilectæ, nisi ex confortio dilecti quædam refulgens imago sanctitatis? nam quanto diuinæ contemplationi quisque sedulus inhæret, tanto pulchrior ex sanctitatis iubare facies mentis resplendet. Hinc est, *quod Moyses in monte cum Domino quadraginta diebus*

Facies dilectæ quæ sit.

Exod. 34.

conuersatus splendidam faciem scribitur protulisse ex consortio sermonis Domini.

Qui enim in monte supernæ contemplationis commoratus fuerit, ab ipso spiritu Dei, cum quo vnum fit, quandam sanctitatis faciem producit: Vnde Apostolus reuelata, inquit, facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritus. Qui ergo spiritu Dei aguntur, ab ipso spiritu transformantur in imaginem Christi secundum interiorem hominem à claritate in claritatem, vt qui aliquid claritatis ex eo in faciem interioris hominis traxerint, quâ eum lucidius agnoscant, quantò ei plus appropinquant contemplatoriâ charitate, tantò plus claritatis sibi ex eo contrahant, per quam eum semper clarius & verius agnoscant. Vnde & Ezechiel cū sanctorum animalium visionem describeret dixit, *similitudo hominis in eis*. Quicquid enim iustitiæ & mansuetudinis, quicquid modestiæ & humilitatis, quicquid patientiæ & pietatis, quicquid postremò vnquam sanctitatis habere potuerunt vel possunt, electi Dei, ab illo singulari homine Domino Iesu Christo traxerunt, & ab illa principali sanctitatis facie illustratam, ipsi quoq; quâdam suo modo sanctitatis facie cõceperunt.

Ostenso facies dilectæ in quo sita sit.

Talem, inquit dilectus faciem tuam à mea gratia spiritualiter dedu-

ctam, ô dilecta ostende mihi, hoc est, ad laudem mei nominis in publicum procede, pulchra actionis & sermonis specie, vt proximi tui vide-
Matth. 5
tes opera tua, glorificent Patrem tuum qui in cælis est, ipsiq; ex rectè composito actionis & sermonis tui vultu, suæ quoq; mentis & intentionis vultum componant.

Sonet vox tua in iuribus meis; tunc in auribus Domini vox prædicationis sonat, quando voci meus concordat, vt quod foris ad aures, hominum per vocem sonat hoc in Dei auribus per fidem loquatur. Et pulchra cum præmisisset, ostende mihi faciem tuam, subdit, sonet vox tua in auribus meis, vt ostendat quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio
Rom. 10.
sit ad salutem; per faciem enim notitia fidei, per vocem verò sonus prædicationis exprimi.

Amplius. Ostende, inquit, mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, hoc est tali intentione ex illo Angelico sanctæ solitudinis tuæ dormitorio in publicum procede actione & prædicatione, vt me solum conscientiæ tuæ testem admittas, non vt humanis te exponas fauoribus, sed vt meis tantam placeas conspectibus. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Ideo enim procedere debes, quia hoc in pulchritudine motum, & sermonum tuorum dulcedine proximi tui attendere possunt, vnde & suorum prauitatem morum corrigant, & rectæ fidei integritatem capiant.

Vt vox sponsæ sonet in auribus sponsi mens debet concordare voci.

In Prædicatione non fauor, sed honor Dei spectari debet.

Plerumq;

Vultus & habitus ostensio vox mentis est.

Plerumq; autem & ipsa vultus & habitus. ostensio, vox quædam mentis est, & vt quidam dicit

Sape tacens vocem verbaq; vultus habet.

I. Reg. I.

Vnde de illa quæ tristitiam mentis vultis diuersitate prætendebat, post ablatum sterilitatis opprobrium scribitur, quia *vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati*. Diuersitas quippe vultus diuersitatem animi ostendebat, sed ablata causa diuersitatis huius rectum & compositum animum, rectus quoq; & compositus loquebatur vultus. Sed hæc vox honestatis in exterioris hominis vultu & habitu constituta, tunc in Dei auribus sonat, quando hanc pro sola æternæ vitæ gloria promerenda immutabiliter seruat. *Vox inquit tua dulcis, & facies tua decora, Vox inquit tua* quæ interpretis animi est, & vel moribus, vel lingua loquitur, prædicat enim & docet, siue benè agendo, siue benè loquendo; hæc inquit, *vox quæ est dulcis, sonet in auribus meis*, quia valde mihi placet illa vita, quæ & agit & docet bona, hoc in se dilectione Dei & proximi agente vt & Deo placeat, & proximum ædificet. *Et facies tua decora*, quia hoc ex intentione vel fide tua, quæ vtraq; mihi soli cognita est, perficit, vt quod agis vel dicis, dignum sit laude meæ approbationis.

Dulcedo vocis & decor faciei sponsæ in quo consistat.

Pf. 44.

Hac ergo specie & pulchritudine tua intende prosperè, procede & regna, vt quia tali mihi virtutum dote coniungeris, sponsi tui qui Rex est,

non incõgruè Regina dicaris, cum me regente & instruente, & te ipsam rationabiliter regere, & alijs regimè animarum noueris impèdere.

Sed quia hanc suauitatem & pulchritudinem rectæ fidei & rectæ prædicationis plerumq; hæretici peruersa doctrina deprauant, vt simplicium corda peruertant, vox dilecti facit apostropham ad ipsius fidei & prædicationis huius magistros. cum subdit, *capite nobis vulpes paruulos*.

VERSUS XV.

Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit.

Vulpes sunt Hæretici, propter dolositatem & astutiam, quæ decipiunt incautos argumētis verborum, qui semper quærunt latebras in quibus doceant ea quæ peruersè sentiunt, facientes seorsum conuenticula, ne eorum prauitatem sancta & Catholica deprehendat Ecclesia. Dicuntur autem vulpes paruulæ, siue propter ipsorum hæreticorum fictam humilitatem siue propter argutissime exquisitarum sententiarum subtilitatem, quibus maximè mentes demirantium sed minus intelligentium, prauis suis cogūt fauere doctrinis. *Capite*, inquit, *nobis*; tunc enim Hæretici Deo capiuntur, quādo à Catholicis Doctorib; per rectæ rationis assertionē, quā nullis argumētis destrueri possunt, diuina præcurrente gratia ad Matris suæ sanctæ Ecclesiæ sinū,

Hæretici cur vulpes dicantur.

Cur vulpes paruulæ vocentur Hæretici.

Hæretici quando capiuntur Deo.

de

de quo errando recesserant, reducuntur, & fidem quam prius impugnabant, verbis & exemplis confirmant. *Capite, inquit, nobis vulpes paruulas*, ac si alijs verbis dicat subtiles & callidos rectæ fidei corruptores, proprijs conuincite sententijs, & probabili ratione quam nõ possint omnino refellere, in nostræ partis compellite transire contubernium: *comprehendam enim sapientes in astutia sua, perdamq; sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo*, vt cum rationem rectè viuendi siue docendi agnouerint, sua eis sapientia displiceat, & quod per eam prius astruere nitebatur, agnita veritate destruant, atq; cum meis fidelibus vnum fiant.

I. Cor.
13.

Vinea enim nostra floruit, hoc est vel Ecclesia vniuersalis vel particularis, vel aliquis fidelis indiuiduus & singularis initium rectè viuendi vel credendi arripuit, & ideo remouendi vel capiendi sunt, si qui inter eos non rectè viuentes vel credentes surrexerint, ne teneram fidem, pietatis opera, & prauo dogmate & prauis exemplis suffocent.

Hæretici
cur capi-
endi sunt.

Neq; absurdum est, vt credimus, si vnamquamq; fidelem animam, vineam Domini dicimus, sicut vniuersalem vel particularem Ecclesiam propter consimilem virtutum propaginem, & vinum spirituale quod latificat cor hominis, quæ in vnoquoq; indiuiduo fidei possunt exuberare per gratiam spiritus sancti, sicut & in vniuersali vel particu-

vinea Do-
mini vna-
quaq; fide-
lis anima
dici potest.

lari Ecclesia. Debet enim vnusquisq; cultro spiritualis exercitij sacramenta vitiorum præcidere, terram cordis sui sarculo intimæ considerationis euertere, & si quod terrenum vel sordidum cogitatione vel opere admiserit, radici cordis in memoria habendo circumpondere, crebrisq; lachrymarum fontibus pœnitendo irrigare, omnem boni propositi sui intentionem, ad Christum qui est lignum vitæ, ne iterum ad terrena defluat alligare, atq; in eius semper adiutorio & sustentatione sperare, siue in ligno crucis Christi hære, mortificationem eius in corpore suo circumferendo, taliq; modo spiritus sancti gratia mens assiduè culta est curata semper fructuosior fiat, dicaturq; iuxta Prophetam *vinea Sorecz* quod electam & pulchram sonat. Vnde Domini in Euangelio sententia est de vinea sterili, & de vinea fructum faciēte; *vbi se vitam & discipulos palmitem, patrem verò agricolam vocat: omnem, inquit, palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum Pater, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat*. Si ergo saluator vitis est, & nos palmites, & Deus Pater agricola, quamdiu præcepta Dei seruamus semper excolimur, & cultura nostra purgatio est, vt fructum plus afferamus: *non enim est volentis, neq; currentis, sed misertis Dei, cuius adiutorio semper indigemus, vt ad finem boni propositi perueniamus*.

Vinea Do-
mini quo-
modo co-
lenda sit ad
similitudi-
nem aliarū
vinearum.

Vinea so-
forecz
interpreta-
tur electa
siue pul-
chra.

Esa. 5.

Ioh. 15.

Rom. 9.

VER-

VERSUS XVI.

Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur umbra.

NON simili modo neque pari ratione constituitur dilectio diuina & humana, quæ quamuis æquiuocè dicatur, diffinitionis tamè ratione valde diuersa est, dum inter huiusmodi affectiones carnis & spiritus nulla prorsus sit comparatio. Habet enim dilectio diuina semper quoddam relatiuum, porro dilectio humana non semper, quia plerumq; diligens nõ diligitur, nec est eadem utrobique consequentia. Consequitur enim vt homo diligens Deum diligatur à Deo, dum non sit aliud Deum diligere, quàm iuste & piè viuere, sitque consequens, vt iustos & pios Deus iustus & pius diligit, quando talis affectio ex ipsius gratiæ proueniat dono: non autem consequitur, vt homo diligens semper ab homine diligatur, quia licet plerumque non tamen semper istud relatiuum carnalis affectio operatur; semper autem hoc operatur diuinitatis affectio, iuxta Saluatoris sententiam qui dicit, *qui diligit me, diligitur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.* Nam huius dilectionis relatiuum cõuertitur, vt quia diligit diligitur, & quia diligitur diligit, hoc operante in electorum cordibus præcedente

gratiã, vt videant dilectione diuina, quæ & in vnoquoq; sua diligit dona. Vnde hic dilecta loquitur de dilecto, *dilectus meus mihi, & ego illi.* Proprium est enim relatiuorum ad conuertentiam dici, quod enim prædicatur de dilecto, è conuerso prædicatur de dilectã: nam dilectus alicuius dilectus est, & dilecta alicuius dilecta. Fit ergo hoc modo ista relatio, vt dicatur dilectus dilectæ, dilectus & delecta, dilecti dilecta: dicat ergò, *dilectus meus mihi, & ego illi;* ac si dicat, quia hoc mihi dilectus suã contulit gratiã, vt ei placeã recta fide & operatione, idcirco mihi dilectus est, & quia cum mihi liberum dederit arbitrium vocanti gratiæ obedio præcepta eius seruãdo, ideo sum ei dilecta: nisi enim me diligeret ex misericordiã, ego eũ diligere non possem ex gratiã, ipse me non diligeret ex misericordiã. Siquidem quicquid boni mihi adiacet velle, posse, agere, perficere, totum ex eius habeo munere.

Qui pascitur inter lilia. Ecce causa cur ei sim dilecta, pascitur enim, id est delectatur candore, hoc est munditiã & castitate mentis & corporis, & suauissimo odore virtutum, quæ quoniam per gratiam suam ex meo respirant amore, ideo me dignam suã fecit dilectione.

Donec aspiret dies & inclinetur umbra. hoc est, donec die illo verò & æternali futuræ beatitudinis clarescente, & huius mundanæ miseræ & tribulationis nocte recedente,

Amor dilectæ ad dilectum relatiuus est. quorum est dici ad conuertentiam.

Homo quid possit ex libero arbitrio.

Quomodo dilectus pascatur inter lilia vsq; ad aspiratorem diei & inclinationem vntbrarum.

P cum

Differentia dilectionis diuinæ & humanæ.

Ioh. 14.

eum erit Deus omnia in omnibus, plenā & perfectā & incommutabile suā visionis mihi dabis remunerationem ubi ipse in me suorum pulchritudine donorum & ego in eo æternā corporis & animæ incorruptione pascamur.

Quia verò hæc mutua quā posuimus dilectio semper conuenit cuique Patri & Filio, hoc propriū est eorum quæ dicuntur ad aliquid, vt hoc ipsum quod sunt aliorum dicantur, vel quomodolibet aliquid ad aliud. Quicquid enim in naturā relationis agnoscitur, id cum alio necesse est consideretur: nam cum dicitur Pater, necesse est, vt sit Filius cuius Pater dicatur, eodemque modo per conuersionem dicendū de Filio. Si ergo sancti filij sunt Dei, per dilectionem & mandatorum eius obseruationem; necesse est vt ipse Deus Pater eorum dicatur per gratiam, per conditionem & per gubernationem, & è conuerso, si Deus Pater, ipsi filij. Vnde & hic non absurdum est dicere, dilectus meus mihi in Patrem, & ego illi in filium vel filiam: dicit enim ipse Deus quodam loco de suis. *ego ero illis in Patrem, & ipsi erunt mihi in filios & filias.*

Siue alio modo dicamus, prope consimilem videtur habere sensum relationis, vt cum dicitur *dilectus meus mihi subaudiatur adiutor & protector est, & ego illi, subaudiatur obediens sum.* Hæc quoque sibi conferuntur, vt quia mihi adiutor

& protector est, ideo illi obediens sum, & quia illi obediens sum, ille mihi suum impendat adiutorium.

Qui pascitur inter lilia, quia delectatur candore virtutum & munditiā cogitationum & operum, sicut dicit quodam loco, *& ego mundis intersum cogitationibus*; & sicut scriptū est, *beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*, tamdiu gratiæ suæ in me operatur effectum, donec dies intelligentiæ & scientiæ spiritualis elucescat fugato caligine ignorantiae vel carnalis intelligentiæ. Quo enim magis mens Deo in virtutum profectibus iungitur, eò altius in diuinæ contemplationis subtilitate eleuatur.

Siue *donec dies est*, hoc est lux & splendor bonorum operum, qui in meā mente per diuinæ gratiæ inhabitationem effulsit, ad aliorum corda verbo & exemplo resplendeat, & ab eis omnem prauitatis & malitiæ ymbra siue noctem remoueat: *fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate.*

VERSUS XVII.

Reuertere: similis esto dilectæ mi caprea, hinnuloq, ceruorum super montes Bethel.

DVM pasceretur Dilectus inter lilia candentis & virtutibus redolentis animæ, tantum ipsam animam charitatis suæ dulcedine reficit, vt terrena despiciens tota in cœlestibus suspenderetur, nec tamē sicuti est; incircumscriptam diuinā-

Secunda expositio relationis dilectionis dilecti ad dilectam. Prou. 8.

Matth. 5.

Ephes. 5.

Dilectio & mandatorū obseruatio constituent nos filios Dei.

2. Reg. 7.

nitatem comprehendere possit. Vnde cum omnem sensum excedentem, & quasi quodammodo fugientem dilectum persequitur toto mentis conatu, quia incomprehensibilis & ineffabilis est, tam immensæ claritatis iurare repercutitur, nec ultra eum persequendum existimat, quem nullo modo comprehendere posse considerat. Huic enim de Sanctis animalibus scriptum est, quia cum fieret vox supra firmamentum, stabant & submittebant alas suas: Firmamenti quippe nomine virtutes supernæ designantur, quæ alijs Angelorum cœtibus de cœlo cadentibus ipsæ in amore Dei firmiter perstiterunt. Vox verò in mente est quidam sonus intelligentiæ; sed vox alia fit sub firmamento, alia de firmamento, atque alia super firmamentum. Sanctis quippe mentibus de terrenis ad superna se subleuantibus vox fit sub firmamento, quando aliqua de visibilium naturâ, ordine, qualitate, subtiliter intelligunt, vox autem fit de firmamento, quando illorum supernorum spirituum ineffabilia & æterna gaudia pensant, vox verò super firmamentum fit, quando aliquid de diuinitatis celsitudine contemplando cogitant, de quâ quia nihil ad plenum sicuti est, comprehendere possunt, stantes & ultra progredi non volentes, humiliter alas contemplationis deponunt, & eum quem incomprehensibilem esse intelligunt obstupescunt, obstupescentes

venerantur & expauescunt, expauescentes diligunt, diligentes quandoque sicuti est conspiciunt.

Quia ergo in diuinitatis cōtemplatione dilectâ deficit, quasi iam auolantem dilectum diu consequi non potest, reuocat, & vt saltem humanitatis suæ Sacramenta, quoquo modo reuelare dignatur, implorat dicens, *reuertere dilecte mi, similis esto capree aut hinnulo ceruorum super montes Bethel*; ac si alijs verbis dicat, quoniam diuinitatis tuæ sublimitatem perfecti capere non valeo, *videmus enim nunc per speculū in enigmate*, saltem concede mihi humanitatis tuæ scrutari & intelligere veritatem, veritatis rationem, rationis utilitatem; veritatem in fide, rationem in causâ, utilitatem in causæ fine. Credimus enim te hominem factum hac ratione vt saluares genus humanum, cuius finis vita æterna est.

Sed in huiusmodi causæ actione *similis fuisti capree aut hinnulo ceruorum*, quia de stirpe Patriarcharum natus, veluti ceruorum hinnulus velociter humanæ salutis ordinem dispensasti: nam postquam prædicare cepisti, tribus & semis annis tam celebris & mirabilis negotij vniuersale bonum peregisti, passus verò cito post triduum surrexisti, & post quadraginta dies cœlos ascendisti, talisque excursus & recursus fuit quasi capree aut hinnuli ceruorum salientis in montibus.

Quod dilectâ dilectum perat reuertere, & similiti caprea quid figuret I. Cor. 13.

Christus in Incarnatione similis factus capree aut hinnulo ceruorum.

Ezech. I.
Firmamenti nomine virtutes designantur supernæ.

Quando fiat vox sub firmamento, de firmamento, & super firmamentum.

Incar-
natio
Domini cur
facta dicitur
super mon-
tes Bethel.

Apostoli
monibus
comparan-
tur.

Saltus quasi
fecerit
Christus.

Sacra scrip-
tura per
montes Be-
thel intelli-
gitur.

Sed iste recursus siue recursus tu-
us fuit super montes Bethel, id est
domus Dei quæ est Ecclesia, cuius
profectus & institutio agebatur in
excursu & cursu isto, super cuius
montes, hoc est Apostolos cætero-
que sanctos prædicatores quasi
velox hinnulus prompto tuæ gratiæ
munere concurristi, quando eos re-
pentino spiritus sancti aduentu do-
cuisti, ut quod alij per longa tem-
porum spatia vix capere possunt, i-
sti vno momento attingerent. Quo
enim velocior potuit saltus tuus su-
per hos montes esse, quam vnâ ho-
râ omnium linguarum scientiam
dare.

Harum ergo rerum omnium Sa-
cramenta concede ut intelligam,
intelligens in his meditari valeam,
ab his fide & opere non rece-
dam, fide credendo, opere pro posse
imitando. *Similis enim es capria aut
hinnulo ceruorum* in corde meo, quã-
do ista dispensationis tuæ sacramen-
ta reuoluo, quomodo scilicet ad
hæc instituenda de cælo in vterum
Virginis, de vtero in crucem,
de cruce in sepulchrum, de
sepulchro denuo in cælum qua-
si quibusdam saltibus cucurristi.
Similitudo autem ista mihi ap-
paret *super montes Bethel*, hoc est in
scripturis quas tenet & veneratur
sancta Ecclesia, quæ videlicet scrip-
turae montes sunt, propter altitudi-
nem sensuum qui continentur in
eis, ex vtilitatibus præceptorum di-

uinorum, siue ex sacramentis & re-
bus Sacramentorum.

Sed quia tota vis dilectionis hu-
ius inter dilectum & dilectam, pen-
det ex fide sacramentorum & ob-
seruatiã diuinorum mandatorum,
omissã intentione illâ quærendi,
quã Deum in suã naturã comprehẽ-
dere voluit, sed minimè potuit, cœ-
pit intendere qualiter Deum per fi-
dem & iustitiam comprehendere
posset. Si enim iuxta Iohannis vo-
cem *Deus charitãs est*, fidem verò &
iustitiam habere Deum est diligere,
profectò charitatem istam habere
est Deum habere.

Quid autem charitatem istam
dicimus, nisi omne illud bonum,
quod potest animo concepì, corde
credi, ore confiteri, opere exerceri?
nempe omne istud nemo consequi-
tur bonum, nisi qui perfectè diligit
Deum, & nemo diligit Deum, nisi
qui hoc consequitur bonum, sicut
paulò superius positum est, *dilectus
meus mihi & ego illi.*

Hoc etenim bonum quædam est
via, quæ ducit ad meliora compre-
hendenda, cuius vitæ terminus &
clausula est illud indeficiens bonũ,
hoc est vita æterna. Verum quoni-
am non parua difficultas est huius-
modi bonum inueniendi, dum sint
per pauci qui perfectam Dei chari-
tatem habeant, subdit dilecta enar-
rans ordinem inquisitionis &
inventionis huius non
facile proueni-
entis.

Vis dile-
ctionis inter
sponsam &
sponsã vnde
petenda.

I. Ioh. 4.

Bonum
quod ducit
ad summum
bonum à
paucis ap-
prehendi-
tur.

CA-

CAPVT TERTIVM.

1. **I**N lectulo meo per noctes quæsiui quæ diligit anima mea; quæsiui illum & non inueni.
2. Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram quem dilexit anima mea: quæsiui illum & non inueni.
3. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem: num quem dilexit anima mea vidistis?
4. Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.
5. Adiuro vos filie Ierusalem per capreas ceruosq; camporum, ne suscitatis neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.
6. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarijs?
7. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.
8. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi; vniuscuiusq; ensis super femur suum propter timores nocturnos.
9. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis libani.
10. Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media, charitate constrauit, propter filias Ierusalem.
11. Egredimini & videte filie Syon Re-

gem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die letitia cordis eius.

VERSVS I. TERTII
CAPITIS.

In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum & non inueni.

Lectuli nomine requies & tranquillitas mentis designari potest, quia dum à sæculari strepitu, per cogitationem quiescimus, subtilius appetendi boni qualitatem & modum inuestigare possumus, cuius boni finem intelligere, Deum est inuenire: finem autem dicimus, non quo desinat esse, sed quo perfectè incipiat esse. In lectulo ergo suo dilecta dilectum querit, quando in requie mentis suæ, bonitatis, & disciplinæ, & scientiæ rectam regulam intelligere cupit.

Lectuli nomine requies mentis designatur.

Quid sit inuenire Deum.

Sed per noctes querit, quia in subtilium rerum consideratione mentis oculus caligat, ne statim per se quod quærit videre præualeat. Vnde dilectum quem querit minimè inuenit, quia ipsa difficultas intelligendi quandam efficit moram inueniendi.

Quid sit dilectum per noctes querere, & non inuenire.

VERSVS II.

Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæsiui illum & non inueni.

Quid ergo agendum est? profecto ut ab illa quiete mentis in qua sola proprio sensu iacet, surgat ad studium requiendo etiam aliorum sensus, actiones, & cōscriptiones, ut quod per se intelligere non praeualet, ex illorum dictis & scriptis percipiat.

Per ciuitatem & vicos dilectum querere, quid sit.

Hoc est enim ciuitatem circuire, & per vicos & plateas dilectum querere, Ecclesiam percurrere & sanctorum Doctorum sententias perquirere, per latam & angustam gradientes inuestigare & si qua in eis vestigia sanctitatis sint considerare, quia nonnunquam saeculares aliquid de bono opere habent quod sit imitandum, sicut & Sancti quod sit mirandum & etiam pro posse imitandum. Lata quippe via est saecularium, angusta Sanctorum, quia multi sunt qui per latam, pauci vero qui per angustam viam gradiuntur.

Vita lata & angusta qua sit.

Matth. 7.

VERSVS III.

Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem: num quem diligit anima mea vidistis?

Quomodo dilectam circumeuntem vigiles inueniant.

Circumeuntem autem ciuitatem & vicos & plateas, vigiles inueniunt, quia studiosae menti Ecclesiae documenta inuestiganti historiae quoque quae est via quasi lata, quia aperta & ad intelligendum facilis; allegoriam quoque quae est quasi angusta via, quia subtilis & ad intelligendum difficilis, inspicienti, & si

qua in eis fidei & operationi utilia ac necessaria sint perquirenti, sancti Doctores sententijs suis & autoritatibus occurrunt, atque dilectum quem quarebat intelligenti & imitari cupienti ostendunt. Vigiles namque dicuntur, de quibus Dominus dicit in Euangelio, *beati serui illi quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes.* Sancti quippe Doctores in corpore constituti vigilabant, & adhuc vigilant doctrinam & operatione suae & proximorum utilitati, corpore vero exuti vigilant & vigilabunt scriptis & exemplis, in sui quidem remunerationem, in proximorum autem salutem. Qui videlicet vigiles custodiunt ciuitatem, quia sancti Doctores sanctam vniuersalem Ecclesiam testimoniorum & exemplorum suorum rationibus & autoritatibus confirmant & protegunt, & sanctae fidei hostibus inexpugnabilem faciunt.

Sancti Doctores cur vigiles dicantur.

LUC. 22.

Quomodo vigiles id est Doctores ciuitatem custodiant.

Tales ergo vigiles Dilecta cuncta abunda suscitatur dicens, *num quem dilexit anima mea vidistis?* num inquit in vestris scriptis & gestis potestis ostendere & probare, Deum vos ita dilexisse, ut sanè vitam vestram & doctrinam imitari dilectum sit inuenire?

Quomodo dilecta interrogat vigiles an viderint dilectum.

VERSVS IV.

Paululum cum pertransissem eos inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae.

Sed

Quomodo post transitum vigiliam dilectum inueniat.

Sed quia effectum inuentionis non elongat perseverantia inquisitionis, subiungit, paululum cum pertransissem eos inueni quem diligit anima mea: cum enim sanctorum Patrum facta & scripta aliquamdiu pertransit legendo seu audiendo, tandem dilectum inuenit intelligendo & imitari cupiendo.

Quia vero id quod intellexerit quasi inuentum dilectum fide atque opere obseruare deliberat, subsequitur dicens, tenui illum nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae. Quod autem cum desiderio & auiditate studiosè quaeritur, inuentum carius habetur & fortius tenetur. Vnde dilecta, id est sancta anima, postquam Ecclesiam circueundo & sanctorum Patrum dicta & facta frequenter inspiciendo, rectè viuendi seu docendi normam, quasi ipsum Deum intelligens Dilectum inuenit, siquidem rectè viuere & docere est Deum habere; tenet firmiter memoriâ, nec dimittit, donec alijs quoque eum docendo & agendo insinuet & in eorum sensum per fidem & dilectionem introducat, non quod post hanc introductionem tenere illum designat, sed quod alijs quoque huius gratiæ participium, & virtute diffusâ in se per spiritum sanctum charitatis secum sempiternaliter

Quid sit dilecta dilectum inuentum teneat nec demittat.

conferri cupiat. Nam dictio ista donec pro determinatione, sed pro sempiterno posita esse intelligi debet, ac si dicat, tam diu illorum tenaci memoriæ commendabo, meo illum & aliorum sensui miserando, donec ita firmetur in nobis fide & actione, ut ultra à mente nostra decidere non possit.

Loca autem introductionis huius, non putandum quod absque ratione ita distinctè & differenter ponantur, hoc est, domus Matris & cubiculum genitricis. Cum enim vniuersitas Ecclesiæ propter diuersitatem sensuum & studiorum in tria diuidatur, hoc est in paruos, mediocres & magnos; domus quidem omnes recipit, cubiculum autem non omnes; sed magnos tantum, & qui aliquid specialitatis differentius ab alijs consequuntur: domus namque quæ euidentior & amplior locus est, in quâ non tantum Dominus, sed & tota familia intrat, publicus vniuersalis Ecclesiæ locus est; cubiculum verò quidam singularis & quasi priuatus in Ecclesiâ locus, ad quem nullis nisi Ecclesiasticâ dignitate & ordine sublimatis patet accessus & introitus, quorum est professio specialiter Deo adherere. Nomina verò relatiua ut Pater & Mater quæ hoc quod sunt aliorum semper dicuntur, tribus modis accipiuntur, hoc est naturâ,

Loca quo dilecta inuentum dilectum introducit distinctè & differenter ponuntur.

Differentia domus & cubiculi.

Relatiua Pater & Mater tribus modis capiuntur,

Mater & genitrix cuiusque fidelis est sancta Ecclesia.

Quod dilecta dicitur dilectum in domum matris & cubiculum genitricis suae mystice explicatur.

naturâ, affectu, adoptione: quorum primo omisso duo reliqui modi ad huius loci Matrem vel genitricem aptari possunt. Mater enim cuiusque fidelis est sancta Ecclesia affectu & adoptione, quia ei quem sibi per fidem adoptrauerit in filium, sanctè & iustè viuenti semper suum pandit affectum. Et vt aliquid hic distinguamus, dicamus genitricem quoque eius esse, secundum hoc quod eum generat, ad sanctae vitae honestatem & vtilitatem informando, vel sacrae scripturae paginis instruendo, sicque in virum perfectum virtute & scientiâ, iuxta mensuram quae adiutrici placet gratiae educando.

Introducitur igitur dilecta dilectum in domum matris suae, quando Deum quem agnoscit fide & opere, sanctae Matris suae Ecclesiae filius, hoc est paruis, mediocribus, & magnis ostendit, & sanctorum exemplis actuum, & diuinarum documentis scripturarum, quas nunc ad solam profert literam, nunc ad mysticum interpretatur sensum, vt eas omnes, hoc est parui, mediocres & magni pro sua quique capacitate attingat; parui quidem ad literam tantum, mediocres & ad literam, & ad mysticum sensum, sed ex parte & non perfectè; magni & ad literam & ad mysticum sensum, non ex parte, sed perfectè, & qui adhuc altera, & alijs quasi inscrutabilia inuestigare & intelligere possunt. Vnde eis tantum dilectus in cubiculo geni-

trix ostenditur, quia eis subtilitas & discretio praceptorum & quaedam arcana discussio sacramentorum diuinorum ex secretò erudientis Ecclesiae aperitur.

Potest autem ista dilectae inquisitione, inuentio, & introductio, hoc etiam modo accipi, vt ad praecedentem sensum, in quibusdam aliter, in quibusdam vniformiter dicantur. Aliter enim Lectuli nomine carnalis voluptatis dissolutio secura, & securitas dissoluta intelligi potest, vbi quia peccati nox est, Christus non inuenitur; quo circa de hac inutili & miseriâ quiete, peccator proprio animi studio surgat, & vt vniformiter iuxta superiorem sensum dicamus, sanctam Ecclesiam pia intentione percurrat, cuius vigiles, id est Doctores pertransiens, legendo & audiendo discat qualiter mores corrigat, Deumque quem in lectulo malae securitatis, inuenire non poterat, in ciuitate virtutum inueniat, atque tam diu proficiendo crescat, quousque eum introducat in domum Matris suae, quam est aliter dicere mundum istum qui est locus & habitatio humanae propaginis, veluti Matris vniuersalem hominem procreantis. Apertè enim omnibus praedicat, quanta sibi fecerit Deus, & ad sui exemplum prouocans hortatur, quatenus carnali voluptate contempta, obliuiscantur domus huius Matris suae saeculum relinquendo.

Cumque hoc modo introduce-

Dilecta inquisitio, dilecti inuentio & introductio alio modo interpretatur.

Introduci dilecti in domum ad

vitam acti-
uam, & in
cubiculum
ad contem-
platiuam
vitam ordi-
natur.

rit dilectum in domum Matris suæ per actiuam vitam, postremò tantum proficit, vt eum introducat per contemplatiuam vitam in cubiculum, hoc est in secreta solitudinis siue heremi, siue monasterij, quod est vniformiter dicere genitricis id est Ecclesiæ, quæ eum generat, nutrit, & informat, ad honestatē monasticæ vitæ, quam ipse postmodū tantā virtutum excellentiā præcellit, vt eius exemplo & doctrinā magis ipsa Ecclesia proficiat, quam ipse antea eius eruditione profecerit, hocque sit dilectum introducere in cubiculum genitricis suæ.

Simplices
in Ecclesia
anima, filia
Ierusalem
cur appellē-
tur, & non
filii.

Cuius studium & propositum diligens & laudans dilectus filias Ierusalem id est simplices in Ecclesia animas alloquitur quæ idē dicuntur filia non filij, quia præ infirmitate mentis nondum possunt ad ea conscendere ad quæ perfecti quiq; virilitate animi peruenēre. *Adiuuro vos, inquit, filia Ierusalem &c.*

VERSVS V.

Adiuuro vos filia Ierusalem per capreas ceruosq; camporum, ne suscitatis neq; euigilare faciatis dilectā, donec ipsa velit.

IN cubiculo enim monasticæ cōuersationis quiescentibus mente & corpore, sæpe talis causa prouenit, vt necesse sit illum contemplatorium oculum aliquantisper deponere, & proximorum utilitati vel necessitati in aliquibus prouidere. Sed quia sunt aliquæ infirmæ

Vitæ actiua
vel contem-

mentes, quæ hoc à Præpositis suis frequentius fieri volunt, & magis vt ad exteriora suscitentur & euigilent exigūt, quasi quibusdam adiurationibus prohibentur, sententijs & auctoritatibus Patrum per latitudines sanctarum Scripturarum discurrentium, sed vt potius eorum arbitrio relinquunt, qui per spiritum discretionis intelligunt, quo loco & tempore ad hoc officium debeant euigilare.

Quasi enim quædam caprea & cerui sunt sanctarum sententiæ Scripturarum, siue ipsarum auctores sententiarum, quia dum terrena relinquenda & cœlestia appetenda proponunt, quasi quosdam saltus de terris ad cœlos ostendunt, dumque feruentes & sollicitos in bono opere esse præcipiunt, quandam mentis agilitatem eis habendam prætendunt: scriptum est enim, *que*

sursum sunt sapite non que super terram, que sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: & alibi, nostra autem conuersatio in cœlis est: & in alio loco, festinate ingredi in illam requiem: & iterum, festinantes & properantes in occursum Domini: & alibi, sic currite vt comprehendatis: & Dominus in Evangelio, currite dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant: & alibi, leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra: & in Psalmo, beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum.

Sententiæ
Scripturarū
capreis &
ceruis quare
assimilētur.

Coloss. 3.
Philip. 3.
Hebr. 4.
Amos. 4.
I. Cor. 9.
Ioh. 12.
Luc. 21.
Psal. 83.

Ecce caprea & cerui diuinorum cam-

Q

camporum, quæ ostendunt vtilius esse, in cubiculo contemplationis dormire, quam ad exteriora negotia vigilare, non quod omnino ista omitti debeant, quando proximorum exigit vtilitas vel necessitas, sed quod melior sit pars Mariæ, quam Marthæ.

His ergo alijsque similibus sententijs quasi quibusdam percantationibus adiurat dilectas filias Ierusalem, ne leuiter & sine causâ cōpellant proximios de intimâ quiete descendere, & ad exteriores actiones migrare. Vnde vos ô filia Ierusalem, quæ visionem pacis videtis, ita tamen si spiritu ambulatis, & facta carnis mortificastis, caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, quorum bellis carere, est visionem pacis videre, semper sanctæ contemplationis secretum diligite, semper dilectum istum, hoc est, Dominum Iesum Christum in cubiculum mentis vestræ introducere studete, vt cum vos Spiritus diuinæ charitatis assumpserit, & omnia terrena despiciere docuerit, *audiat cum Propheta post vos vocem commotionis magna, benedicta gloria Domini de loco suo.*

Quid est Ierusalem id est visionem pacis videre spiritualiter.
Rom. 8.
Gal. 3.

Ezech. 3.

Parznesis ad *Locus enim gloria Dei estis, quando*

eum per amorem sanctitatis in cordibus vestris suscipitis; & si quid virtutis & gratiæ per humilitatem, patientiam, obedientiam, & castitatem, aliaque pietatis opera ex vobis respergitis, gloria Dei est, ex quo & per quem id habetis, atque idem ipse benedicitur, in cuius laudem & gloriâ proficit totum, quod in vobis honestatis & disciplinæ conspicitur.

Hæc est enim vox commotionis magnæ, quia qui per Spiritum subleuantur, tantâ compunctionis gratiâ commouentur, vt grauibus se lamentis afficiant, vel quod adhuc peccatis suis obligantur, vel quod tam diu à cœlestis vitæ gaudijs differuntur.

Post vos quoque vocem commotionis magnæ auditis, quando huius sæculi tumultus, & gaudia fugitiua attenditis, sed ea amore æternorum gaudiorum animo postponitis, atque ea quæ retro sunt obliuiscetes, & in futurum vos extendentes, sequimini ad palmam supernæ vocatōnis, vt huius vocis auditio, sit vestra non parua consolatio, dum dicitur, *benedicta gloria Domini de loco suo.*

Virgines cō expositione quomodo fiant locus gloria Dei, & quæ sit vox commotionis magnæ quæ post se audite debent.

D. VVOLBERONIS
ABBATIS SVPER CANTICVM

CANTICORVM SALOMONIS.

PROOEMIUM.

4. Reg. 3.

Legimus in Historia Regum, quia cum Helisæus Propheta interrogatus esset à Rege Israel dicente, quare congregavit nos Deus tres Reges vt traderet in manu Moab; post aliqua, *adducite, inquit, mihi Psalten. Cumq; caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, & dixit facite alueum tonentis huius fossas & fossas.* Patet in hac re spiritum Prophetiæ Prophetis non semper adesse; ideoque Propheta quiescente in se spiritu, adduci fecit Psalten, vt canente psalte, spiritus qui in eo quodammodo quiescebat concussus suscitaretur, & videret sibi super quo interrogabatur.

Applicatio
Historiæ.

Sed quorum huius exempli prolatio? profecto ad vestram ô dilectæ Sorores & ad meam spectat intentionem. Nam quia humilitati vestræ videbatur, quod Spiritus Sanctæ dilectionis in vobis quiesceret, & quasi otiosus esset: utile ac necessarium iudicatis aliquē vobis adducere psalten, quo canente ille qui in mente vestra quasi obdormierat spiritus excitaretur, duplicem vt reor ob causam; siue vt quemadmodum Saulis furorem David canens mitigauit, ita si quid subito inæqualitatis menti vestræ surriperet, canētis dulcedine cōponeretur, siue

si quid minus feruoris in diuina dilectione vester haberet animus, quādā intima vi carminis accēderetur.

Cum ergo hæc vestra esset intentio nescio quo spiritu meam paruitatem nihil tale canere sciētem adduxistis, & huius psaltis mihi officium iniunxistis. Quid agerem? in vna parte affectus vester impellebat in altera parte ingenij mei periculum repellebat. Tandem de adiutorio Dei & orationum vestrarū suffragio præsumens; psaltes vester esse quamuis indoctus non refugi, quoniam apud dilectionem vestrā, excessum meum facile fore æstimavi, & quod iuxta magni oratoris sententiā virtus quam charitas sequitur, minimè repudianda est. Sed quæ est virtus mea? parua certè, & quæ penè nullius sit potentia in tãti officij arduo opere: Si quid tamen aliquo modo potest charitas, hoc administrat.

Humilitas
Authoris.

Sed hæc quidē vestra fuit intentio, porro mea fuit intentio parere rogantibus, & aliquid canere vnde vester excitaretur spiritus. Ecce autē imperitia obstat beneuolentiæ; dum hoc periticiatoris esse debeat, vt sciat & prodesse & delectare iuxta illud Flacci; *Omne tulit punctum qui Horatius miscuit vtile dulci.*

Officiū pe-
riti catoris.

Q 2

Ferunt

Cantus Or-
phei & Iulus
Amphionis
quid mora-
liter desig-
nent.

Ferunt sæculares literæ, quod quidam Orpheus cantu suo lenierit tygres & leones, per similitudinem scilicet, eo quod bestiales & syluestres hominū mores rationali orationis suæ sententię edomuerit. Amphion quoque dictus est saxa mouere sono testudinis, & prece blāda ducere quo velle, eo quod duos & incompósitos hominum mores recte & suauis rationis modo composuerit. Magna ergo est peritia canentis carminis sui modo mutare animos audientium. Sed ego non æstimo huius meæ inchoatę cantionis modum apud vestrā sanctitatem ad hoc valuisse, non propter vestri ingenij tarditatem, sed propter meæ incitię densitatem. Nam imperitus cantor est, qui nescit proprietatem vocum & modorum, *Et cytharædus, ridetur, chorda, qui semper oberrat eadem.* Vnde post aliquam decantatam huius excellentissimi Cantici partem decreueram potius silere, quàm ultra tantas meas ineptias detegere.

Imperitus
Cantor quis

Horatius.

Sed quia nonnunquā ab imperito artifice factam de eadem materia formam peritus artifex operosè reformatam facit quasi alterā; & peritus cantor carmini dissono & quasi discolorato reddit propriū perpurū & integrū colorē: Ego quoque ex hoc animatus eausā dilectionis vestrę ad ea quę relinquere cogitavi cū adiutorio Dei reaccingar, vt si aliquod detortū & incompositum opus fecero, doctus aliquis &

peritus materiam inueniat, vnde ingenium suum meliorem illi & vtiliorem siue viuaciorem adquirendo formam & colorem exercent, si tamen ipsum opus rasuram vel meritam effugerit flammam.

VERSVS VI.

Que est ista qua ascendit per desertum, sicut virgula sumi ex aromatibus myrræ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?

IAM dilecta dilecti cubiculum intrauit, iam aliquantulum osculo illius appropinquare cępit, quia ab illecebris & curis vitę sæcularis euolauit, à quibus fugiens se elongauit, & in solitudine sui corporis & animi mansit. Solitudo autē corporis est; quietū esse in loco sibi deputato neque vagari per exteriores sensus circa mūdi huius negotia vel locutione vel actione. Solitudo vero animi est, nullis exterioribus occupari vel cogitatione vel volūrate.

Quid sit solitudo corporis.

Quæ sit solitudo animi.

Quæ nimirū solitudo magna est mentis ascensio. *Mirantur a. filia Ierusalem mirabilem dilectam ascensum per desertum, quia infirmæ mentes valde stupent & laudant singularem vitā soli Deo vacantium & nullā curam mundialis honoris & commodi habentium.* Ait ergo. *Que est ista qua ascendit.* Sed priusquā huiusmodi describamus ascensum, consideremus quod & quale sit desertū per quod sit iste ascensus. Primoq; intelligamus & ascensū & desertū vtrumq; æquiuocè appellari, quia vno nomine diuersa significare possunt. Ascensus quippe est

Horum solitudo est mentis ascensio.

Quid sit desertum hoc loco.

pe est corporis ascensus & cordis. Desertū Ecclesia gentiū; desertū Synagoga Iudæorū; desertū mūdus, desertū separatus aliquis locus; desertū exēptus omnib⁹ mūdi curis animus.

Desertum autem dicitur à deserendo, eo quod deserat & deseratur, quia & deserit continentem & deseritur à continente: v.g. Mundus deseret se continentem, quia nullo modo potest accidere sui affectione ad animam sanctam omnia huius mūdi pro nihilo reputantem. Deseritur à continente quia nulla ratione consentit anima sancta mundi voluptatibus vel actionibus comunicare, ne ab eo forte retenta, difficile aut nunquā possit euadere.

Continentiā vero istam appellamus & secundū generalē corporis sitū, qui est bonorū & malorū: & secundū animi sitū qui est speciali ter bonorū, & specialiter malorum iuxta affectionē boni & mali.

Situs corporis locus est exterior: situs animi locus interior: Et non nunquā prodest vel obest locus exterior loco interiori. Diximus autē paulo superius, Desertū mundū siue aliquē locū sepositum, siue exemptū à mundi curis animū. Exempto autem à mundi curis animo obest mundus nō secundū substantiā sui, sed secundū malitiā suā affectionē; Prodest vero sepositus locus non secundum naturam sui, ad secundum quietem & mundam ab eo strepitus remotionem. Prodest ergo secundum hoc & obest locus ex-

terior loco interiori. Dicamus ergo quare singula illa quæ supra posuimus deserti nomine nuncupentur.

Ecclesia quippe gentium quamdiu in gentilitate mansit desertum quodam fuit, quia nondum in ea religionis alicuius cultus & sacrarum legū vel sanctionum frequentia erant, sed quasi bestiarum cubilia propter bestiales hominum mores, in quibus ipsa ratio & lex naturalis ita fuerunt sopita vt non possent discernere, quid honestatis propriæ vitæ, vel quid reuerentiæ & subiectionis creatori deberent. De hoc enim deserto dicit psalmista pinguescent speciosa deserti. Quid namque sunt speciosa huius deserti, nisi sacramentorum sanctionumque venerabilium saluberrima & decentissima instituta? quæ tunc pinguescere ceperunt, quando Sanctorum Patrum documentis & autoritatibus ad maiora honestatis & reuerentiæ incrementa profecerunt. De quo deserto per Esaiam Dominus dicit, ponam desertum in stagnum aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Desertum quippe in stagnum aquæ & terram inuiam in riuos aquarum posuit, quando gentilitati, quæ præ ariditate mentis nullos bonorum operū fructus ferebat, fluentia prædicationis dedit, & ad quam præ asperitate suæ siccitatis via prædicatoribus nō patebat, doctrinæ postmodum riuos emanare fecit. Cui & in alio loco per eundem Prophetam repromittit dicens, latabitur

Ecclesia gentium cur desertum dicatur.

Pf. 64.

Esa. 14.

Quando Deus posuerit desertum in stagnum aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.

Esa. 35.

Q3 deserta

Desertum vnde dictum.

Quomodo mundus deserat & deseratur.

Quod hoc loco per continentiam intelligatur.

Quomodo proficit vel obest locus exterior loco interiori.

deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi liliū: lætabitur fide, exultabit actione, florebit virtutum decore, vt quasi liliū odore bonæ vitæ redoleat, eādore mūditiæ niteat, medicinā intimæ salutis valeat.

Iudæa cur desertum dicatur.

Iudæa quoq; desertum dicitur, à quibus testamentum, & legislatio & omne ius sacrificiorum & ceremonialium migravit, ita vt templo destructo & ciuitate desolatâ, tota in eis regalis & Sacerdotalis dignitas, omnisque ritus solemnissimus cessauerit, ipsi autē per diuersas regiones dispersi desolationis huius signū portent. Quod Dominus eis in Euangelio futurum prænuntiavit dicens,

Matth. 23. *relinquetur vobis domus vestra deserta:*

& in Ieremia scriptum est, *precipitavit Dominus, nec pepercit omnia speciosa Iacob, destruxit in furore suo.*

Thr. 2.

Mundus cur desertum dicatur.

Mundus quoque Desertū nuncupari potest non corporaliter sed spiritualiter, quia quanto plus peccatorū fordibus cumulatur, tanto plus diuinæ gratiæ præsentia desolatur; scriptum est enim, *terra in solitudinē redigetur*: terra quippe in solitudinē redigitur, quia mens terrenis curis & voluptatibus occupata, virtutū conuentu desolatur.

Esa. 13.

Sepositus quoque locus desertum vocatur.

Sepositus quoque locus desertū dicitur, quia vbi nullus secularium negotiorum vel forensium actionū accessus est, illud quædam solitudo non incongruè nuncupatur. Vnde cum psalmista, tribulationes, inimicorum & molestias iniquitatum, & conturbationes cordis tales præ-

mitteret, vt etiam mortem exinde formidaret, tandem in se reuersus, dixi, inquit, *quis dabit mihi pennas* Psal. 54. *sicut columba, & volabo & requiescam?*

Demumque salubri reperto cōsilio, ecce, inquit, *elongaui fugiens & mansi in solitudine, expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.* Et Dominus post baptismum ieiunaturus in desertum ductus est, vbi à Diabolo tentatus nostras in se tentationes triumphauit, ostendens eos qui vitam quietam diligunt, tentationibus quidem fatigandos sed Dei adiutorio per ieiunia & orationes liberandos.

Tentatio Christi in deserto quid figurauerit.

Desertum quoque est animus ab omnibus mundi curis remotus, quia quanto minus ea quæ mundi sunt cogitat, tanto magis à carnalibus desiderijs cor solitariū portat: Vnde Dominus in Euangelio, cum, inquit, *orabis, intra in cubiculū, & clauso ostio ora Patrem tuum*; orātes quippe cubiculum intramus, quando in secreto cordis nostri soli stamus, & Deo tantum quæ rogamus sine voce aperimus: ostium quoque claudimus, quando sensuum nostrorū exteriorum aditum obstruimus, ne per eos ad cor aliquid, quod preces nostras impedire possit introducatur.

Desertum item dici potest animus à mundi curis remotus.

Et hæc est solitudo animi valde necessaria vnicuique Deum quærēti, & inuenire cupienti.

Quid sit clauso ostio intra cubiculum orare Patrem.

Diximus autē superius ascensum esse & corporis & mentis; sed hoc loco solummodo de ascensu mentis considerandum, qui non fit nisi per desertum

Ascensus
mentis non
fit nisi per
desertum.

Ecclesia
quomodo
per deser-
tum ascen-
dat.

Ecclesia vir-
gula fumi
quando fue-
rit.

deterrū. Quamdiu enim mēs mūdi
huius curis & tumultibus implica-
tur, ad altitudinē virtutum minimē
valet ascēdere, sed primo quārenda
est solitudo corporis & mentis, vt
dum nulla exteriori vel interiori
inquietudine mēs abducitur, liberi-
tūs ad studiū boni operis subleuetur.

Sancta itaq; Ecclesia quæ ex duo-
bus populis ex præputio & circūci-
sione venientibus collecta est, per de-
sertū perfidię ascēdit, quādo infideli-
bus ex utroq; populo in perfidiā re-
manentibus, ipsa inter eos, fide, spe,
charitate, admirāda virtutū culmi-
na excreuit. Et quanto grauius eis
persequentibus contrita, & quasi
cominuta est, tanto altius ex S. Spiritu
igne fumum sanctitatis rectitu-
dine & rigore vitę & doctrinæ pro-
duxit. Vnde subditur. *Sicut virgula
fumi ex aromatibus myrra & thuris, &
vniuersi pulueris pigmentarij.*

Quasi Virgula fuit, quia recta &
rigida in fine & operatione permā-
sit: virgula autē fumi fuit, quia ipsa
rectitudo & fortitudo ex diuini a-
moris igne fumuit. Quenā vero fuit
materia, in quā iste diuin⁹ cōcaluit
ignis? nimirū fides, spes, & charitas,
quę per species signatur aromatum
myrrhæ & thuris, & vniuersi pulue-
ris pigmentarij. Myrra autē succū a-
marum habet & ea etiā mortuorū
corpora condiuntur, ne putrescant,
thurs vero in sacrificiū Deo offertur,
porrō ex vniuerso puluere pigmen-
tarij præciosissimū cōficitur vnguē-
tum. Noñe facti cū pro orthodoxa

fidei integritate seruādā, ab infideli-
bus & hereticis ipsius fidei corrup-
torib⁹ persecutiones & mortes mul-
tas & varias perpessi sūt, myrrā fu-
mātis fidei quasi in cœlū emisērūt?
nā per totū orbē iste fidei & passio-
num fum⁹ ascendit, qui incredulos
& persecutores miraculorū acerbis-
sime excæcauit & fugauit, credētes
vero quasi fūauit odore & illumina-
uit & cōfirmavit. Cum autē in cul-
tu Dei & factā religione feruentes
pro statu Ecclesię & adipiscēda quā
sperabāt æternā beatitudine, orati-
onibus iugiter instabāt, noñe etiam
th⁹ fumātis & redolētis spei protu-
lerunt? nisi enī firmā spem futurorū
bonorum haberēt, nequaquam pro
his assequendis Deo assiduē suppli-
carēt. Cum verò fide & spe fortes,
cum Apostolo dicere poterāt, *certus
sum quod neq; vita, neq; mors, neq; Angeli
neq; principatus, neq; virtutes, neq; instā-
tia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitu-
do, neq; profūdū, neq; creatura aliqua po-
terit nos separare à charitate Dei*, nonne
vniuersi pulueris pigmentarij odorē
in subline sparserūt? quid enim est
charitas, nisi vniuersus pigmentarij
puluis? charitas nempe virtus est v-
niuersalis, quia omnes eius radice
prodeūt virtutes, atq; ideo vbicun-
que est aliqua virtus, ibi est cha-
ritas.

Quis vero iste pigmentarius, nisi
spiritus sanctus, qui gratiā suā hunc
vniuersalem componit puluerem?
*charitas enim Dei diffusa est in cordibus
nostris, per spiritum sanctum qui datus est
nobis.* Rom. 5.
Videamus.

Per Myrram
thurs & vni-
uersum pul-
uerem pi-
gmentarij
fides, spes, &
charitas, in
fidelibus
figuratur.

Rom. 8.

Pigmentari-
us spiritus
sanctus est.

I. Cor. 13.

Videamus ad quātam subtilitatem quasi in puluerem Apostolus redegit charitatem, dum eius partes enumerans, *charitas, inquit, patiens est, benigna est non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Ecce in quot partes diuisis charitatem, quatenus per has determinatas partes insinuet, quod quaecunque vltima, & de toto corpore boni minutissima fuerit virtus, hæc sit charitatis atomus. Vbi autem omne dicitur, nihil excipitur; omne ergo bonum charitas est: igitur sicut vniuersus puluis pigmentarij ex vniuersis prætiosis speciebus cōficitur, ita charitas ex vniuersis animi virtutibus componitur; vt non incongruè vniuersi pulueris pigmentarij significatione notetur, vbi enim aliqua virtus deest, perfecta charitas non est.

Vnaquæque etiam dilecta Deo anima per desertum huius mundi ascendit, quando spretis & postpositis omnibus eius curis & negotijs atque oblectamentis, ad caelestia semper tendit, virtutum progressibus, & quamuis in mundo detineatur corpore, in caelestibus tamen versatur mente. Per desertum quoque sepositi loci ascendit, quia quāto remotior est à conuersatione hominum, tantò propinquior Deo per cōtemplationis virtutem effici-

Fidelis anima quomodo dici possit per desertum ascendere.

tur. Per desertum quoque animi ascensionem facit, quia quāto animus, minus circa exteriora occupatur, & quanto magis cogitationum inutilium frequentia deseritur, tanto magis diuinitatis amore & bonorum actuum delectatione subuehitur. Et hoc sicut virgula sumi ex aromatibus myrræ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij, vt iuxta superiorem sensum ipsa quoque virgam æquitatis habeat, fide, spe, & charitate, per gratiam Spiritus sancti. In hac etiam valle lachrymarum myrra laboris & patientiæ in conspectu Dei fumet, perpendens quia non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Thus quoque purissimum orationum infantia accendat, cuius suauis odore delectatus Deus benedictionis suæ gratiam ei conferat, per quam prole virtutum crescat & multiplicetur. Vniuerso verò puluere pigmentarij redoleat, vt spiritu humilitatis & animo contrito, omne sanctitatis officium Deo exhibeat; sacrificium enim Deo spiritus contribulatus: quasi enim in minutissimum puluerem cribratur, quando per valde humilitati cordis contractionē in summis virtutibus positus ante Dei oculos extenuatur. Minutissimo namque huius contractionis & humilitatis puluere sancti spiritus igne succensus David fumigabat, cum dicebat, *ego sum vermis & non homo*, & cum in alio loco canem se mortuum & pulicem cōmemorabat

Rom. 8.

Ps. 50.

Psal. 21.

1. Reg. 26.

cō- 24.

memorabat

Psal. 21. ego sum vermis & non homo, & cum in
1. Reg. alio loco, canem se mortuum & puli-
26. 24. cem commemorabat, & in Psalmo di-
Psal. 105. citur Moyses stetisse, in confractio-
 ne in conspectu Dei, vt auerteret iram eius.
 Quanta enim contritione spiri-
 tus & compassionis virtute conte-
 rebatur, quando pro peccato po-
 puli orans dicebat ad Deum, aut
Exod. 32. dimitte eis hanc noxam, aut si non facis,
 dele me de libro tuo quem scripsisti:
2. Cor. 15. Paulus quoque humilitatis deie-
 ctione comminutus, *minimum se A-*
postolorum nominat, pietatis au-
 tem & compassionis confractio-
 ne contritus, optat pro fratribus ana-
Rom. 9. thema fieri.

Ascensus autem iste sicut vir-
 gula fumi fuisse dicitur; fumus autē
 cum ascendit, ita paulatim ascen-
 dendo deficit, vt omnino videri nō
 possit; quia tanta est in sanctis con-
 templativæ vitæ subtilitas tanta
 sanctæ conuersationis per deser-
 tum intimæ solitudinis sublimitas,
 vt magis effugiat animos demi-
 rantium, quàm teneatur confide-
 ratione imitari cupientium, vt dum
 comprehendere sequendo non
 præualeat, in ipsa sui consideratione
 deficiat.

VERSUS VII.

*En lectulum Salomonis sexaginta
 fortes ambiunt, ex fortissimis Israel.*

Non repugnat vt reor rationi,
si lectulum Salomonis huius

tripliciter accipiamus, siue vniuer-
 salem Ecclesiam, siue sancti cuius-
 que animam, siue sanctam vtrius-
 que testamenti scripturam, non
 quod locis comprehendatur, qui
 incircumscribitur est, sed quod gra-
 tiarum & salutarium effectuum
 concessio & conseruatio sit ipsius
 in aliquo supradictorum, saluans,
 custodiens, & gubernans requie-
 tio.

Ecclesia nempè vniuersalis hu-
 ius Salomonis, id est, veripacifici
 nostri Domini Iesu Christi lectulus
 est, quia in ea requiescit per saluti-
 feram mandatorum suorum obser-
 uantiam, & viuificatricem Sacra-
 mentorum suorum concorpora-
 tionem, quam ei exhibet sub spe-
 cie sacramentalium rerum, pacifi-
 cans ea, quæ in cælo & in terra sūt,
 vt fiat quasi vna respublica huius
 magnifici Imperatoris, vna videli-
 cet Ecclesia, & quæ gaudet in pa-
 tria, & quæ adhuc peregrinatur in
 terra. *Caput enim Ecclesie Christus, ipsa
 verò corpus Christi:* & sicut corpus si-
 ne capite non viuit, nec aliquid po-
 test; & sicut caput non est vitale si-
 ne corpore, sic & Christus nulli
 confert vitam sine vnitatem corporis
 Ecclesie. Vnum ergo sunt Christus

& Ecclesia, quia cum caput à cor-
 pore suo sit indiuisum, quisquis pa-
 cem & vnitatem Ecclesie non ha-
 bet, nec Christum habet: vnde &
 in ipso sacramento Sacramento-
 rum corpore scilicet & sanguine
 Christi, capiti corpus, hoc est
 R Christo

Lectulus
 Salomonis
 tripliciter
 accipitur.

Quomodo
 per lectulū
 Salomonis
 vniuersalis
 Ecclesia
 intelliga-
 tur.

Christus
 capiti, &
 Ecclesia
 corpori
 compara-
 tur.

Christo Ecclesia cōsacramētalis, & concorporalis efficitur: suo & illius mysterio, quando mysterium Christi in veritate corporis sumptum nulli prodest, nisi mysterium Ecclesiae, societatem scilicet Ecclesiasticam eodem sacramento assumpserit; quia cum, sicut diximus Christus à corpore suo, hoc est Ecclesia sit indiuisus; in Sacramento suo idem Christus veraciter sumi non dicitur, nisi sumatur vniuersus suo & Ecclesiae mysterio eidem Ecclesiae concorporatus: ipse enim dicit, *qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo.*

Ioh. 6.

Vbi ergo magis requiescit Christus quam in Ecclesia, quae quotidie corpori & sanguini eius participando ipsi concorporatur & quasi vnum efficitur? vnde qui se ab vnitae Ecclesiae malè viuendo vel prauè docendo praecidunt, quia in Ecclesia non manent, cum Christus & Ecclesia vnum sint, in Christo non manent, atq; ideo cum corpori eius participant, sumunt quidem eum in veritate substantiae, sed non sumunt ad effectum salutis suae. Hoc enim est eum non veraciter sumere, quia non sumitur vniuersus, quoniam quidem cum in altari, Ecclesia, vt dictum est, concorporalis & consacramentalis sit Christo, vniuersum corpus Christi, caput scilicet cum membris non sumit, qui cum extra Ecclesiam sit, se ipsum

Quid sit veraciter & vniuersum Christum sumere.

Christo & Ecclesiae in vtriusq; sacramento non vnitur. Sumit quidem ipsum sacramentum secundum essentiam sui, quod aliquibus ad vitam, aliquibus ad exitium prouenit; virtutè verò & rem sacramenti non sumit, quia cum haec sit virtus & res sacramenti, vt inuicem se diligendo, de vnitae corporis Ecclesiae sint, quicumq; de eo participantur, quod nulli ad exitium, sed omni credenti proficit ad salutem, quicumq; tantae societatis conformante & vniente Christo, verè participes non fuerint. Christum veraciter non sumit, dum non ad salutem sui, sed ad iudicium, sumere comprobetur: nam cum ipse Christus praecipiat dicens, *si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offers munus tuum,* ostendit, munus non accipiendum, vbi offerentis animus vinculum pacis & charitatis non habuerit. Quod si haec vnitas, singulariter inter commembra non conseruata, offerentium munera repellit, quanto magis totius corporis Ecclesiae vnitatem deserens, nec munus offerre, nec oblato participari poterit?

Aliud est essentiam sacramenti, aliud rem sacramenti participare.

Matth. 5.

Sed lectulus iste est Salomonis, id est pacifici qui dixit, *pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis,* confederantis quae in caelo sunt & in terra, quia cum vnum sit corpus Christi Ecclesia, quae partim in caelo cum

Salomon pacificus interpretatur.

Ioh. 14.

Christi

Christo regnat, partim adhuc peregrinatur in corpore, quicumque ab unitate huius peregrinae partis recedit, illius superne partis consortium non meretur, quoniam quidem cum unum sint secundum virtutem & rem Sacramenti, hoc est Ecclesiasticae unitatis, quamvis nondum vno sociantur loco, ita tamen iunguntur spiritu, ut quisquis unam non habet, alteram non habeat. Unde in lectulo isto huius pacifici, hoc est in Ecclesia, in qua adhuc Christus per Sacramentorum velamina requiescit; quisquis per penitentiam amissam receperit unitatem, illi quoque quae in supernis est sociari meretur, illo veniente, & rem corporante, qui reconciliauit nos Deo per sanguinem suum.

Per lectulū Salomonis sancti yniuscuiusque animae quoque signatur. Sap. 7.

Sancti quoque cuiusque anima lectulus est huius veri pacifici nostri, quia cum anima iusti dicatur sedes sapientiae, ibi nimirum suauiter quiescit Deus, ubi sapienter, rationabiliter, & honestè, ipsa sapientiā gubernante eiusdem requietionis disponitur locus; ubi mens per gratiam ita Deo copulatur, ut cum eo vnus spiritus efficiatur, cuius unitatis Sacramentum, omnem confert salutis effectum, sicut ipse saluator dicit, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Cum enim ad omnem bonitatis & disciplinae fructum mens impotens sit sine cooperante gratia, tantum huius coniunctionis ei confertur virtus,

Ioan. 15.

ut cum omnipotens sit, cui per unitatem spiritus copulatur, omnipotens quoque & ipsa per gratiam efficiatur, sicut ipse dicit, *omnia possibilem credenti.* Si enim Sancti Deo coniuncti Dij dicuntur, ille quidem essentialiter, isti verò nuncupatiuè, non videtur inconsequens, ut cum omnipotenti per unitatis Sacramentum concorporentur, omnipotentiae quoque eius quodam suo modo participes efficiantur, qui possint cum Apostolo dicere, *omnia nobis cum illo donauit*; nam quibus omnia cum illo donauit, quando omnipotentem non habent, nihil est quod in ipso & per ipsum non possint. Sed talis mens lectulus determinatè dicitur Saluatoris, id est pacifici, quia ubicunque iste pacificus per gratiae suae dignationem quieuerit & mansionem fecerit omnis sopitur carnalis affectionis spiritui repugnans aduersitas.

Marc. 9. Deus essentialiter Deus, Sancti nuncupatiuè Dij dicuntur.

Rom. 8.

Porro lectulus iste Salomonis huius, diuina quoque non absurdè accipitur scriptura, quia in ea Christus requiescit per praceptorum suorum documenta & virtutum exempla, ubi praedicatur huius pacifici testamentum, quod in morte sua confirmauit, videlicet pacis & dilectionis praecipuum, cum dicit, *mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi vos*, Cuius dilectionis plenitudo gemina constat relatione Dei videlicet & proximi, in qua *tota lex pendet & Propheta*, quam quia

Per lectulū item Salomonis diuina scriptura accipi potest.

Ioann. 13.

Matt. 22.

tora vtriusq; testamenti continet pagina, quæ nihil vtile vel honestum absq; ea discernit; non immerito sacra scriptura huius pacifici lectulus nuncupari potest. Ibi enim à legente & in ea meditante inuenitur Christus, ibi potest intelligere, quid credere, quid sperare, quid amare debeat, & hanc triplicem virtutem habere, Deum est habere, ad quem aternaliter habendum, fide, spe, charitate, ducitur & confirmatur. Ibi Christus latens & quasi quiescens agnoscitur & suscitatur, quia in mentibus legentis postquam intelligitur, si fidei & bonorum operum gressibus animus mouetur, quasi Christus quiescens suscitatur. In Evangelio namq; scriptum est, quod Christus in fractione panis est agnitus, qui in forma peregrini latebat, quia scriptura diuina quæ est cœlestis ille & viuus panis Christus non intelligentibus peregrina est, sed cum fuerit per expositionis confectionem distributa, Christus qui in eâ latebat, intelligentis mente agnoscitur.

Sed videndum quid sit, quod hunc Lectulum pacifici huius dicuntur ambire sexaginta fortes, ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios & ad bella doctissimi. Multi enim hunc lectulum dissipare, & istum pacificum auferre conati sunt; quidam vanis & irreligiosis cultibus, quidam peruersis moribus, nonnulli prauorum dogmatum erroribus, quibus isti fortes fortissimè restiterunt

factis, dictis, & scriptis, tenentes gladios verbi Dei, & ad huiusmodi hostes debellandos doctissimi, primo quidem sancti Apostoli atq; Apostolici viri, deinde sancti Martyres, denique sacerdotes, qui omnes fuerunt ex fortissimis mente Deum videntium, & ex ipso inuictæ fortitudinis robur trahentium, suo quoq; tempore & loco hunc lectulum ambientes & custodientes, non quod ipsi huic pacifico necessarij fuerint, sed quod ipse eis admodum necessarius fuerit quem timebant amittere malorum peruersitate, qui fidem Catholicam subuertere omnimodis laborabant.

Cur autem istorum fortium, siue fortissimorum numerositas sexagenario numero determinatur? non enim nihil rationis habet vt cum istorum fortium innumerabilis fuerit multitudo, isto numero finito comprehendatur: poterat quidem esse, vt ille realis Salomon plures haberet sui corporis custodes, vel rerum suarum diuersis in locis repositarum, suis quoque officijs certos & designatos tutores, sed cum tantam ei pacem Deus concesserit, vt nulla eius tempore bella mouerentur, mirum videtur si iuxta literam accipiendum est, cur solo eius corpori custodiendo tot fortes deputati erant. Verum qui magis hæc ad spiritualement sensum referri ratio postulat, videamus quid iste numerus

& contra hostes eius tuentur Apostoli, Martyres & sacerdotes significantur.

Cur lectulum Salomonis ambientes dicantur esse sexaginta finitè.

Crederet, sperare & amare Deum est habere.

LUC. 24.

Per fortissimos in Israel qui lectulum Salomonis ambiunt.

Sexa-

Sexagenarius innuat. Sexagenarius namque ex senario & denario altero per alterutrum multiplicato componitur: Senarius autem qui partibus suis insimul collectis nec minuitur nec distenditur perfectionem significare dicitur: Denarius verò qui ex quinario bis ducto componitur Decalogū legis insinuat, pro quo obseruato vel cōtempto propter quinq; sensus corporis, quorum officio siue ad bonū siue ad malum mens ducitur, vniuersitas hominum, in decem Virginum quinq; prudentium & fatuarum ordine, vel remuneratur vel damnatur. Senarius autem qui perfectionē significat, & Denarius qui decalogum demonstrat, inuicem se multiplicātes & sexagenarium perficientes ostendunt istos sexaginta fortes, ita perfectē in diuinis præceptis custodiendis sensus suos exterioris aptasse, vt merito in quinq; prudentium forte computentur.

Solent autem hi qui Arithmeticæ artis scientiam habent, talē numerum vt sunt sexaginta dicere superfluum, qui cum sint quidam numeri qui ita partium suarum collectione æquantur, vt nec minus nec maius toto corpore recipiant, atq; ideo perfecti dicantur, quidam quia suarum partium compositione toto corpore minus reponūt diminuti nuncupētur isti qui partibus proprijs insimul collectis totū corpus aliqua numerositate, transcendunt, superflui appellantur. Sed

nos qui hunc numerum fortium istorum in bonam referimus partem, transcensionem istam non superfluitatem, sed spiritualis lucri quod de virtute ad virtutem proficit incrementum accipere debemus, vt dicamus fortes istos in creditis sibi quinq; sensuum talentis, ita magnifice operatos fuisse pro sui ex proximorum vtilitate, vt studio illorum in bonis operibus semper augmentum capiente, de fortibus fortissimi efficerentur.

Videamus autem quid huius numeri sexagenarij partes appor- tent, vt cognoscere possimus, vtrum ad istorum Christi fortium perfectionem pertineant. Sexagenarij igitur numeri altera pars sunt triginta, tertia viginti, quarta quindecim, quinta duodecim, sexta decē, decima sex, duodecima quinq;, quinta decima quatuor, vicesima tres, tricesima duo, sexagesimavnū. Quæ partes simul collectæ centum & octo complent, totum corpus sexagenarij quadragesimo octauo numero transcendent. Quæ est autem omnium perfectorum remuneratio, nisi omnis laboris eorum centupliciter melior recompensatio in futurā regeneratione quando in corporum immortalitatem renascentur ad illam vitam octauæ ætatis quæ nūquam finietur?

Benè ergo istorum fortium siue fortissimorū collectio sexagenario cōprehēditur numero, cuius partes in vnum redactæ, in centum & octo

R 3 excres-

Senarius & denarius numerus quid significant.

Sexagenarius numerus secundum Arithmeticos superfluus est, hoc loco pro perfecto accipitur spiritualiter.

Sexagenarij numeri partes quid appor- tent.

Numerus
centenari-
us & octa-
uus quid
figuret.

excrescunt, vt non hoc ad superfluitatem, sed ad virtutum referamus, augmentationem, quando rectè agendo & docendo, sui & aliorum lucrati sunt profectum, pro quo consequentur perfectam beatitudinem, quæ centenario numero designatur, & in octaua, vt diximus, ætate sine fine mansura complebitur.

VERSUS VIII.

Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vnus cuiusq; ensis super femur suum propter timores nocturnos.

Isti vero sexaginta fortes ex fortissimis Israel, lectulum Salomonis ambientes quid faciunt? omnes, inquit, tenentes gladios, & ad bella doctissimi: non dicit habentes, sed tenentes, quia potuerunt quidem habere secreto, quodam animæ scientis & intelligentis repositoio, sed non tenere publico quodam prædicantis voce & opere gestatorio. tenent ergo gladios, quia semper parata gestant sententiarum & actionum documenta, quibus videntes & audiētes ad spiritualia instruant certamina, sed quid sunt isti gladij nisi sermones Dei; *verus est enim sermo Dei, & efficax, & pene trahitior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ, compagum quoq; & medullarum & discretor cogitationum: huiusmodi enim gladium diuidentem & separantem, misit Deus in terram, quando venit separare*

Cur sexaginta fortes dicantur tenere gladios & non habere.

Gladij sermones Dei sunt.

Hebr. 4.

hominum aduersus Matrem suam, & nurrum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Hoc nimirum gladio sermonis Dei, quo præcipitur fieri separatio & omni-modi discretio inter bonum & malum, inter virtutes & vitia debent vti inelyti bellatores Dei, quibus propositum est huius pacifici lectulum ambire doctrina & operatione, siue hunc lectulum ad Ecclesiam referamus, siue ad propriam cuiusq; sancti mentem, in qua diuinitas, gratiæ suæ dignatione requiescere creditur, quatenus utrobique & Ecclesiam ab infidelium defendat prauitate, & seiplos à malignorum spirituum suggestionem vel deceptionem tueantur.

Quæ vero sunt bella in quibus tales debent dimicare, & ad quæ doctissimi memorantur? profectò virtutum & vitiorum magnalis & discordia, vbi in causa est repugnantia duorum sibi aduersantium videlicet carnis & spiritus, *caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autē aduersus carnem.* Et rectè non ad bellum sed plurali numero ad bella doctissimi prædicantur, quia aliud est bellum humilitatis cōtra superbiam, aliud castitatis contra libidinem, aliud patientiæ contra iram, aliud obedientiæ contra contumaciam, aliud sobrietatis contra luxuriam, aliud avaritiæ contra liberalitatem, vel si cuius virtutis, quæ sibi opposito reluctatur vitio, ad quæ bella feliciter peragenda, isti sexaginta

Quæ sint bella in quibus sexaginta fortissimi dicuntur ad dimicandum doctissimi. Gal. 5.

ginta

ginta fortes doctissimi memorantur, quia in eorum gestis & scriptis est ratio & consilium ad apparatus istorum bellorum benè & honestè consummandorum.

Vnde & subditur, *vnus cuiusq; ensis super femur suū propter timores nocturnos*: diuersorū enim vitiorū diuersa est ratio reprimendorū, quia alio modo reprimitur superbia, alio modo luxuria, atq; alio modo auaritia, singulaq; vitia singula exposcunt remediōrū cōtraria, vt in vnoquoq; cōtrario quasi ense pugnetur diuerso. Ensis autē est vigilās mētis custodia, de qua scriptura præcipit, *omni custodiā serua cor tuū*: qui ensis super femur ponitur quādo suggestio delectantis carnis vigilanti custodiā reluctantis animi reprimitur.

Dicamus à simili, in femore est feminariū propaginis, de quo conceptione datā homo formatur, qui singulis in vtero discretis mēbris tādē nascēdo producit, paulatimq; per ætatū momēta in hominū perfectū deducitur. Quid est autē in vnoquoq; homine delectātis carnis suggestio, nisi quædā vitij subito irruētis cōceptio? quæ si non statim ense fortiter reluctātis animi cōprimitur, formā in mente per delectationē accipit, deinde per consēsū quasi nascitur, sicq; pedetētim per actionē crescēdo dānabile & mortiferū per consuetudinē vitij efficitur: sūt enim in vnoquoq; vitio propagādo istę progressionis partes videlicet suggestio, delectatio, cōsen-

sus, actio, cōsuetudo, sicut & in homine istæ quoq; natalis sūt processionis partes, hoc est cōceptio, formatio, natiuitas, corporis protractio & ætatis plenitudo. Ensis ergo vnus cuiusq; super femur suum esse debet, vt præciso capite malæ suggestionis & quasi quodā seminario cōcipiendæ malitiæ debilitato totū corpus nascituri vitij propulsetur. Et quare hoc? *propter timores nocturnos*. Quid nāq; timent nocte, qui custodiūt ciuitatē vel domū, nisi subito aut hostes ciuitatē irruituros, aut fures domum irrepturos? Qui autem sunt hostes aut fures, nisi maligni spiritus, qui thesauros animæ nostrę prædari vel furari conantur? hi nempe per noctē prauæ suggestionis siue delectationis quā mētē cuiusq; inuoluūt ne mali ipsius periculū discernere possit, irruūt repente & irrepunt, & tantis tentationum iaculis mentem vulnerant, vt à suæ rectitudinis statu eam quandoq; deiciant. Hoc autem non nisi nocte facere possunt, quando calore pij studij recedente frigus torporis & negligentiae animi occupauerit, quando in eo sol iustitiæ propter desidiam occubuerit, & lumine suæ gratiæ non illuxerit, quia tunc *parant sagittas suas, vt sagittent pauperum in abscondito*.

Propter hos ergo timores nocturnos, hoc est occultas tentationum insidias debet vnusquisque armis iustitiæ succinctus stare, omnesque aditus inte-

rioris

Quid per timores nocturnos intelligatur.

Ps. 10.

Diuersorum vitiorum diuersa est reprimendorum ratio.

Prou. 4.

Quomodo super vnus cuiusq; femur ensis spiritua-liter esse debeat.

rioris domus suæ tam vigilanter obseruare, vt nullus introeundi locus hosti possit patere. Ostendit huiusmodi studium qui sint fortes vel fortissimi, qui veri Salomonis lectulum ambiendo custodiant vel custodire valeant, & qui doctissimi in sancti propositi præcinctu existant, tenentes semper prouidentia & promptæ vigilantia gladios, propter subitos irrepentis vitij timores nocturnos.

Verùm huius spiritualis militia sciētiam & audaciam, vbi & à quo isti fortissimi accipiant sequentia insinuant; nam subditur: *ferculum sibi fecit Rex Salomon, &c.*

VERSUS IX.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani.

Spiritualis militia & audacia vbi & à quo fortissimi accipiant.

VNde enim accipiunt vt fortes sint, nisi à sanctæ Ecclesiæ Doctoribus, quorum facta & dicta imitari cupiunt, vel à sanctarum scripturarum canonicarum testimonijs, & auctoritatibus?

Ferculum autem huius veri Regis Salomonis sancta Ecclesia est siue ipsius Ecclesiæ tota Canonica scriptura, siue in indiuiduo iusti cuiusque anima: nam cum ferculū à ferendo dicatur, nimirum vnumquodque ipsorum non absurdè ferculum æquiucè nuncupatur; Ecclesia quidem propter diuinorum quæ in ea continentur Sacramen-

Per ferculum quod fecit sibi

torum lationem; sancta scriptura propter diuinorum eloquiorum, siue præceptorum, quorum mysteria & vtilitatem continet susceptionem; iusti verò anima propter diuinæ scientiæ, per quam honestatis & disciplinæ capax efficitur, perceptionem, quæ omnia spiritualium delitiæ sunt epularum.

Salomon Ecclesia, scriptura sancta vel anima iusti accipitur.

Quomodo vero singula membra vnicuique capiti eorum quæ proposuimus adhærere possint expedire curabimus, hoc est quomodo *columnæ argenteæ, reclinatorium aureum, ascensus purpureus, & istorum medium charitate constratum*, siue Ecclesiæ, siue canonicæ scripturæ, siue iusti animæ competant, assignabimus.

Primò tamen considerandum qualiter ex lignis libani vnūquodque istorum ferculorum dicatur extractum: *libanus* candidatio interpretatur. Quid autem per ligna libani, quæ naturaliter imputribilia esse memorantur, nisi sancti & electi accipiuntur, qui per spiritus fortitudinem & mundæ vitæ candorē, incorruptam cogitatione, locutione, & opere seruauerunt & seruant sanctitatem?

Libanus interpretatur candidatio.

Ex lignis ergo libani Rex Salomon ferculum sibi instituit, quia Christus ex Sanctorum suorum venerabilibus & incorruptis gestis & documentis, & Ecclesiam suam decentissimè nobilitauit & sanctam scripturam suam composuit, & cuiusque iusti animam erudiuit,

Ferculum Salomonis cur ex lignis libani factum memoretur qua Ecclesiam significat.

vt

vt vnumquodq; horū cælestium foret ferculum epularum, & fidelium refectio animarum.

VERSUS X.

Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureū: media, charitate constrauit propter filias Ierusalem.

Argentum vero & aurum in singulis competenter intelligitur propter eloquiorum nitorem & puritatem, atq; sensuum qui in ipsis fulgent eloquijs maiestatem. Si enim ad Ecclesiā referas *columnas eius sunt argenteas*, quia sancti Patriarchæ & Prophetæ Apostoli quoq; siue Apostolici viri in prædicatione sua, vel vtriusq; testamēti expositione, qua Ecclesiam subleuant & sustentant, quæ dicunt vel scribunt fidei & luculento perorant sermone.

In quo sermone *reclinatoriū est aureū*, quia ipsa eorū prædicatione: vel expositio pretioso sensuum fulgore rutilat, in quo se quilibet, qui prius ignorādo & quærendo laborabat, iam intelligens quasi requiescendo reclinat, & ad internæ refectiois epulas quasi fatigatam ignorantiam mentem appodiat.

Huius quoq; *ferculi ascensus est purpureus*, quia altissima est in Ecclesiæ pace professio, quæ contemptu, sæculi, mortificatione carnis, & propriæ voluntatis abiectione martyrio mentis purpuratum disponit ascensum, quando mens se ipsam

Deo offert hostiam viuentem in odorem suauitatis. Nemo quippe nisi ab omnibus mundi curis & desiderijs liber ad summū diuinæ charitatis gradum per contemplationem ascendere valet, quia cum multi & diuersi sanctorum virtutibus ascendentium sint gradus, sicut de eis scriptū est, *ibūt de virtute in virtutem*, altissimus tamen, vt dicimus, ascensus est, vbi mens se supra se contemplatoriā erigit charitate. In isto namq; ascensu purpureo diuersi sunt gradus, quia alter altero est eminentior, plus est enim orare, ieiunare, vigilare, quam meditari tantum & legere; plus est pro iustitiā contumelias & approbria vel qualescunq; persecutiones sustinere, quàm ab iniustitia tātū abstinere: at tamen in omnibus huiusmodi ascensionibus labor corporis & animi, & vitæ continentia quasi quædam pretiosa mentis est purpura.

Sed huius *ferculi media Rex Salomon charitate constrauit propter filias Ierusalem*, quia in medio horum tam sublimium in Ecclesia meritorum multæ nimirum quasi fragilitate & infirmitate constrictæ deponuntur mentis, quæ quamuis mundum perfectè relinquere non valeant, tamen mundi contemptores diligunt & venerantur, quamuis propter Deum laborare ieiunando, vigilando, & orando, siue carnem mortificando non possint, tamen hæc in agentibus dum diligunt quasi sua efficiunt, & quod ipsæ

S in se

Columnæ huius ferculi curar-genteæ dicantur.

Reclinatorium ferculi Salomonis cur aureum referatur.

Ferculi ascensus purpureus fuerit.

Pf. 85.

Cur media ferculi Salomon charitate constrauit.

in se per infirmitatem non habent, hoc in alijs per charitatem habent. Tales utiq; ad hoc ferculum pertinent, & suo modo in hoc reficiuntur, quia quod sancti & perfecti in re & virtute, hoc istæ solâ charitate assequuntur.

Ferculum Salomonis quatenus scripturam sacram figurat, quomodo columnas argenteas & reclinatorium aureum habeat.

Porro si totum Canonica scripturæ corpus respicias, *columna eius argentea, reclinatorium quoq; aureum*, sunt diuinorum eloquiorum sententiæ & authoritates, verborum claritate perspicuæ, & sensuum singulari excellentiâ fulgidæ, quarum lectio suauissima est animæ relectio, quoniam ibi fides sustentat, spes subleuat, charitas per contemplationem reclinat. Vnde & reclinatorium est aureum, quia fide & spe maior est charitas contemplatoria, sicut argento pretiosius est aurum. Cui enim ex huiusmodi ferculo legendi vel audiendi quisq; fidelis didicerit, quid credere, quid sperare debeat, postpositis omnibus transitorijs, in solo Dei amore quasi in quodam aureo contemplationis reclinatorio per quietem mentis ad æternam vitam pascitur & nutritur.

In hoc ferculo *ascensus est purpureus*, quia in ibi recitantur passio redemptoris, & gloriosi triumphus Martyrum pro ipsius Redemptoris amore morientium, in quibus passionibus aliqui fuerunt ascensus: nã vt in ipso capite Martyram videre possumus: primo flagellatus, deinde spuris illitus, alapis cœsus, spinis coronatus, postremo cruci affixus,

Ferculi huius ascensus quoq; purpureus est.

quasi quendam purpureum, in sua passione fecit ascensum, cuius vestigia Martyres secuti multimodi laboris habuerunt ascensus, *quia ludibria & verbera experti, insuper vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, ad vltimum in occisione gladij mortui sunt*, vt per hos passionum ascensus ad summum æternæ, beatitudinis pertingerent gradum. Sed hunc ascensum cum legunt & audiunt, piæ mentes imitari fatagunt, vt sicut temporaliu passionu, sic & æternaru participes fiat cõsolationu.

Media quoq; huius ferculi charitate constrata sunt, quia in tota diuina pagina charitas quasi medium obtinet locum, dum ad eam veluti ad quendam optimum & certum finem omnes sanctarum respiciant sententiæ scripturarum, sicut dicit Apostolus, quia *finis præcepti charitas, de corde puro & conscientia bonâ & fide non ficta*. Et cum duo præcepta charitatis Dei videlicet & proximi ostenderet Dominus, *in his*, inquit, *duobus præceptis tota lex pendet & Propheta*: id autem ex quo cætera omnia pendent, summum & principalem quodammodo locum videtur habere. Media ergo huius ferculi Rex Salomon charitate constrauit, quia in medio sanctarum scripturarum charitatis constituit principatum.

Et quare hoc? *propter filias Ierusalẽ*, id est propter animam ad cælestem Ierusalẽ, id est, visionem pacis pertinentes, vt intelligat neq; columnas argenteas, neq; reclinatorium aureum, neq; ascen-

Hebr. xx.

Media etiã ferculi huius charitate constrata sunt.

I. Tim. I.

Matc. 22.

Sine charitate nec columnæ

ascen-

argenteæ
nec reclinatorium
aureum,
nec ascensus
purpureus
aliquid
virtutis
habet.

1. Cor. 13.

ascensum purpureum sine charitatis virtute aliquid virtutis habere, sed omnia ex charitate tanquam multos ramos ex vna arboris radice debere procedere. Apostolus enim dicit, quia *si linguis hominum loquar & Angelorum* : quod est columnas argenteas habere, *charitatem autem non habeam; factus sum velut as sonans aut cymbalum tinniens* : & *si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam* : quod est reclinatorium aureum esse : & *si tradidero corpus meum ita vt ardeam*; quod est ascensum purpureum habere: *charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.*

Centrum
scripturæ
est charitas.

Ecce quomodo istud suum ferculum Rex noster Salomon media charitate constrauit, cum per totum corpus sanctæ scripturæ charitatem quasi in quodam centro constituit, vt omnia circa eam, & in eam reuoluantur. Et sicut sol altissimus est dum in centro figitur, nec ultra progreditur, sic sancta scriptura dum de virtutibus disputat altissima est in charitatis prædicamento, nec ultra eam progreditur aliquis virtutis præiudicio.

Columnæ
argenteæ
in ferculo
quod est
anima iusti,
quatuor
sunt virtutes
cardinales.

Tertio vero loco si cuiusq; iusti animam attendas, *columnæ eius argenteæ sunt* quatuor virtutes cardinales, quarum omnes aliæ sunt appendices, videlicet prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Sed quomodo argenteæ? probatæ fidei puritate, & vera Euâgelicæ doctrinæ prædicatione ab omni scoria hæreticæ falsitatis excōcta; de qua scrip-

tū est eloquia Domini eloquia casta, argētū igne examinatū. Vnde de Hæreticis dicit per Prophetā Dñs, *dedi eis argētū & aurū, ipsi verò ex argento & auro fecerunt Baal.* Aurū autē ad mētē argentū ad eloquiū pertinet: aurū quippe & argentū sanctæ animæ tribuit Deus, quādo ei & sēsū diuinū & sapiētiā concedit habere, & id quod mētē cōcipit, eloquij venustate proferre. Quē sēsū quia Hæretici deprauāt, & deprauatum docendo enuntiant, quasi ex auro & argento idola falsitatis fabricant.

Qui ergo vult vt virtutes si quas habet sint columnæ, quæ animæ structuram sustineant, hoc satagere debet, vt sint argenteæ, quia nisi fidei & doctrinæ puritate resplendeant, timidum valde est, ne structuram ipsam portare non valentes, tortitudinis suæ infirmitate subsidant. Sed cuius *columnæ sunt argenteæ, reclinatorium quoq; aureum est*, quia *ex abundantia cordis os loquitur*, quoniā vbi abūdat in sensu sapientia, ibi laudabilis foris profluit eloquētia. scriptū est. *n. sapientia re-quietescit in corde iusti, & prudentia in sermone oris eius.* cum enim mens sapientiæ fulgore resplendet, sequitur, vt id quo quid intelligit, prudenter enuntiet. Sed quare mens iusti reclinatorium dicitur? nimirum quia diuinitas in mente quæ sibi placet, humilitatis, patientiæ, castitatis, & obedientiæ pulchritudine, per aurum inhabitantis gratiæ suæ donū dicitur se reclinare:

Pf. II.

Ose. 2.

Columnæ
animæ iusti
quomodo
argenteæ,
& reclinatorium
eius
aureum sit.
Luc. 6.

Prou. 14.

Quo contra de reproborum mentibus dicitur, quia *filius hominis non habet ubi caput reclinet.*

Quis vero est huius ferculi ascensus purpureus? Fides & memoria passionis Dominicæ, quam credere & in qua omnem spem salutis suæ constituere, & ad cuius formam seipsum quoque mundo, vitij, & concupiscentijs crucifigere, ut possit cum Apostolo dicere, *mihimundus crucifixus est, & ego mundo.* procul dubio est per ascensum purpureum mente ascendere.

Quomodo verò huius ferculi media, charitate constrata sint propter filias Ierusalem, Apostolus hoc ostendit qui dicit, *factus sum infirmis infirmus, & infirmos lucrifacere*: unde hoc nisi ex charitate, nã cum sit gemina dilectio, Dei videlicet & proximi, & vna ex altera pendeat, quisquis summis virtutibus præditus est, hoc debet habere mediũ, ut cũ necessitas vel vtilitas fraterna exegerit, ab illa rigoris sui altitudine paululũ descendat, & proximorum infirmitati condescendendoprouideat.

Hoc enim modo nisi diligat proximum, minimè probatur diligere Deum, cum vna dilectio ex altera constituatur: *qui enim non diligit proximum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?*

Siue ergo Ecclesia, siue sancta scriptura, siue iusti cuiuslibet anima, huius veri Salomonis ferculum dicatur, sequentia non repugnant,

quin unicuique; capiti membra non inconuenienter adhæreant. Sed si diligenter mentis obtutus adhibeantur, non erit, ut æstimo, tædiosum considerare, quam pulchrè vltimum huius ferculi mēbrum charitatis conclusione signatur. Quid enim est in Ecclesia Religionis, quid rei sacramentalis, quid in tota diuina pagina scientiæ vel eloquentiæ, quid in sancti anima sanctitatis & iustitiæ, quod totum principium siue finem in charitatis respectu non constituat? quid porro sunt Ecclesiæ sacramenta, quid totius sanctæ scripturæ eloquia, quidve est quod credere, quod sperare, & diligere debet iusti anima, nisi Christi Incarnatio, passio, resurrectio, & ascensio, atque omnium quæ pro humana salute gessit rerum exhibitio? Quid verò omnium istorum sancta præconia, nisi diuinæ charitatis sunt signa? *propter nimiam enim charitatem suam quã dilexit nos Deus, misit filium suum in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum, factus propter nos maledictum, ut nos à maledicto redimeret.* Siue ergo Ecclesia dicatur hoc ferculum, siue sancta scriptura, siue iusti anima, ubique; charitas ista medium tenet locum, quia de ea cuncta procedunt, & ad illam cuncta respiciunt. Tota enim summa charitatis huius est, *Deus homo factus*, hocque; totum est quod in Ecclesia per diuinam scripturam sancti docent, videlicet ut huius diuinæ charitatis & misericordiæ

Quam pulchrè vltimum huius ferculi membrum charitatis conclusione signatur, dec laratur.

Ephes. 2.

Tota charitatis summa est, Deus homo factus.

Ascensus huius ferculi purpureus memorias est passionis Domini.
Gal. 6.

Huius ferculi media quomodo constrata sint charitate.
1. Cor. 9.

1. Ioh. 4.

cordiæ magnitudinem summopere attendamus, quia per hanc sumus à morte liberati, & ad æternam vitam quam peccando amiseramus reparati.

Vnde nunc in sequentibus filiæ Syon admonentur, quatenus diuinæ bonitatis gratiam, non tantum in re, sed etiam in rei ipsius efficientiâ diligenter attendant, & admirandam salutis suæ dispositionem aduertant.

VERSUS XI.

Egredimini & videte filiæ Syon Regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die letitiæ cordis eius.

Syon speculatio interpretatur.

Syon dicitur speculatio, filiæ autem Syon, id est speculationis quæ sunt nisi animæ credentium, quæ per contemplationis gratiam cœlestium mysteriorum secreta subtiliter speculantur? Quibus vt egrediantur dicitur, quia minimè debent in carnalibus occupari, qui cupiunt in spiritualibus mentis oculo detineri.

Filiæ Syon cur iubentur egredi & videre salomonem in diademate.

Egredimini, inquit, & videte, non enim potestis videre, nisi prius egrediamini: egredimini ergo, hoc est, ex corporalium & visibilium rerum consideratione exire, & in diuinæ magnificentiae gloriam & in ipsam vniuersalis redemptionis causam, & in totam prorsus humanæ salutis incorporalitem mentis intuitum figite. Quare? id

eo videlicet vt videatis Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater sua: quo autem oculo videre debetis? nimirum interiori magis quam exteriori, quia fide corporalitate ad corporalitatē exire debetis, oportet vt spiritualiter non carnaliter ea quæ videtis vel auditis intelligatis: sic enim dicitur *videte*, ac si dicatur intelligite.

Videte hoc loco pro intelligite capitur.

Vos ergo filiæ Syon, quæ non filij propter fortitudinem, sed filiæ appellamini propter infirmitatem quia nondum in robur spiritualis intelligentiæ profecistis, quandoquidem ferculum vobis fecit Rex Salomon, ad cuius epulas quotidie residetis, Ecclesiæ Sacramenta perspiciendo, scripturam canonicam legendo & audiendo, sanctorum quoq; Doctorem sententias perscrutando, egredimini altiore sensu & videte ipsum Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater sua.

Cur filiæ & non filij Syon iubentur videre.

Quid vel quale est hoc diadema Regis Salomonis quo coronauit eum Mater sua? possumus quidem singulariter dicere vnum passionis signum, spineam scilicet coronam, quâ eum irridendo coronauit Mater sua synagoga, quæ eum secundum carnem genuit, sed melius videtur, vt istud diadema accipiamus, totam multiplicis passionis summam, quæ, sicut diadema ex multis prætiosorum lapidum generibus, ita ex multis diuersarum passionum signis composita est, quam

Quid vel quale sit diadema Regis Salomonis, quo coronauit eum Mater sua.

Heb. 2.

postquam in corpore suo pertulit, gloria & honore quasi quodam diademate coronatus est, sicut dicit Apostolus, *vidimus Iesum propter passionem mortis gloriâ & honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* Vnde vos ô filia Syon nolite considerare tantum exteriora, & contemptibilia passionum istarum signa, hoc est, flagella, sputa, alapas, spineam coronam, crucem, sepulturam, sed de hac consideratione egredimini, & quid inde gloriæ & honoris, remedij & sanitatis omni procreuerit mûdo, oculis mentis aspiciate. Hoc est enim diadema quod admirari & venerari debetis, & hæc principalitas charitatis quam in medio ferculi sui constituit, talique diademate splendet excellentia suâ circa vos misericordiæ. Nonne gloria & honore coronatus est, resurgens de hac corporis passibilis corruptione in impassibilitatem & incorruptionem, & corpori suo quod est Ecclesia, huius gloriæ & honoris coronam imposuit, quando ei secum futuræ incorruptionis participium confirmavit in æternum?

Christus quando gloria & honore coronatus est.

Per diadema etiam totus humanæ dispensationis ordo in Christo accipi potest.

Siue istud diadema dicamus generaliter totum humanæ dispensationis ordinem; quo eum coronavit Mater sua, beata scilicet Virgo Maria, ex cuius utero eandem suscepit humanitatem, rationi non videtur repugnare, nam in huius diadematis compositionem, quo humanitus Christus est coronatus

quasi quædã insignium sunt ornamenta gemmarum, natiuitas, circumcisio, baptismus, ieiunium, têtatio, passio, resurrectio, ascensio, quæ omnia includuntur auro misericordiæ eius, Aurum enim omnibus metallis pretiosius est, & *miserationes Dei super Psa. 144. omnia opera eius: ex auro ergo fulgidissimo infinitæ misericordiæ Dei, & ipsius misericordiæ operibus & signis, quæ supra memorauimus, quasi quibusdã gemis fabricatû est hoc diadema Regis Salomonis, veri videlicet pacifici Dñi Iesu Christi, qui reconcilians nos Deo pacificauit Colos. 1. omnia quæ in caelis sunt & in terris.* Vnde admonentur filia Syon quæ gratiam diuinæ contemplationis habent, ut hæc omnia sensu interiori perspicientes, quanta inde eis salus profluxerit intelligant.

Quando autem tali diademate est coronatus? *in die, inquit, desponsationis eius, in die letitiæ cordis eius: quænam fuit dies desponsationis Christi, nisi tempus Incarnationis quando processit de Virginis utero tanquã sponsus de thalamo, ad copulandam sibi Ecclesiam, propter quã redimendam dignatus est incarnari? siue potius dies desponsationis tempus fuit passionis eius, quando sanguinis sui pretio redemptam exhibuit sibi Ecclesiam sponsam gloriosam, Ephes. 5. non habentem maculam, neque rugam.* Hanc enim isto inæstimabilis ponderis prætio subarravit, huic in dotem æternum Patris sui regnû conscribi fecit, à qua & ipse sponsalia exigit,

Dies desponsationis quo hoc diademate Salomon coronatus vel tempus incarnationis, vel passionis Christi significat.

exigit, fidei scilicet & virtutum merita, sine quibus nulla Deo copulari potest anima, quarum partes quaedam paulo post in subsequenteribus enumerat.

Dies lætitiæ cordis Salomonis fuit dies resurrectionis Christi.

Quæ ergo fuit *dies lætitiæ cordis eius*? tempus profectò resurrectionis, quando imperata omni tristitia passionis & corruptionis festiuum se ac & honorem gloria & honore coronatus cum trophæo completæ redemptionis exhibuit. Non autem ista cordis affectio ita in eum cecidit, vt antè dubius quid futurum erat nescierit, & tunc quasi dubitate submota lætitiæ animo conceperit, (nullum enim diuinitati tempus ascribitur,) sed huiusmodi locutio humanitati eius tantum cõpetit, quo dicitur propter gloriã resurrectionis, & propositum atq; ordinem redemptionis expletum diem lætitiæ habuisse, quamuis & hoc magis ad Ecclesiam quæ est corpus ipsius referri possit, iuxta illum modum locutionis, quo frequenter in sancta scriptura, quod de capite dicitur, ad corpus refertur, sicut è conuerso de corpore ad caput propter concorporationem & vnitatem, quã vnum efficiuntur Christus & Ecclesia. Christi enim passio, resurrectio & ascensio maxima & specialis est Ecclesiæ lætitiæ, quando se meminit de captiuitate ad libertatẽ, de morte ad vitã, de corruptione ad incorruptionem hoc mirabili transisse suffragio.

Quia verò ad huius desponsationis mirabile spectaculum, totum istud respicit sponsi & sponsæ Epithalamium, quod hoc loco pro sua excellentia dicitur *Canticum Cantorum*, videamus quam pulchrè & iocundè, alternantia inuicem sponsus & sponsa decantant sanctę dilectionis præconia. Supra enim exposuit sponsa dignitatem & excellentiam sponsi sibi spiritualiter copulandi, in lectuli reuerentia, in ferculorum affluentia, in ornamentorum splendore & gloria, & quod his omnibus maius est, in singulari charitatis prærogatiua, & ad istarum nuptiarum pulchritudinem perspicendam & admirandam filiam Syon egredi hortabatur, quatenus & ipsa pro posse suo his nuptijs sociari studentes, quem nunc videret per speculũ in enigmate, postmodum penitus iam purgato mentis oculo facie ad faciem viderent Regem in decore suo.

Cui mox occurrit sponsus cantabili pulchritudinis testimonio, plurimasq; ipsius pulchritudinis partes quasi pro sponsalibus sponsæ sibi oblatas enumerat, quæ tamen ex gratia sunt eiusdem sponsi dantis & itidem accipientis, vt ostendar merito sibi copulandam, quã tot pulchritudinum præconijs suo munere fecerit gloriosã, cui præsignati quoq; lectuli & ferculi nomen aptauerit, & quam ornamentorum sibi impositorum causam effecerit. Ait ergo, *quam pulchra es amica mea, &c.*

Epithalamium hoc sponsi & sponsæ totaliter hæc desponsationem respicit.

Hactenus sponsa sponsi sibi copulandi spiritualiter attigit excellentiã, nunc sponsus sponsam pulchritudinẽ præsequitur.

CA-

CAPVT QVARTVM.

1. **Q**uam pulchra es Amica mea, quam pulchra es? oculi tui columbarum absq; eo quod intrinsecus latet: capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad.
2. Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fortibus, & sterilis non est inter eas.
3. Sicut vitæ coccinea labia tua & eloquium tuum dulce; sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absq; eo quod intrinsecus latet.
4. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis; mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium.
5. Duo vbera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies & inclinentur vmbra.
6. Vadam ad montem myrrha, & ad collum thuris.
7. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.
8. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni; coronaberis de capite Amanæ, de vertice, & sanir, hemor, de cubilibus leonũ, de montibus pardorũ.
9. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno cruce colli tui.
10. Quam pulchræ sunt mamme tuæ soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera

tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

11. Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub linguâ tuâ; & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.
12. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.
13. Emissiones tuæ paradysus malorum punicorum cum pomorum fructibus.
14. Cypri, cum nardo, nardus & crocus, fistula & cynamomum cum vniuersis lignis Libani, myrra & aloë cum omnibus primis vnguentis.
15. Fons hortorum puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de libano.
16. Surge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

VERSVS I. QVARTI
capitis.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es? oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet; capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad.

Quoniam spiritus sancti gratia in Ecclesiastico profluit agro, congruè nunc sponsus sponsam septenis pulchritudinum attollit præconijs, quas attendit in decore & gratia oculorum, capillorum, dentium, labiorum, genarum, colli, & vberum, quia nimirum Christus

Sponsus commēdat sponsam à gratia & decore omnium membrorũ in facie.

Eccle-

Christuse ecclesiam suo iudicat confortio dignam, quam pro gratiarū affluentia, omnium in facie membrorum commendat elegantia.

Facies enim Ecclesie est eius publicus conventus, in quo considerantur, disponuntur, & præcipiuntur semper necessariae & vtilis causæ, quibus informantur, & ad vnitati decorem instituantur ipsius membra, vt nulla in eis deformitatis macula appareat, siue in fide, siue in actione, siue in aliqua canonicarum sanctionum constitutione. Ipse namque publicus Ecclesie conventus, variâ distinguitur professionum, dignitatem, & ordinum qualitate, quia alia est professio monachorum, alia clericorum, alia laicorum: in his autem alia professio Virginum, alia continentium, alia coniugatorum; Dignitatum vero alia imperialis, alia pontificalis, alia præfecturalis, siue aliud quid quod dignitatis nomine appellari potest: Porro ordinum alius Sacerdotalis, alius Leviticus, alius subleuitico, vel alius quilibet Ecclesiasticus ordo, quæ omnia significant septem illæ præscriptæ particulae Sponsi testimonio in Sponsæ corpore laudabiliter positæ.

Oculi enim Ecclesie sunt custodia & prudentia præpositorum, capilli numerositas subditorum, dentes sacrae Scripturae expositores, labia prædicatorum elegantia, siue lectorum diuinam Scripturam re-

citantiū, genæ verecundia disciplinatorū, collū sublimis eloquentia Doctorum, vbera diligentia Magistrorum minores erudientiū, quorum omnium distinctam varietatē in corpore Ecclesie Psalmista collaudans, *astitit*, inquit, *Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate*. Sed de his singulis plenius suo loco dicendum.

Quam pulchra es, inquit, *Amica mea, quam pulchra es*: quam dicit pulchram etiam appellat Amicam, vt insinuet alterum alterius esse effectuum; nam quæ tot pulchritudinum speciebus quas subinfert decoratur, merito Amica efficitur, & quæ Amica probatur, profectò pulchra iudicatur: non enim veluti Amicam secreti sui consciam faceret, nisi hanc virtutum pulchritudinem placentem sibi per gratiā copulasset. Repetitâ verò laude pulchritudinis geminatam approbat virtutem fidei & operationis, quæ ita sibi inseparabiliter sociantur, vt vna sine alterâ semper inutilis comprobetur.

Subdens autem primum septenaræ pulchritudinis membrum, *oculi tui*, inquit, *columbarum, absq̃ eo quod intrinsecus latet*. Sicut supra prænotatum oculi Ecclesie sunt custodia & prouidentia præpositorum erga vtilitatem subditorum, quia sicut oculi duces quidam & custodes sunt subiecto corporis (cæcuse enim in tenebris ambulat & nescit

T quo

Facies Sponsæ publicus Ecclesie conventus est, qui varia professionū, dignitatum & ordinum qualitate distinguitur.

Psal. 44.

Sponsa Amica vocatur ob pulchritudinem.

Quod Sponsa bis pulchra vocetur quod significet.

Primum septenaræ in Sponsa pulchritudinis membrum sunt oculi.

Oculi, capilli, dentes labia, genæ collum, vbera in facie Sponsæ, in Ecclesia quos figurant.

quo eat; ita Prælati curâ suâ & vigilantia custodiunt sibi subiectos, & ducunt in lectam viam prædicatione & actione, vtrouique speculatores positi, & ad animarum & ad corporum necessitatem & utilitatem.

Oculi sunt Prælati Ecclesiæ, & quare oculis columbarum tales assimilantur.

Sed isti oculi sunt columbarum, absq; eo quod intrinsecus latet, quia innocenter & simpliciter carnalia prouident, & prudenter subditorum periculum spiritualia administrando præuident & cauent: nam cum in terrenis aliquando pro subditorum utilitate occupantur, ipsa terrena non coruino sed columbino oculo intuentur, quia absque cupiditate & carnali desiderio simpliciter pro sola necessitate expectant & habent, de quibus dicit Propheta, *quasi columba ad fenestras suas*: quid enim sunt fenestræ nostræ, nisi sensus exteriores, per quos ad ista visibilia vel ea cupiendo vel paruipendendo prospicimus? Sancti autem quasi columbæ ad fenestras suas sunt, quia quicquid in exterioribus per sensus corporeos capiunt, simpliciter & innocenter suis vñibus exponunt, nihil in his cum auaritate & delectatione rapiunt, sed tantum commune in eis suam, suorumque necessitatem attendunt.

Quomodo Prælati sint columbæ ad fenestras suas.

Quid sit habere oculos columbarum

Est ergo laudabile hoc modo tenere studium actiue vitæ, sed longè laudabilius est, id quod intrinsecus latet habere virtutem scilicet vitæ contemplatiue: foris enim exteriora honestè dispensant, sed diuinæ

tantum patet cognitioni quâ intentione id faciant, dum plerumque ab humanis oculis qui corda non vident aliqui religiosi exteriora interdum tractantes iudicantur.

absque eo quod latet intrinsecus.

Sequitur secunda pars septenarius pulchritudinis, quâ dicitur, *capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad*.

Secundum pulchritudinis membrum suum capilli.

Capillis, vt prænotatum est, numerositas subditorum designatur, qui quamuis perfectionem maiorum consequi non valeant, conuentum tamen Ecclesiæ sicut capilli caput ornant, capitibus suis hoc est, maioribus pro suo modo & posse obediendo, & constitutam sibi legem seruando adherentes. Vnamquamque enim professionem suam quique loco & ordine iuxta præfixam sibi à Patribus communiter conuersandi Regulam, licet diuerso modo, decorant & ornant. Nam quamuis in Ecclesiâ vniuersali siue particulari non omnes æqualiter viuunt, non omnes æqualiter suo quisque priuato officio constitutâ obseruent regulam, & eandem plerumque excedant, publico tamen & communi Religionis & Ordinis teguntur ornamento: sicut è contrario nihil confert honoris aut honestatis toti corpori Ecclesiæ vnius deuotio, si ipsa tota irreligiositatis deformetur instituto. Denique religiosa eius communitas ipsius est pulchritudo & nobilitas, sicut & irreligiosa vnanimitas ipsius est turpitudine & ignobilitas.

Capilli significant subditos in Ecclesiâ.

Varietas Ordinum ornamentum est Ecclesiæ.

Vnde

Vnde & dicitur , quia *capilli isli sunt sicut greges caprarum*, quia in singulis professionibus sunt quidam greges , coadunate multitudines, greges quidem quantum ad ordinū diuersitates, siue ad Ecclesias particulares, vnus autem grex, quantum ad fidei vnitatem & Ecclesiam vniuersalem. Greges verò sunt caprarum quia omnes Ecclesiasticae professiones , licet inter se differentes propter varias ordinum qualitates, semper tamen pari intentione ad vnum spectant finem dum omnes caelestia appetetes , suo quique modo adhærent Deo.

Professiones Ecclesiasticae cur vocentur greges caprarum quia ascenderunt de monte Galaad.

Galaad interpretatur aceruus testimonij, & significat sacram Scripturam.

Pf. 18.

Sanctorum Patrum institutio, aceruus testimonij est.

Qualium verò caprarum ? *qua ascenderunt*, inquit, *de monte Galaad*. Galaad dicitur aceruus testimonij, quis autem est iste aceruus testimonij, nisi collectio quaedam & summa diuinarum scripturarum siue institutionum à sanctis Patribus ad utilitatem & honestatem Ecclesiae cōscriptum ? Quid enim est sacra scriptura nisi quidam aceruus testimonij vbique prædicantis & testificantis de Christo ? de quo testimonio canitur in psalmo , *testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis*. Paruuli quippe, id est humiles testimonium sanctæ scripturæ intelligunt, cui dum credendo & bene viuendo obaudiunt sapientes fiunt, summa enim Philosophia est optimus viuendi modus. Institutio quoque sanctorum Patrum quidam est aceruus testimonij, quia dum hoc legitime obseruatur, obserua-

toribus suis ad vitæ honestatem testificatur.

Capilli ergo sanctæ Ecclesie sicut greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad, quia multitudines subditorum quotidie proficiunt testimonijs sanctarum scripturarum, & suorum præpositorum institutis ad communem viuendi ordinem sibi præfixis.

VERSUS II.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis foetibus & sterilis non est inter eas

Tertio loco ponitur, *dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis foetibus, & sterilis non est in eis.*

Dentes vt præscriptum est, non absurdè possunt accipi sacre Scripturæ expositores, quia sicut dentes cibos conterunt, ita Sancti expositores in diuinis Scripturis, litteræ grossitudinem in spiritualis sensus redigunt, subtilitatem, vt quæ in superficie intelligi non poterat, per hos dentes quasi commolita, facilius in ventrem intelligentiæ transeat.

Tertiana pulchritudinis membrum sunt dentes. Dentes sacre scripturæ expositores in Ecclesia sunt.

Expositores scripturæ cur assimilentur gregibus tonsarum ascendenti-um de lauacro.

Sed quare isti *dentes sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lauacro* ? videlicet propter expeditum à sæculi negotijs animum, & à terrenæ actionis puluere diuini Spiritus fonte ablutum. Neque enim possunt ad tantæ intelligentiæ

T 2 subti-

Psal. 35.

subtilitatem proficere, nisi huius mundi curis quasi quibusdam oneribus depositis, & toto corpore interioris hominis loto fonte illo diuinitatis, de quo dicit Psalmista Deo, *torrente voluptatis tua potabis eos, quoniam apud te est fons vite.* Et quid ista ablutio siue potatio conferat utilitatis insinuat, dum subdit, *& in lumine tuo videbimus lumen;* ac si patienter dicat, te lumen scientiæ nobis infundente, obscura diuinę Scripturę intelligemus.

Dentes ergo Sanctę Ecclesię sunt quasi greges tonsarum quę ascenderunt de lauacro, quia sacrę Scripturę tractatores quod magis fuerint à terrenis actionibus expediti, & lauacro diuinę inspirationis expurgati, eò fortius frãgere & subtilius terere valent totam veteris & noui testamenti literalem soliditatem.

Allegoricus enim siue moralis sensus competenter & utiliter profluens ex literali superficie sanctarum Scripturarum decens candor & quasi alliciens pulchritudo istorum est dentium.

Cur dentes
expositorũ
Sacrę Scri-
pturę om-
nes gemillis
fœtibus &
sterilis non
esse inter
eos dicatur.

Vnde & subditur, *omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eos.* Quid sunt enim istorum gemelli fœtus, nisi aut sanctarum Scripturarum, quę expositione quasi confringuntur duplex sensus, videlicet allegoricus & moralis, aut duorum testamentorum cognitio, aut geminę charitatis exhibitio? Nam cum triplex sit sensus in toto corpore di-

uinę Scripturę, historicus scilicet, allegoricus, & moralis, vbicunq; historicus exponitur, in aliquamistarum duarum partium, allegoricam scilicet aut moralitatem resoluitur, plerumq; in vtrarumq; partium sensus, vnius eiusdemq; historię redigitur intellectus, ita vt nonnunquam quod historia sonat, non nisi mysticè intelligi debeat. De quo triplici sensu diuinę Scripturę dicitur, *scribe ea tripliciter in corde tuo.* Duorum vero testamentorum quasi gemellis ditantur fœtibus, quia quicquid exponunt vel de veteri vel de nouo testamento assumunt: Porro geminę charitatis fœtibus multiplicantur, quia ad laborem exponendę sacrę Scripturę trahit eos amor Dei, quem in ipsã Scripturã delectabiliter sapiunt; amor quoq; proximi, ad cuius utilitatem hanc sibi occupationem libenter assumunt.

In quibus est nulla horum gemellorum fœtuum sterilitas, quia omnes quos terrenę actionis pondus non grauat, & diuini Spiritus fons saluberrimus lauat, possunt delectabiliter hac geminã intentione, materiã, dilectione, in exponendorum librorum negotijs vacare; intentione ad allegoriam & moralitatem, materiã ad vetus & nouum testamentum, dilectione ad Deum & proximum respicientes.

Duo testa-
menta duo
gemilli fœ-
tus.

Quar-

VERSUS III.

Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce sicut fragmen mali punici, ita gena tua, absque eo quod intrinsecus latet.

Quartum pulchritudinis membrum sunt labia.

Labia sponse sunt diuini verbi prædicatores, & quare vitta coccineæ comparantur.

Quartum septenæ pulchritudinis prædicamentum est, sicut *vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce*: labia dici possunt diuini eloquij prædicatores, siue ipsa eloquia eleganter legendo vel cantando pronuntiantes, & Dei populum sensus vel vocis suauitate ad timorem & amorem diuinum accedentes. Vnde & vittæ coccineæ comparantur, quia sicut vitta capillos ne dispergatur constringit & componit, ita Prædicatores sancti, siue in Ecclesiâ suauiter cantantes vel legentes, audientem populum vinculo pacis & vnanimitatis coniungunt, & sibi inuicem fidei & dilectionis harmoniâ consonare faciunt. Nâ vita subiectorû à vita Sanctorû prædicatorum quasi dissonat & discordat, quando nec rectè credunt, nec rectè operantur, sed cû illorû prædicatione ad veritatem & rectitudinem perducuntur, quasi eis fide & dilectione coniunguntur; dum idem quod ipsi credunt & diligunt; atque eis in lege Dei consentiunt. Cumque eadem veritatem pronuntiantes, vel pulchro concentu vel probabili rationi assertionem audiunt & atten-

dunt, per gratiam compunctionis fortius se in amore Dei constringunt.

Vnde & *vitta* cui comparantur dicitur *coccinea* esse. Coccus quippe ignei coloris est, & quid est charitas nisi ignis? Quando enim aliqui de illo summo bono quod Deus est audientes causâ ipsius boni percipiendi ad benè agendum compunguntur, profectò diuinæ charitatis igne accenduntur.

Coccus coloris ignei charitatem signat.

Labia ergo Ecclesiæ, hoc est sancti Prædicatores, siue ipsam prædicationem officiosè componentes sicut vitta coccinea sūt, quia animos audientium ipsarum rerum quas prædicant dignitate & suauitate ad æternæ vitæ amorem succendunt.

Vnde subditur, *eloquium tuum dulce*: lenioribus enim præceptis infirmi attrahuntur, austerioribus repelluntur; in lege autem peccates puniri præcipiebantur, & nocentes talionem accipiebant quando oculum pro oculo, dentem pro dente dare iubebantur, sed in tempore gratiæ dulce est eloquium Ecclesiæ, quia peccatoribus culpas suas confitentibus non pœna sed misericordia promittitur, & nocentes si resipiscant, non talione mulctantur, sed pœnitentiâ absoluuntur. Siue ideo vita coccinea sancti Prædicatores sunt, quia prædicatione sua superflua cogitationum & operum cōstringunt, vt per sanctæ operationis studium diuinæ charitatis igne ardeant, & per contemptum sæculi quodam

Ex. 21. Leu. 24.

Vox Ecclesiæ dulcis dicitur ad distinctionem veteris testamenti in puniendo delinquentes.

mentis Martyrio rubeant; coccus enim & igneus & rubeus est, & qui diuinâ charitate feruēt, omnia pro Deo pati aduersa non timent.

Quintum pulchritudinis membrum in sponsa sunt genæ.

Porro quinta species septiformis pulchritudinis disciplinatum in Ecclesiâ verecundiam prædicat, dū dicitur, *sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet.* Malum punicum dicitur, eò quod expunicâ regione sit genus eius, translatum, quod etiam dicitur malum granatum, quod multitudinē in se contineat granorum; fragmen autem mali punici exterius rubet, interius candet, & magis fractum quam integrū redolet. Genæ ergò

Genæ in Ecclesia disciplinatum verecundiam notat.

Ecclesiæ sicut fragmen mali punici dicuntur esse, quia disciplina religiosorum in domo disciplinæ honestatis habitum prætendentium, exterius verecundiam in facie roseâ præfert pulchritudine, quæ ex interiori procedit mentis gratiosæ candentis operositate. Candor enim pudicitæ qui fulget in mente, ruborem verecundiæ gignit in facie, quando tale quid timet anima religiosa committere, quod honestati suæ deroget vel disciplinæ. Vnde per contrarium reprobæ menti, & audacter peccare non erubescenti per Prophetam dicitur, *frons mulieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere.*

Hier. 3.

Disciplinatum in Ecclesiâ verecundia cur malo punico comparatur.

Vultus ergo demissio, & gloriosa oculorum compositio, religiosæ & pudicæ mentis est signum, atque ideo congruè sicut fragmen mali punici dicuntur, esse moribus honestè

compositi, qui decorē Sanctitatis, quem intentione & cogitatione interiorius gestant, exterius habitu & moribus reuerenter insinuant. Et cum exterior gestus religiosè compositus laudabilis sit, longè tamen laudabilior est ille interior animi habitus, qui soli Deo est cognitus, dum vix aut nunquam sufficit sancta anima foris est ostēdere, quātā intus diuina ardeat charitate.

Vnde cum de sponsâ sponsum præmitteret, *sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, subdidit, absque eo quod intrinsecus latet.*

Quid est enim quod intrinsecus latet, nisi vis charitatis quæ soli Deo patet, & quicquid honestatis vel sanctitatis extrinsecus videtur, ipsa intrinsecus operatur.

Vis charitati soli Deo patens, est id quod intrinsecus latet.

Sanctæ ergo Ecclesiæ disciplina corda quali fragmen mali punici sunt, absque eo quod intrinsecus latet, quia candorem quidem virtutū quam interius habent per Dei gratiam, hanc exterius exhibent per patientiæ & verecundiæ formam, sed ipsam vim quæ totam in se efficientiam vegetantem & confirmantem sancti spiritus operatione continet, solius Dei iudicio relinquunt, dum in magnâ quidem spe consistunt, sed in ipsâ suâ spe sine metu non sunt. Vim quidem in se diuinæ charitatis sentiunt, sed quæ ex ipsâ charitate moribus & vita prædicant, quo apud Deum examine pensentur, ignorant.

VER-

VERSUS IV.

Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cū propugnaculis mille clypei pendēt ex eā, omnis armatura fortium.

Sextum pulchritudinis membrum est collum Sponz.

Collum sublimem Doctorum eloquentiam significat, & quare illud turri David sit simile.

Luc. 4.

Quid intelligatur per propugnacula quibus domus David dicitur fuisse edificata.

Sexto verò loco enumeratæ pulchritudinis hoc ponitur prædicamentum, *sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex eā, omnis armatura fortium.* Superius prænotauimus per collum significari sublimē Doctorum eloquentiam quæ idcirco turri comparatur, quia verborum & sensuum profunditate sublimatur. Sed hæc turris David dicitur, id est manu fortis, quia videlicet quicquid venustatis vel sublimitatis in se continent Doctorum eloquia, siue verbo siue scripto, ipsius profectò gratiæ est, qui spiritaliter manu fortis dicitur, quia eius est, *parcere subiectis, & debellare superbos.*

Sicut de eo scriptum est, quia *superbis resisti, humilibus autem dat gratiam:* in corde enim humilium requiescit, & suæ eis scientiæ dona, pro vt sibi placuerit, competenter distribuit, alij quidem sic, alij, vero sic.

Quæ verò sunt propugnacula, quibus hæc turris est ædificata, nisi fortium & sublimium sententiarum munimenta? autoritatibus enim sententiarum quibus Doctores intonant, Ecclesia munitur & roboratur contra peruersorum dogmata & gesta, ne supra petram fidei fundata, vlla possit timere contrariæ & aduersæ patris molimina. In

hac enim conspiciuntur consilia & præcepta virtutum & mirifica sanctorum Patrum facta atq; miracula.

Vnde & subditur, *mille clypei pendent ex eā*; quid enim millenario numero qui pro perfectione ponitur, nisi vniuersitas designatur? Mille namq; clypei sunt vniuersa virtutum documenta, quæ nos muniunt contra oppugnantia vitiorum machinamenta: nam si

Feruet auaritiâ, miserosque cupidine peccatus,

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem

Possis, & magnâ morbi deponere partē.

Laudis amore tumes? sunt certa pericula, quæ te

Iam pure lecto poterūt recreare libello.

Inuidus, iracundus, iners, vinosus amator,

Nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit,

Si modo cultura patientem commo- det aurem.

Si enim te huius mundi gloria delectat, audi Apostolum Iohannem dicentem, *nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mūdo sunt; si quis dilexerit mundum, non est charitas Patris in eo: si vitio inanis gloriæ tentaris, audi Apostolum dicentem, non efficiamur inanis gloriæ cupidi: si auaritiâ tētaris, audi eundē dicentē quia hilarem dadorum diligit Deus: si libidine tentaris, audi iterū dicentē, nescitis quia corpora vestra tēplū sunt spiritus sancti? si quis violauerit tēplū hoc, dispdet illū Dominus, tēplū enim Dei sanctū est, quod estis vos:*

si ira

Mille clypei ex domo David pendent vniuersa virtutum documenta ne munientia figurat.

- Pf. 4. si ira animum pulsat, audi quod dicitur, irascimini, & nolite peccare; & quia *ira viri iustitiam Dei non operatur*: si peccatū inobedienciæ mentem corrumpit, audi scriptum, quia
- Iac. 1. *melior est obedientia quam victima, & auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum arioladi est repugnare, & quasi scelus idololatricæ nolle acquiescere*: si impatientia mentem grauat, attende scriptum,
- Prou. 16. *quia patiens melior est expugnatore urbium*: si superbiæ animum inflat, audi scriptum, quia *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*.
- I. Pet. 5.

Ecce isti sunt clypei, qui pendent ex turri & propugnaculis eloquentissimorum doctorum, quorum scientiæ & autoritates fortissimum sunt Ecclesiæ munimentum, præcepta verò & consilia sunt vnicuique animæ contra vitia & peccata & documentum & munimentum. Mille ergo clypei pendent ex ea, quia nullum est vitium contra quod non inueniatur munimentum ex vniuersis dictis & scriptis sanctorum Catholicorum Patrum. Sed quia in eisdem scriptis recitantem & fortia Sanctorum gesta, & diuinæ legis præcepta ab ipsis constantissimè seruata, benè subditur, *omnis armatura fortium*: Ibi enim inuenies, quæ fortiter contra vitia & peccata armis militiæ spiritualis pugnauerint, quorum armatura fuit diuinorum mandatorum obseruatio, & præcedentium Patrum imitatio. Mille ergo clypei & omnis armatura fortium

Omnia armatura fortium quæ sunt.

pendent ex eâ, quia quicquid fortitudinis contra hostes animæ querere libet, in doctissimis Patrum sententijs & magnificis gestis inuenire licet.

Sed cum idem officium habeant muniendi propugnacula & clypei, in hoc tamen differunt, quod propugnacula immobiliter subsistunt, clypei verò manu teneri & moueri possint. Quid autem dici possunt propugnacula, nisi sanctorum miracula? quid verò clypei, nisi sanctorum virtutum cultus eximij. In scripturâ ergò sacra quam Doctorum proferunt & commendant eloquia, mirifica narrantur sanctorum miracula, quæ nos quidem agere & quasi mouere non possumus, opera verò virtutum exercere, & quasi manu tenendo diuersis studijs mouere pro modulo nostro quique possumus, si Dei amore ardemus.

Ex collo ergo sanctæ Ecclesiæ mille clypei pendent, & omnis armatura fortium, quia in sacrâ scripturâ, quam Doctorum reteggit & ornat eloquentia, generaliter contra vitiorum iacula & protegentia tutamenta, & repellentia inuenit armamenta.

VERSUS V.

Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capree gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur vmbra.

Sep-

Septimum
pulchritu-
dinis mem-
brum in
Sponsâ sunt
duo vbera
eius.

Septimum verò prædicatæ pulchritudinis tale præconiū est, *duo vbera tua sicut duo hinnuli caprea gemelli, qui pascuntur in lilijs donec aspiret dies, & inclinentur ymbra.* Sicut supra probatum est, per duo vbera potest accipi diligentiam Magistrorum, minores erudientium, geminam pietatis & scientiæ doctrinam; pietatis quidem, quando eos informant actiuæ & contemplatiuæ vitæ honestate; siue Dei & proximi dilectione; scientiæ verò, quando eos instruunt veteris & noui testamenti lectione, siue eiusdem Scripturæ historicam & allegoricam expositione. Quæ duo vbera sicut duo hinnuli caprea gemelli sunt, qui ipsi eruditores minorum in Ecclesiâ pauci sunt in oculis suis, iuxta doctrinam maiorum agentes & docentes, & nihil de propria scientiâ præsumentes, Sanctos Patres vitam, moribus, doctrinam, veluti filij Matres sequendo ad superna tendentes, atque in his quotidie ingenio & intellectu proficientes, secumque eos quos docent ad altiora intelligenda & appetenda ducentes. Qui benè non absolute hinnulis, sed gemellis comparantur, propter easdem sibi inseparabiliter coherentes geminas pietatis & scientiæ doctrinas, ut veluti vno momento generatæ neutram partem sui priores existant. Nam semper Ecclesia Christi vtriusque vitæ, hoc est actiuæ & contemplatiuæ alumnos habuit, semper & Dei & proximi dilectione viguit, semper vtriusque

Duo vbera
quid signifi-
cent, & quare
sicut duo
hinnuli cap-
rea gemelli
dicantur.

testamenti scientiâ claruit. Vtrumque autem testamentum ita sibi inseparabiliter est coniunctum, ut alterum alterius sit significatiuum siue expositiuum; nam vetus nouum significat, nouum vetus exponit: sic & dilectio Dei sine dilectione proximi, nec proximi sine dilectione Dei esse vllatenus potest, quia altera alterius est probatiua. Nam qui proximum diligit, Deum diligere probatur, quia ut proximum diligit, Dei amore incitatur: neque contemplatiuæ vitæ amator esse potest, qui actiuam vitam ignorat, neque actiuam tenet qui contemplatiuam non desiderat.

Verumque
Testamentum
alterius sig-
nificatiuum
& expositiuum
est.

Duo ergo vno tempore vnum idemque facientes, quia subsistendi consequentiam conuertuntur, consequitur enim, ut qui vetus intelligit Testamentum, intelligat nouum, dum vnum sunt, hoc in figura, illud in veritate, & qui diligit proximum, diligit Deum, & è conuerso, quod semper simul esse oportet, contemplari autem Deum non potest, qui benè agere nescit. Hæc ergo duo vtrobiq; indiuisiuo existentes modo quasi sub vnâ generatione gemelli dicuntur, & in duobus vberibus Ecclesiæ septimo & ultimo pulchritudinis loco prædicantur.

Mystico &
explicatio
gemellarum.

Porrò historica & allegorica expositio non ita semper inseparabiliter iunguntur; quia plerumque sola pura historia est tenenda, nonnunquam sola allegoria, quando pleraque iuxta literam stare possunt,

V

sunt,

sunt, quæ iuxta spiritum minimè possunt, & iuxta spiritum quædam intelliguntur, quæ iuxta literam nullo modo accipiuntur.

Verum ubi simul congruè conueniunt, non inconuenienter prædicta gemellorum similitudo attingitur, ut in duobus uerbis Ecclesiæ, quasi duo hinnuli capræ gemelli indiuisiue prædicentur. Sed quia omne pietatis studium ad certum spectat finem, nihil enim boni, nisi pro æternâ adipiscendâ vitâ docetur & discitur, subdit.

Qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur umbra: omnium enim superius, positarum specierum qualitates, quæ in pulchritudine uerbum Ecclesiæ prædicatæ sunt in lilijs pascuntur, hoc est in candore & odore virtutum nutriuntur, quia nemo actiue & contemplatiue uitæ honestate, sine Dei & proximi dilectione, siue utriusque testamenti paginâ proficit nisi per munditiam mentis, & exercitium bonæ actionis.

Et quam diu? *donec aspiret dies, & inclinentur umbra,* hoc est donec dies æternæ felicitatis illucescat, & non huius mortalitatis deficiat, tumque videatur perfectè in veritate, quod hic videbatur per speculum ænigmate, & quod hic tenebatur in spe, ibi sine fine teneatur in re. Ibi duo uera illa, quæ supra quadrifariam distinximus, in illo die æternali uidebuntur, non in labore, sed in præmio, quod significant dici aspira-

tio & umbræ inclinatio, umbra enim laborem, dies præmium significat.

Dictio uerò ista *donec*, non pro determinatione, sed pro sempiterno ponitur, ut intelligamus tam diu in hac uita laborandum bene operâdo donec æternam comprehendamus uitam feliciter quiescendo.

Item umbra laborem, dies præmium significat.

VERSUS VI

Vadam ad montem myrrha, & ad collem thuris.

Postquam dilectus in corpore dilectæ, id est Ecclesiæ egregia uarietate distinctas pulchritudinis enumerauit species, subdit generalem, omnium membrorum decorem quem debent habere, qui ad eius corpus uolunt pertinere. Sed istum decorem duplici modo, hoc est, carnis mortificatione & deuoti spiritus postulatione: Nam qui secundum carnem ambulat, & spiritu facto carnis non mortificat, non est de illo pulchro corpore Ecclesiæ, quæ non habet maculam neque rugam; *qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, cum uitijs & concupiscentijs:* deuoti quoque Spiritus postulatio ex diuini Spiritus nascitur afflatu clementissimo, quia ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Postulat quippe dictum est postulare facit, quia cuius mentem replet, in compunctionis gratiam mouet,

Duplex decor requiritur ab illis qui ad corpus Christi uolunt pertinere.

Gal. 5.

Rom. 8.

Quid sit pasci in lilijs.

Aspiratio dici pro æternæ felicitate, & inclinatio umbrarum pro deficiente nocte huius mortalitatis accipitur.

mouet, vt aut ex peccatorum suorum consideratione, aut pro futuri regni dilatione gemat, gemēs exoret, exorans quandoque accipiat, siue peccatorum veniam, siue desideratā beatitudinis coronam.

Myrra carnis mortificationem denotat.

Carnis ergo mortificatio per myrram exprimitur, propter laboris & passionis amaritudinem: porro deuoti spiritus postulatio per thus accipitur, propter quodāmodo fumigantē exiguā compunctionis vel pœnitentia mœrorem, vel charitatis ardorem, ex quo dirigitur ad Deum pura mentis supplicatio oratio. Sed cum vtrāq; virtutes videlicet carnem mortificare & frequenter orare, summæ honestatis & vtilitatis, sicut in corpore sanctæ Ecclesiæ, ea tamen excellentior cōprobatur, quæ maiori labore animi & corporis adquiritur.

Per thus oratio exprimitur.

Cur Myrra mōtis, thus colli-nomine prædicatur.

Quocirca vt earum meritum distinguatur, myrra montis, thus colli nomine prædicatur: Dicit ergo, *vadam ad montem myrræ, & ad collem thus*, ac si alijs verbis apertius dicat, ad eorum mentes, qui ea intentione laborāt, vt se vitijs & peccatis mortificent, & hoc assiduis orationibus obtinere student, vadam per cooperatricem & collatricem gratiam, vt probem eas mea in habitatione dignas, quas harum pulchritudo virtutum delectat, dum sum paratus & subuenire laborantibus, & annuere supplicantibus.

VERSVS VII.

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

CVm inquit te superius septemnis pulchritudinū extulerim præconijs, ac deinde mortem myrræ collemque thus in te dignanter attēderim, magna quippe eminentia mentis est mortificatæ carnis subiectio, vnde nascitur liberi spiritus contemplatoria ad Deum interpellatio sed mortificatione carnis ita sopiuntur vitia & peccata, vt nihil sit quod spiritui repugnet, sed tāta est animi puritas & æqualitas vt nullas in tuo corpore sordes possis admittere, quæ decoris tui gratiam valeant obliterare.

Mortificatio carnis pulchritudinum adfert animæ.

Tota ergo pulchra es amica mea, & macula non est in te; macula inquam non est in te, hoc est nullam habet essentiam, quia etsi aliqua parumper & humana fragilitate accesserit, cito cordis compunctione & humili confessione atque quotidiana oratione repellitur.

VERSVS VIII.

Veni de libano sponsa mea, veni de libano, veni coronaberis de capite Amanæ, de vertice sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

QVapropter *veni de libano sponsa mea, veni de libano*, hoc est, quia deuicta iā & mortificata omnis carnis cōcupiscētia, cordis & corporis munditia candida es effecta, *veni de libano*, hoc est, de hac candidatione tua, libanus enim candidatio interpretatur, *veni autem non semel, sed iterum*, quia non

Libanus interpretatur candidatio.

tantum debet placere cogitatione sed & opere, veni inquam de hac candidatione tua; venire quippe nō potes, nisi sis candida, & veluti mea Sponsa, quæ iam per hanc candidationem meis amplexibus es digna, in regni quoque mei transi consortium, vt immutabilem deinceps teneas candidatæ animæ statum & habitum. Veni & tertio, quia non prodest tātum placere cogitatione & opere, nisi & placeas ipsius boni operis perseverantiā, quæ est futuræ felicitatis certitudo representatiua.

Cur Sponsa
tertio inui-
retur aut ve-
niat.

Siue vt fidem Sanctæ Trinitatis denunties, veni prædicando Patrē, veni prædicando filium, veni prædicando Spiritum Sanctum, & vnum Deum in his tribus distinguendo personis, sancta religionis constitue Sacramenta, totumq; orbem huius fidei immutabili veritate confirma.

Siue veni fide, veni spe, veni charitate, hoc est omnē boni operis perfectionem, fide assume, spe reponere, charitate amplectere. Siue corporis & sanguinis mei Sacramentum & rem Sacramenti, veni fideliter credendo, veni reuerenter tractando, veni salubriter sumendo, vt per hoc meum animæ remedium mihi incorporata, verè mea dicaris Spōsa & Amica.

Quomodo
quis incor-
poretur
Christo.

Sed ad huiusmodi incorporationem venire non potes, nisi de libano hoc est vel candida baptisinate, vel si ob culpam tui de meo fueris præcisâ corpore pristinum recipi-

ens candorem fonte pœnitentiæ.

Hæc autem omnia veritatis & fidei documenta, per totius mundi sparge climata, vt laus mea annuntietur per te vsque in fines terræ; hoc est etiam peccatoris & terrena quærentes mea Sacramenta quærant, agnoscant & suscipiant, eorumque conuersio tua fiat remuneratio. Hoc est enim quod sequitur, *coronaberis de capite Amara, de vertice sanir, de hemor, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.*

Per hæc tria nomina montium designantur tres species altitudinum mundanarum, quarū destructione sancta Ecclesia perfectam consecuta est pacem, humiliacione perpetuam meruit coronam.

Prima altitudo fuit in cultoribus idolorum, qui cum bonum in se sibi rationis & visibilium rerum pulchritudinem ipsarum omnium creatorē cognouissent, *non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum; quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & seruiuerunt creatura magis quā creatori.* hocq; modò Deū cōtēnere, quædā fuit altitudo superbiæ.

Altera altitudo fuit reproborum persecutio, qui Deo peruersis moribus contradicentes, veritatis & iustitiæ præcones magnis persequebantur iniurijs, multis affligentes pœnis, & ad mortem vsq; compellentes, sicq; ipsi Deo in electis eius repugnare, fuit etiam quædam altitudo superbiæ. Porro

Tres species
altitudinū
mundanarū.
per tria nō-
minā mon-
tium desig-
nantur.

1507

Porro tertia altitudo fuit Hæreticorum peruersa locutio siue conscriptio, quâ fidem veram destruere conabantur per humanâ ratiocinationem & simplicitatē sacrae scripturæ, quodam fastu dialectici sermonis corrumpere laborabant, quidum sapientes videri appeterent, stulti facti sunt, quadam mentis superbiâ scientiam tantum suam ostentare cupientes.

Amana autem interpretatur nocturna auis, *sanir* dens vigiliarum, *hemor* anathema: quæ significationes nominum primo quidem ipsi capiti omnium iniquorum, de quo scriptum est, *ipse enim est Rex super omnes filios superbiæ*, aptari possunt, vt dicatur nocturna auis, & dens vigiliarum, & anathema. *Nocturna* quippe *auis*, quæ alio nomine noctua vel *lucifuga* dicitur. Diabolus recte nuncupatur, quia odit lucem, id est, opera bona, & diligit peccata, quæ sunt opera tenebrarû, & sicut scriptum est, *dormit in vmbra, in secreto calami*, quia mentis quas tentando circumuolat, dum per consensum sibi subiugat, quasi in vmbra peccati sibi requiem parat. Ipse & *dens vigiliarum* dicitur, quia de eo scriptum est, *quod tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret*, cuius vigilare est nunquam à malâ voluntate quiescere. *Anathema* quoque non incongruè dicitur, quia sequestratus & quasi excommunicatus à confortio bonorum spirituum; alios quoque secum in interitum trahere

festinat, vt sicut ipse, ita illi quoque à Deo fiant anathema.

Quæ ergò capiti conueniunt, nõ inconuenienter & membris conuenire possunt: diximus autem paulò superius, tribus his nomini *montium* significari posse tres species altitudinum, mundanarû quas constituimus in tribus qualitatibus hominû peruersorum, videlicet in idolorû cultoribus, & sanctorum persecutoribus, atque hæreticis.

Sed videndum quomodo istorum nominum interpretationes talibus conueniant: cultores nempe idolorum non absurde nocturna auis dici possunt, propter mentis cœcitatē & leuitatē; cœcitatē quidem quod sicut hæc auis diem fugit, & nocte magis vagatur, ita ipsi lumen veritatis & fidei recipere nolentes, tenebras infidelitatis magis amplectebantur, quam diu gratiâ Dei ab hac infidelitate non liberabantur: siue sicut quælibet auis si nocte lumine lucernæ offundatur, magis cœcatur & offendit, ita illi ante tempus visitantis gratiæ, si eis lumen veritatis verbo prædicationis infundebatur, magis in errorem prauitatis labebantur. Porro propter leuitatē aui comparantur, quia tantâ erroris incertitudine vagabantur, vt nihil veri, nihil stabilitatis in suo cultu comprehendere possent. Persecutores verò sanctorum dens vigiliarum dici possunt propter feritatem & immanitatem persecutionum, vt dens

Cultores idolorum nocturna auis cui comparantur.

Persecutores sanctorum dens vigiliarum dici possunt.

Amana nocturna auis *sanir* dens vigiliarum, *hemor* anathema sonat. Ioh. 41.

Diabolus nocturna auis dici potest.

Iob. 40.

Diabolus cur dens vigiliarum dicitur.

I. Pet. 5.

Diabolus anathema vocatur.

Hier. 1.

ipsa sit feritas, vigilæ verò persecutiones quietem non habentes: nam & in Ieremiâ scriptum est, quia cum dixisset Dominus, *quid tu vides Ieremia? respondit, virgam vigilantem ego video, & Dominus, benè inquit vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, ut faciam illud.* Quomodo ergo hoc loco virga vigilans accipitur correptio, propter peccata populi non quiescens donec compleatur, sic potest dici dens vigiliarum feritas persecutionum vigilans in pœnâ & nece sanctorum.

Hæretici anathema dicuntur.

At verò hæretici anathema dicuntur, id est separatio à Deo, quia dum ab Ecclesiæ cōmunionē propter fidei peruersitatē ferro abscissionis, hoc est Excommunicationis separantur, quoniam quidem Christus est caput Ecclesiæ, Ecclesia verò corpus Christi, quando à corpore id est Ecclesiâ separantur, profecto à capite, hoc est Christo separantur. Apostolus autem dicit, *si quis vobis aliud predicauerit, quàm quod à nobis accepistis, anathema sit, sed Hæretici aliud prædicauerunt, quàm quod ab Apostolis prædicatum fuerat, ergò anathema fuerunt, ideoque anathemathizati & excommunicati ab Ecclesiâ profecti sunt.*

Gal. 1.

Igitur sponsus sponsæ ter veni in clamitat, ut existorum montium capite vel vertice ter coronandam ostendat, *coronaberis, inquit, de capite Amanæ, de vertice sanir & hemor: quomodo autem coronaberis? primo de capite Amanæ, hoc est de cultoribus*

Sponsa vnde coronatur.

idolorum, qui ad prædicationem tuam conuersi, fide & actione velut bonæ arbores procreuerunt, quorum conuersio & profectus tui profecto fuit capitis ornatus: deinde etiam coronaberis de vertice sanir, hoc est, de persecutoribus sanctorum, qui tuis exhortationibus & miraculorum terroribus, depositâ feritate Christi se iugo submiserunt, quorum etiam conuersio & humiliatio coronæ tuæ pro labore est amplificatio.

Tertio coronaberis de vertice hemor, hoc est superbiâ eloquentiâ hæreticorum, qui postquam tua rationabili & cum sapientiâ sanæ doctrinæ eloquentiâ, à suâ falsæ scientiæ prauitate demutati sunt, fidē quam prius impugnabant, fortissimâ veritatis assertione defendebāt, quorum ad rectam fidem reformatio tua est corona & laboris remuneratio.

Et quoniam à contrario, sicut anima iusti sedes est Dei, ita anima per-

uersi, habitatio est spiritus immundi, sequitur, à cubilibus leonum, à montibus pardorum: corda nempe peruersorum, quos sub trium montium vocabulis distinximus, rectè dici potuerunt cubilia leonum, quia dum ea sibi maligni spiritus per malitiam subdiderunt, ipsam in eis malitiam per suggestionem suâ & consensum illorum nutriendo quasi in quibusdam cubilibus quieverunt: leonis namque maligni spiritus sunt, qui ad decipiendum humanum

Sap. 7.
Corda peruersorum cubilia leonum dicuntur.

manum

manum genus circumquaque rugiunt, sanguinem animæ sitientes, hoc est, virtutum nutrimenta auferre ab anima cupientes. Sicut enim in sanguine hominis vita ipsius est, ita in nutrimentis virtutum vita animæ est.

Cordè idem
peruerforum
cur
montes par-
dorum vo-
centur.

Montes verò pardorum propter superbiam eadem sunt corda reproborum, pardi autem idem sunt spiritus maligni propter ferocitatem & multiplices species quasi varios colores fraudium millenarum. A cubilibus ergo leonum & montibus pardorum Ecclesia coronatur, quia dum illorum mentes, qui terrenis & peruersis actibus incubantes cubilia dæmonum fuerant, prædicatione sua diuinæ gratiæ efficit sedes; illorum etiam corda qui superbiam quasi singularem vitam vel scientiam prætendentes, varios sanctarum & hæresium colores protulerunt, diuina inhabitatione in spiritu humilitatis digna efficit, ex illorum nimirum conuersione & profectu maiore pij laboris cumulat fructu.

VERSUS IX.

*Vulnerasti cor meum soror mea sponsa,
vulnerasti cor meum in vno oculorum,
& in vno crine colli tui.*

AD huc amplius sponsus sponsæ, id est Christus Ecclesiæ, siue cuiusque fidelis animæ studium & profectum, & ipsius profectus decorem & meritum approbat &

miratur, vt cū superius septem pulchritudinis eius partes, quasi in exteriori eius habitu primo enumerauerit, deinde duplicè interioris habitus qualitatem exposuerit, tertio triplicem ex aliorum profectibus coronam obtulerit, in quibus omnibus magnum suæ dignationis beneplacitum ostenderit, nunc inferiora eminentiorem, & quasi præcæteris maximam pulchritudinis partem bipartitam, in qua soror & sponsa præ ipsius dignitatis magnitudine cor sponsi in eodem suo beneplacito non tantum permouerit, sed etiam vulnerauerit, soror per fidem, sponsa per sanctum & verum amorem, sed quæ est pars ista bipartita? *vnum oculorum, & vnus crinis colli:* si in cuiusque sensu geminos tamquam in vno corpore oculos attendimus, vnum in dexterâ, alterum in sinistra parte ponemus. Sed sinistra partis oculus est omnium rerum visibilibus mirabiliter & ordinabiliter dispositarum demiratio, ex quarum consideratione, aliquam licet per speculum & in ænigmate creatoris colligat magnitudinem, pulchritudinem atque potentiam, & in administratione earum atque gubernatione sapientiam eius atque bonitatem. Porro dextræ partis oculus extra hæc visibilia supra seducitur quando omni mundanæ huius cupiditatis contagio absoluitur, & in ipsam creatoris faciem contemplatoriæ charitatis intuitu defigitur. Hoc ergo vno oculorum sponsæ

Ab vno oculorum & vno crine vlli sponsa commendatur.

Quid per sinistrum & quid per dexterum oculum significetur.

Seraphin in-
terpretatur
ardens.

sponsæ sponsi cor vulneratur quia dum sancta mens tantum sibi per vim diuinæ charitatis aspernâ gratiam copulat, vt seraphin, id est, ardentis nomen accipiat, ex ipso suo ardore vnitæ sibi diuinitati quasi quoddam amoris vulnus importat.

Per vnum
crinem col-
li vnitas in
trinitate &
Incarnatio
Christi ex-
primitur.

In vno verò crine colli subtilitatem prædicationis intelligamus; sed cum plures sint subtilitates prædicationis, quæ est tamen vna & singularis eius subtilitas quasi vnus crinis colli? secundum partes fidei & in trinitatis deitate, & in Christi incarnatione: quis verò vnus crinis in trinitatis deitate? vnus Deus in tribus personis cuius incomprehensibilem diuinitatis rationem credere iubemur, discutere non permittimur: quis autem vnus crinis colli in Christi incarnatione? *Deus homo factus*. Quis enim vllatenus inuestigare potest, quomodo corporatur verbû, quomodo summus & viuificator spiritus intra vterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet existit & concipitur?

Sed in hoc vno vtrobiq; crine colli cor dilecti vulneratur, quia dum hoc quisque credit, quod humanâ ratione non colligitur, valde in omnipotentis Dei amore per fidei meritum colligatur, *fides autem non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum*. Non enim fides contra rationem, sed supra ratio-

nem, & ideo qui nihil vult credere nisi quod ratione comprehendit, vt Philosoph. non habet meritum fide suâ, sed qui illud quod rationi non est contrarium, & tamen supra rationem est credit: vnde ait Apostolus, *prope est verbum in ore tuo, & in Rom. 10. cordet tuo, hoc est verbum fidei*: Christus quoque contrâ rationem non est, sed supra rationem: in vno ergo oculorum dilectio, in vno crine colli fides exprimitur. Sed quia fides per dilectionem operans fundamentum est omnium bonorum, sine dilectione autem ipsa fides nulla virtus est, *dæmones enim credunt & contremiscunt*, atque ob hoc duo hæc disiungi nequeunt, vbi perfectæ virtutis metem Deo coniungunt. Vno ergo speculatiuæ dilectionis oculo, & vno crine, hoc est fidei subtilitate quæ duobus maximè constat, mysterio scilicet diuinitatis & sacramento Incarnationis cor dilecti vulneratur, quia mentis fide & dilectione abundantis vi quodammodo ad magis cognoscendum penetratur, vnde non semel sed iterum repetendo dicit, *vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum*. Valde enim commendabile est ante omnipotentis Dei oculos & fides per dilectionem operans, & dilectio per fidem proficiens: fides nêpe totius boni fundamentum, dilectio superædificans ipsius fundamentum decus & ornamentum.

Alio quoque modo intelligi potest

Alia expli-
catio quo-
modo intel-
ligendum
quod Spon-
sa cor Spon-
dicatur vul-
nerasse in v-
no oculorū,
& in vno
crine colli.

Eccles. 27.

I. Reg. 6.

Ezech.

test vnum oculorum & vnus crinis colli, videlicet identitas & immutabilitas, quantum ad animi statum in proposito boni, vt in vno oculorū sit eadē semper & indeficiens spiritalium intentio actionum; in vno verò crine colli idem semper & perseverans habitus humilitatis & deiectio mentis: vnde scriptum est, *homo sanctus in sapiētiā manet sicut Sol, stultus autem vt luna mutatur*, & de vaccis arcam Dei portantibus scriptum est, *quia ibant in directum, & vno itinere gradiabantur, & non declinabant ad dexteram, neq; ad sinistram.* Quid enim est arca Dei nisi mens sancti, in quā per diuersarum dona gratiarum diuinitas continetur: sed qui hanc portat necesse est, vt à viā iustitiæ non declinet, ne peruerso itinere, gradiens recedente: gratiā diuinā à mente, iam Dei arcam; minime dicatur ferre. Vnum ergo oculorum vna est via coram se rectē gradientium, sicut de sanctis animalibus scribitur, *quia vnumquosq; ante faciem suam gradiabatur: vnum oculorū idem est animi vultus semper ea que retro sunt obliuiscens, & ad ea que sunt ante se extendens.* Vnus crinis colli eadem semper humilitatis paruitas & tenuitas tanta, vt cum magni sit apud Deum meriti vir sanctus, tantum se apud homines despiciat, vt quid sit vix in se videri permittat, sicut crinis vnus cum aliquid sit, vix tamen videtur & tenetur: vnus crinis colli est identitas mentis Deo se

per obedientiam humiliantis, in cuius proposito statu ita perseverat, vt neque eleuetur prosperis, neque deiciatur aduersis, E contra de reprobamente dicitur, *quia ambulabat Esa. 3. extento collo & erectā ceruice; & de Iudæis Deo se per obedientiam non humiliantibus, durā ceruice & indomabili corde.* In vno ergo oculorum & in vno crine colli dilectus vulneratur, quia valde ei placet vna eademque perseverans spiritalium intētio & discretio actionum, vna quoq; & stabilis semper humilitas inclinatæ Deo per obedientiam mentis.

VERSVS X.

*Quam pulchræ sunt mammae tuae
soror mea Sponsa; pulchriora sunt vbera
tua vino, & odor vnguentorum tuorum
super omnia aromata.*

CONsiderandū diligenter que-
nam sit ista prædicabilis pul-
chritudo mammaram, siue vberum Sponsæ, id est Ecclesiæ siue sanctæ cuiuslibet animæ, nam sicut in mammis siue vberibus nutrimenta sunt paruorum, & nouiter procreatorum corporum, ita possunt esse quædam spiritalia nutrimenta, quibus teneræ & infirmæ adhuc animæ incrementa aliqua sanctitatis accipiant, vel ipsæ à se ipsis, vel aliæ ab ipsis; ipsæ à se ipsis
X per

Ecclesia cur
vbera dica-
tur habere.

per exercitationem, alia ab ipsis per eruditionem.

Primò autem videndum, quæ sint iste mammæ, siue hæc vbera, deinde quæ sit earum pulchritudo sic à Sponso laudata: non puto rationi contrarium, si hæc mammæ siue hæc vbera dicamus cognitio non veritatis & amorem virtutum. Sed cum duæ sint creaturæ, vna Spiritualis, altera corporalis, non abs re esse credimus, si vtrique duas incrementorum qualitates quasi duas mammæ siue duo vbera constituamus: sicut enim duæ sunt creaturæ, sicut iam diximus, vna spiritualis, altera corporalis, ita duplex quoque bonum creaturæ, aliud spiritualis, aliud corporalis; bonum enim spiritualis creaturæ maximè consistit in duobus, quæ supra posuimus, in significatione mammarum siue vberum, hoc est in cognitione veritatis & amore virtutis: bonum verò corporeæ creaturæ, vel in ipsa, vel extra ipsam. Bonum in ipsa integritas est sensuum & affectionum secundum quinque sensus, bonum extra ipsam ordinata distributio in creaturis: quicquid enim corrumpuntur vel emendantur pro homine est, & quicquid est bonum vel malum, homini bonum est vel malum. Cumque omnia bona siue interiora siue exteriora Dei omnipotentis sint dona, vtrorumque priuatio Dei est ira, & hominis pœna, sicut à contrario illorum collatio Dei est

vbera Eccle.
hæc sunt cog-
nitio veri-
tatis & amor
virtutum.

gratia & hominis salus, cognitio autem veritatis & amor virtutis si particulariter consideremus, in vnaquaque animam semper accipiunt incrementa, quasi ex quibusdam exercitationum mammis, & vberibus, quia ipsæ exercitationes quiddam magis & minus suscipiunt; magis si permanent, minus si desinunt, videlicet ut magis vel minus cognoscant veritatem & ament virtutem. Hæc enim duo sunt sibi inuicem ita colligata, quasi in vno corpore naturaliter duo vbera, quia non potest amare virtutem, nisi qui veritatem cognouerit, & qui veritatem cognoscit, non potest nisi amare virtutem.

Cognitio
veritatis &
amor virtu-
tis qualiter
sibi inuicem
colliguntur.

Si verò vniuersaliter totum corpus Ecclesiæ inspiciamus, quantum ad se in cognoscenda veritate vel amanda virtute non suscipit magis & minus, quæ iam perfectam cognitionem veritatis & amorem virtutis habet. Quantum verò ad alios quos credit in Christo incrementa illi quotidie sanctitatis ex cognitione veritatis & amore virtutis accrescunt.

Vtrobique autem primò sunt mammæ, deinde vbera; quia sicut mammæ sunt puellarum quæ nondum possunt nutrimenta lactis habere, spem tamen habendi tenent, vbera verò feminarum quæ huiusmodi nutrimenti copiam habent, ita Ecclesia in his quos nutrit vel vnaquaque anima in seipsa, primò quidem habet quandam spem per

Differentia
inter mam-
mas & vbera.

habi-

habilitatem animi ad bona se applicantis, & ad meliora semper proficiendi, deinde iam fide & dilectione quasi adulta tam plenam incipit habere cognitionem veritatis & amorem virtutis, ut omnes sensus suos & interiores & exteriores enutrire, & ad perfectionem possit per Dei gratiam deducere: exteriores autem sensus dicimus hic enutriendus, non ut corporaliter melius possint, sed spiritualiter, ne male custoditi fiant instrumenta peccati, sicut Propheta de his peccatores arguit dicens, *intrauit mors per fenestras vestras.*

Quomodo intelligendum quod sensus exteriores dicantur nutriri. Hier. 9.

Ecclesia tripliciter verborum suorum nutrimenta porrigit.

Tripliciter autem Ecclesia istorum verborum suorum nutrimento porrigit, videlicet rebus factis, & dictis: rebus, ut in Sacramentis sine quibus nulla potest animæ provenire salus; factis, ut in Sanctorum gestis, quorum provocatur & inuitatur exemplis; dictis, ut in Sacrae Scripturae præceptis & monitis, quibus quotidie ad vitam nutritur æternam.

Pulchritudo verborum spiritus in quo consistat.

Diximus quidem quid sint mæmæ, siue vbera Sponse, nunc dicendum quæ sit earum pulchritudo sic à Sponso laudata: pulchritudo ista non est accidentaliter quæ adesse & abesse possit, præter subiecti corruptionem, sed essentialiter, quæ in suæ naturæ proprietate consistit: nam cognitionem veritatis & amorem virtutis pulchras esse, quid est aliud quam earum esse. Pulchrum est

enim veritatem cognoscere & amare virtutem, sicut pulchrum est castum esse, vel iustum, siue humilem, siue patientem, siue obedientem, & est quædam pulchritudo castitas & iustitia, humilitas, patientia, & obedientia, & hæc ut diximus non accidentaliter sed essentialiter, quia ipsa pulchritudo est earum essentia: accidentaliter quidem pulchræ sunt in subiectis quæ eis participant, per se autem essentialiter; nam si sunt, pulchræ sunt; si pulchræ non sunt, neque sunt: quia dum corrumpuntur, nec pulchræ sunt, quia desinunt esse quod fuerunt. Castitas enim vel alia quælibet virtus dum corrumpitur, quomodo pulchra est quia iam non est, cuius corruptio malum est?

Cum ergo in duobus præcipue bonum animæ consistat, quibus quasi ab vberibus ad vitam nutritur æternam, quæ sunt cognitio veritatis & amor virtutis, cognitionis corruptio ignorantia dici potest, de qua dicit Apostolus, *qui ignorat, ignorabitur, amoris corruptio cupiditas, quæ est radix omnium malorum.* Et quantum magis crescit hæc ignorantia, & cupiditas, tanto magis bonum animæ corrumpitur: anima enim cum sit incorporea substantia, secundum substantiam suam corrumpi non potest, sed secundum bonum quod participat, quod tanto amplius

Bonum animæ consistit in duobus.

in eâ deteritur & minoratur, quanto amplius ipsa peccatis deformatur.

Pulchræ sunt ergo mammæ siue vbera sanctæ Ecclesiæ generaliter, siue sanctæ cuiusque animæ specialiter, quia & hæc in filijs suis, & illa in se ipsâ, tam copiosâ bonorum sensuum vbertate refulgent in cognitione veritatis & amore virtutis, vt ex eis omnium spiritualium bonorum nutrimenta profluant, naturalia etiam bona, vt sunt ratio, ingenium, memoria magis vigeant, atque ita integra animæ pulchritudo horû participatione informetur.

Sed quid est, quod hæc vbera vino dicuntur pulchriora, cum in vino sit luxuria, in his autem vberibus sancta & sobria animæ delectatio, atque ob hoc nulla prorsus istorum recta possit esse comparatio? Sanè per figuram rapinosam, quæ est magna rei humilatio, dicuntur hæc vino pulchriora, non quod in vino aliqua sit prædicabilis pulchritudo, sed quod prædicta scilicet cognitio veritatis & amor virtutis, meliora & pulchriora propter vilitatem & suauitatem, sui sint omni animæ rationali, quàm omnia mundi oblectamenta quæ vino significantur, cum hæc corrumpant animam sui participatione, illa reficiant. Eodemque modo quod sequitur, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata, si odorem vnguentorum accipimus bonam famam virtutû, quæ comparatio spiritualiû & cor-

ruptibilium rerum? siquidem potest esse & corruptio boni quæ fit in spirituali creaturâ; & corruptio boni quæ fit in corporali creaturâ, quia cum sint duæ creaturæ, spiritualis & corporalis, sicut supra iam diximus, duo quoque bona sunt, vnum in spirituali, alterum in corporali creaturâ. Bonum spiritualis creaturæ virtus est, bonum corporalis creaturæ ordinata distributio in creaturis: corruptio ergo boni quod fit in spirituali creaturâ, sicut in anima, peccatum est & culpa, quia huius incorruptione vnimur Deo, corruptione elongamur ab eo; corruptio verò boni quod fit in corporali creaturâ, nec peccatum est nec culpa, sed vel pœna, vel ad pœnam. Si ergo incorruptione spiritualis boni vnimur Deo, incorruptione verò corporalis boni non tantum non vnimur Deo, sed plerumque; separamur, quando ipsa eius delectatione plerumque; nostri obliuiscimur, & à bono propositi abducimur, corruptione verò illius dum affligimur, nonnunquam ad bona reducimur, quæ comparatio potest esse in tantâ dissimilitudine.

Sed in hac comparatione argumentum est à minori ad maius, hoc modo: si corporalia bona hoc est odor aromatum tantæ sunt suauitatis, quanto magis bona spiritualia, id est; odor virtutum; incomparabile incorruptibile bonum corruptibili, sicut anima quæ est incorruptibilis corruptibili corpori.

Incor-

Sicut creatura alia est spiritualis, alia corporalis ita duo sunt bona in illa, virtus in priori ordinata distributio in creaturis in posteriori.

Quomodo odor vnguentorum Spōtæ dicatur esse super omnia aromata.

Pulchriora vino cur vbera Ecclesiæ memorentur. Ephes. 5.

Per vinum omnia mundi oblectamenta significantur.

Incorruptibilem autem dico animam secundum substantiam sui, quæ simplex & incorporea est, sicut incorruptibile bonum quod in animâ consistit, dicitur secundum substantiam, non secundum adiectionem. Duobus enim modis dici potest bonum, substantiue & adiectiue, per se enim bonum non corrumpitur si adijcitur animæ corrumpi dicitur, quando recedit ab animâ & in malum permutatur, sicut & ipsa anima per se non corrumpitur, sed priuatione boni dicitur corrumpi, quia priuatio boni malum est.

Dicitur ergo odor vnguentorum tuorum super omnia aromata, ac si dicatur, fama & opinio tuarum virtutum, melior & utilior tibi est, quam omnia huius mundi delectamenta, quia hæc occidunt, illa viuificant.

At si alio modo vtramque partem scilicet odorem vnguentorum & omnia aromata ad spiritualem intellectum referre voluerimus, videndum quis sit odor iste specialis vnguentorum dilectæ, & quæ sint omnia aromata quibus ille odor tantopere præfertur. Si enim omnia aromata omnes virtutes accipimus, quæ erunt illæ singulares virtutes quæ vniuersitati virtutum præferantur? Videtur nobis non absurdum esse si has virtutes dicamus, fidem, spem, charitatem; nempe absque istis virtutibus cæteræ omnes virtutes quasi otiosæ sunt, scriptum

est enim quia sine fide impossibile est Deo placere. Quod si nemo sine fide Deo placere potest, constat nulla bona opera sine fide salutem posse conferre: qui autem credens benè operatur profectò id facit spe futurorū bonorum; sed ea quisque diligit quæ se sperat adepturum, & quicquid boni operatur, per dilectionē operatur; quia nisi diligeret, pro his consequendis non laboraret.

Cum ergo omnia bona opera sine istis, hoc est fide, spe, charitate esse non possint, merito hæc eunctis virtutibus præferuntur, atque ita dicitur, odor vnguentorum tuorum super omnia aromata, ac si dicatur super omnes virtutes in te redolent fides, spes, charitas, quæ te perfectè in sponsam & dilectam efficiunt.

Sed quare hæc dicuntur vnguenta? quia sicut multæ species herbarum cum in vnum collectæ fuerint, vt quandam compositionem vnguenti efficiant, vnde nomen ipsius vnguenti sumunt, vnde maiorem virtutem habent, ita principaliter dicuntur vnguenta Ecclesiæ, siue cuiusque sanctæ animæ quæcūque bona opera fidei, spei, & charitatis condimento fuerint cōposita, quia non aliter efficacia, nisi fuerint horum adiectione denominata, vt dicatur hoc vnguentum est fidei, spei, & charitatis compositium: verbi gratia, aliquis habet humilitatem, castitatem, patientiam, obedientiam, aliasque virtutes aliquas, quarum compositio, quoddam spiri-

X 3 tuale

Bonum substantiue dicitur & adiectiue.

Alia spiritalis expositio odoris vnguentorum spongiæ super omnia aromata.

Sine fide, spe, & charitate alia omnia bona opera efficiuntur.

Fides, spes, charitas, cur vnguenta vocentur.

tuale dici potest vnguentum, sed omnino erit inefficax, nisi ibi fuerint fides, spes, & charitas. Est iterum aliquis, qui prædictas virtutes non habet omnes, habet autem alias, sed nec iste de his probatum poterit habere vnguentum absque adiectione harum trium virtutum. Qualescunque ergo vel quantascunque virtutes quilibet habuerit, oportet ut his tribus nunquam careat; si salutis suæ efficientiam habere desiderat: Cum itaque sint in Ecclesiâ alij istis, alij illis, aliqui pluribus, aliqui paucioribus præditi virtutibus, semper tamen illis fide, spe, & charitate cohærentibus, rectè potest dici non singulari numero odor vnguenti, sed plurali numero odor vnguentorum; sed iste odor super omnia aromata, quia istis intermixtæ virtutes redolent, & valent, carentes etsi redoleant, inefficaces manent. Sequitur,

*fauus distillans labia
tua.*



VERSUS XI.

*Fauus distillans labia tua sponsa mel
& lac sub linguâ tuâ: & odor vestimen-
torum sicut odor thuris.*

Quid labia sponsa, nisi prædicationem vtriusque testamenti debemus accipere? sicut enim in corpore labia ita sunt constituta, ut vnum superius, alterum sit inferius, ita vetus testamentum prius, nouum est posterius: & quia per labia sermo exprimitur, prædicatio horum duorum testamentorum per labia non inconuenienter accipitur. Sed quid est, quod hæc labia dicuntur *fauus distillans*? fauus namque mel in cera est: quid autem est mel in cera, nisi diuinitas in humanitate? prædicatio verò vtriusque testamenti quid aliud sonat quam Deum hominem factum pro humani generis redemptione vna per figuram significans, altera significatum in veritate repræsentans? quicquid autem Ecclesia de Christo prædicat, & de diuinitate, & de humanitate ipsius est. Quis verò nesciat, quod mel dulce, cera mollis est? Christus autem per miracula & prædicationem suam ex diuinitate dulcis fuit, per corporis passionem ex humilitate mollis atque tractabilis: vnde & comprehendit & occidi potuit, quia Deus immensus; incomprehensibilis & inuisibilis, per humanitatem se visibilem

Per labia sponsa vtriusque testamenti prædicatio accipitur.

Cur labia sponsa dica-
fauus distilla-
ns.

visibilem & humilem, & quasi ceram mollem atque flexibilem exhibuit: quasi enim mel in cerâ fuit, quia dulcedinem misericordiæ & compassionis suæ, de cœlo se ad terras inclinando, & veritatis suæ lucem administrando per totum distillavit mundum.

Labia sponsæ cur fauo distillanti assimilantur.

Fauus ergò distillans sanctæ Ecclesiæ labia dicuntur, quia omnis diuinæ dispensationis, quæ circa genus humanum acta est, & nunc quotidie in sacramentis & rebus Sacramentorum agitur dulcedo & gratia, ipsius prædicatione cognoscitur. De qua adhuc subditur, *mel & lac sub linguâ tuâ*, hoc est & in voce & in corde, quia videlicet mel fortium cibus est, lac infantium, & hæc in prædicatione suâ Ecclesia pronuntiat, loquendo vel scribendo, quibus & fortes roborantur & infirmi nutriantur. Et quia prædicationem suam bonis operibus confirmat, verbo & exemplo filios suos instruendo, subditur.

Quid intel- ligatur per mel & lac quod sub lingua sponsæ memoratur esse.

Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris; quod vestimenta bona opera intelligi debeant, sacræ scripturæ autoritas docet, scriptum est enim, *beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius*; & in prouerbij Salomonis, *omni tempore vestimenta tua sint candida*; custodire enim vestimenta est bona opera habere, ne tur-

Apo. 16.

Eccl. 9.

pem in iudicio patiatur repulsam si nudus virtutum tegmine appareat, quo peccatorum suorum deformitatem tegat. Candida verò vestimenta habere est, opera sua vitiorum sordibus non inquinare, quia ante Dei oculos virtutum opera sordent, quæ vitiorum commixtione fœdantur.

Quid autem est odor vestimentorum, nisi fama & opinio bonarum actionum? Sed iste *odor vestimentorum est sicut odor thuris*, quia nullius efficaciam est aliquod opus bonum nisi redoleat ex igne charitatis. Sicut enim thus incensum fumat & redolet, sic mens alicuius sancti spiritus igne accensa fumat ex compunctionis gratiâ, siue peccata sua deflendo, siue ad supernam patriam suspirando. Cumque per compunctionis gratiam præteritam recognouerit culpam, siue futurorum bonorum, huius vitæ breuem optauerit moram, ardentius exequitur lucra pietatis, quando & interius magis ardet per charitatem, & exterius redolet per bonam opinionem. Dum enim proximi eius proficiunt exemplo, illorum lucra facit etiam sua, quia in eius actionibus discunt, vnde sibi bonorum operum merita adquireunt.

Quid per vestimenta significetur, & cur vestimenta sponsæ odori thuris assimilantur.

Dicit ergò sponsus sponsæ, hoc est Ecclesiæ, siue fideli animæ, odor

animæ, odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris, ac si dicat, ideo mihi bonus odor virtutum placet, quia ex igne charitatis meæ incensus redolet, & ita ad me ille odor quasi quædam oratio dirigitur, quemadmodum thus mihi soli pro deuotione precû incenditur & offertur.

VERSUS XII.

*Hortus conclusus soror mea sponsa,
hortus conclusus, fons signatus:*

Per meta-
phoram quæ
quatuor fit
modis spon-
sus sponsæ
pulchritu-
dinem præ-
dicare pro-
sequitur.

PER figuram metaphoram quæ quatuor modis fit id est ab animato ad animatum, ab inanimato ad inanimatum, prosequitur sponsus sponsæ prædicare decorē & pulchritudinē sponsæ, duobus modis supra dictæ locutionis intermixtis, id est, ab animato ad animatum, & ab inanimato ad animatum: nam cum superius oculo & crine, mammis siue vberibus & labijs, quæ sunt partes animati corporis, odore quoque vestimentorum quod est pars inanimati corporis, variam sponsæ pulchritudinem enuntiaffet, nunc per eum solura modum, qui est ab inanimato ad animatum, alia quoque pulchritudinis siue dignitatis ipsius prædicamenta enumerat per similitudines horti & fontis, & emissiones ipsius horti, quæ per septem species

describuntur, videlicet cypri, nardi, & croci fistule & cynamomi, myrræ & aloë, de quibus singulis dicendum est.

Cur autem Ecclesia dicitur hortus? nimirum propter assiduè in eâ pululantia virtutum germina, quia sicut ideo dicitur hortus, eò quod ibi semper aliquid oriatur, ita dicitur Ecclesia hortus, quia sepe in eâ oriuntur virtutû opera, per profectum filiorum eius, quos quotidie in baptismo acquirit, & in fide nutrit, & operibus fidei prouehit. Sed quare hortus iste conclusus, vel propter

Sacramentorum inuisibilem virtutem & singularem dignitatem, siue propter sanctarum scripturarum mirabilem profunditatem, seu propter inexpugnabilem diuinæ defensionis firmitatem. Nam cum ex Sacramentorum inuisibili virtute quotidie salus credentium pullulet, non tamen omnibus patet, quomodo in vnoquoque Sacramento, virtutem & rem Sacramenti interius operetur Spiritus sanctus, quare ipsa Sacramenta instituta sint, quomodo & à quibus eadem Sacramenta danda & accipienda sint, quæ fides, quod fidei meritum, quis ordo, quæ ordinis causa, quæ postremò ipsorum sacramentorum reuerentia, quæ & quanta irreuerentiæ culpa, quæ omnia quia ita sunt occulta & clausa vt nemini pateant, nisi his qui possunt dicere cum Apostolo, nobis autem

Ecclesia cur
dicatur hor-
tus.

Ecclesia cur
hortus con-
clusus vocetur.

Primo dicitur
Ecclesia
hortus con-
clusus pro-
pter sacramen-
torum inuisi-
bilem virtutem

1. Cor. 2. ea reuelavit Deus per spiritum suum, re-
 ctè Ecclesia, in qua hæc sacramen-
 ta continentur, hortus conclusus
 dicitur; vnde & ipsorum Sacramen-
 torum officiales non admittuntur
 in hortum huiusmodi nisi per illum
Ioha. 10. introeant, qui dicit, *per me si quis in-
 troierit saluabitur.*

Sed quia plures istorum Sa-
 cramentorum officia per digni-
 tates Ecclesiasticas prætijs conse-
 quuntur, quamuis ante humanos
 oculos hunc hortum videantur
 ingredi, tamen ante diuinos o-
 culos omninò eis occluditur, &
 licet dicantur officiales Chri-
 sti, tamen non sunt, quia non
 per ostium intrauerunt, sed a-
 liunde ascenderunt. Quid ve-
 rò sint Saluator docet, qui cum
Ibidem. diceret se esse ostium, subiungit. *Qui
 non intrat per ostium, sed ascendit aliunde,
 ille fur est & latro.*

Ecce quantum conclusus est
 hortus iste, vt nemini ad eum con-
 cedatur accessus, nisi per ostium hoc
 est Christum, qui verò per eum
 non accesserit, ille fur & latro præ-
 dicetur. Vnde Gregorius, *cur
 non perpenditur, quod benedictio illi
 in maledictionem conuertitur, qui ad
 hoc promouetur vt hæreticus fiat? Sa-
 cerdotium illic subsistere non arbi-
 tror: Ergo talibus hortus iste verè con-
 clusus est,* qui quamuis Sacramenta
 habeant, rem tamen Sacramen-
 torum non habent, quia hæc non
 ad salutem, sed ad damnationem

sui habere probantur, atque id-
 eo quod ante humanos oculos
 esse videntur, ante diuinos oculos
 perdunt.

Porro propter sanctarum
 scripturarum profunditatem Ec-
 clesia Dei dicitur hortus conclu-
 sus, quia nemini in earum sen-
 sum plenus patet ingressus, nisi
 illo introducente, qui habet cla- *Apo. 1.*
*uem David qui aperit & nemo clau-
 dit, claudit & nemo aperit.* Qui ve-
 rò per Dei gratiam in hunc hor-
 tum meruerunt ingressum, quot,
 & quantas, & quàm salubres pu-
 tas inueniet in eo spiritualium her- *Secundo
 dicitur Ec-
 clesia hor-
 tus con-
 clusus pro-
 pter pro-
 funditatè
 sanctarum
 scriptura-
 rum.*
 barum species, quibus morbos a-
 nimæ repellere, & fauciam mentè
 valeat refouere? Iste hortus Iudæis
 & Hæreticis conclusus est, quia sa-
 cramenta in eo abscondita non
 intelligunt, sed solam literam at-
 tendunt, quibus conuenit illud
 Esaïæ, *& dabitur liber scienti literas, Esa. 29.*
*& dicitur ei, lege, & respondebit, non
 possum, signatus est enim.* Iste autem
 liber, id est, tota series diuinæ scri-
 pturæ, in hoc horto concluso, id *Apo. 5.*
 est Ecclesia continetur, scriptus in-
 tus & foris, hoc est literali & my-
 stico sensu, signatus sigillis septem,
 hoc est septem Sacramentis, quæ
 fides Ecclesiæ continet, videlicet
 natiuitate Domini, circumcissione,
 baptismo, passione, resurrectione,
 ascensione, iudicio futuro.

Conclusus est ergo hortus iste, *Ibidem.*
 præ huius libri signata profundi-
 tate,

Ibidem. tate, quem nemo aperire potest, nisi agnus qui occisus est qui solus dignus inuentus est soluere hunc librum, & aperire septem signacula eius, quia eius solius gratiæ est, mysteria diuinæ scripturæ, quæ illorum septem sacramentorum virtutem prædicant, humano sensu aperire.

Tertio Ecclesia comparatur horto concluso propter diuinam protectionis firmitatem.

Propter inexpugnabilem autem diuinæ protectionis firmitatem Ecclesia hortus conclusus dici potest, quia quæ diuino semper munitur præsidio, nequaquam malignorū spiritū, siue hominum poterit labefactari incursum: quamuis enim multos & frequentes in eam impetus faciant, minimè tamen in eam aliquā malæ voluntatis suæ potentia intrant, quia ita diuinæ protectionis concluditur sepe, ut nullam penitus ad eam ex aduerso intrandi facultatem inueniant. Unde magnā securitate accepta fiducialiter in Psalmo proclamat dicens, *Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo? dominus protector vite mee à quo trepidabo? Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.*

Pf. 26.

Pf. 117.

Hortus ergo conclusus est Ecclesia sub protectione diuinā, quia tantā eam Deus sua confirmavit gratia, ut nec fidem eius peruersi corrumpere, nec sacramentorum institutiones auferre, neq; ab intimæ pacis eam statu possint deijcere. Quibus sic conceditur ad

tempus, eam exterius affligendo tentare tentatio hæc non ad damnationem ei prouenit, sed ad coronam.

Unde & hortus conclusus non semel, sed iterum dicitur, quia non tantum eam Deus exterius, sed & interius conclusit, dum eam ita sanctificat & custodit per omnia, ut integra corpore & animā vsq; in diem Domini nostri Iesu Christi conseruetur; hic quidem temporaliter, postmodum verò æternaliter.

Non solum autem hortus conclusus dicitur Ecclesia, sed etiam fons signatus & propter baptismi vniformitatem, & propter sanctæ prædicationis puritatem: sicut enim per fontem sordis corporis abluuntur, ita per baptismum sordes animæ, id est peccata lauantur, & sicut fonte fessum corpus reficitur, ita prædicatione sancta deficiēs à Deo anima releuatur. Dicitur autem fons iste signatus; sed videndum, unde, à quo, & quare signatus.

Unde ergo signatus? in baptismo quidem sacramenti forma, re, & intentione; in prædicatione verò veritate, suauitate, & vtilitate inde enim Ecclesia rectè in his duobus, hoc est baptismo & prædicatione fons signatus dicitur, quia baptismus nihil adiuuat, nisi ibi adsint & forma sacramenti, hoc est inuocatio sanctæ Trinitatis; & res sacramenti, hoc est virtus & efficacia sacramenti; intentio quoq; hoc est voluntas catholicè baptizandi. Porro prædi-

Cur bis hortus conclusus Ecclesia dicitur.

1. Thessa. 5

Ecclesia quare fons signatus dicitur.

Unde fons iste fit signatus.

Prædicatione quando fit utilis.

catio nihil confert, nisi sit vera ut fidem excitet, suavis ut attrahat, utilis ut informet. His enim partibus sacramenti quasi quibusdam signaculis fons iste recluditur, ut specialis eius virtus & puritas atq; salubritas insinuetur.

A quo fons iste signatus sit.

A quo autem signatus? nimirum a spiritu sancto, qui cum sigillo septiformis gratiae suae consignavit, quia ex institutione, & virtute sacramentorum, & utilitate sanctarum praedicationum profluunt in Ecclesia omnium spiritualium irrigua charismatum: ibi enim accipit mens sancta, quid, & qualiter sapiat & intelligat, quo consilio, qua fortitudine roboretur, qua scientia & pietate ornetur, quo ve timore Domini repleatur. Nempe istis spiritualibus donis fons Ecclesiae ita est signatus, ut nullus ipsius fontis particeps esse possit, qui harum septem gratiarum nullam habuerit.

Fons iste quare sit signatus.

Quare vero signatus? quia nulli committenda sunt sacramenta Ecclesiae, nisi fidem habeat & opera; fidem, ut ea quae in sacramentis exterius visibilibus agi conspiciunt, interiorius invisibilibus salutem operari intelligat & credat; opera vero ut in ipsis sacramentis participandis dignum se exhibeat. Nulli quoque praedicandi officium committitur, nisi ei qui huius scientiae gratiam habere probatur, sicut dicit Apostolus, *quomodo predicabunt, nisi mittantur?*

ille enim quasi mittitur, qui huius officij gratiam a Deo consequitur. *Rom. 10.*

VERSVS XIII.

Emissiones tuae paradysus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

Quid autem hortus iste conclusus & fons signatus tanta diuinitatis providentia custoditi emittunt? *Emissiones huius horti conclusi & fontis signati quales sint.* *emissiones, inquit, tuae paradysus malorum punicorum cum pomorum fructibus;* mirabiles enim emissiones huius horti esse necesse est, qui tam suaviter & salubriter fluentis, tamque caute signati fontis irrigatione redditur fecundus. Nam constituitur velut paradysus spiritualiter prodeuntibus, diuersarum virtutum, seu florum & herbarum gloriosis emissionibus, quae cum per multimodas orationum species vniuersitatem virtutum praetendentes infra enumerentur, in duas tamen finales causas diuiduntur, propter geminam temporis qualitatem, videlicet persecutionis & pacis. Omnis quippe consummatio sanctorum, aut in persecutione martyrio est celebrata, aut in pace confessione peracta.

Vnde bene huius horti, id est sanctae Ecclesiae *emissiones, paradysus dicitur malorum punicorum, cum pomorum fructibus,* quia vel Martyrij vel confessionis gloria, ubique vernant & redolent sancta eius praeconia. Quid enim *per mala punica nisi gloriosa Martyrum*

Emissiones Ecclesiae cur dicitur paradysus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

rum purpura, quid per fructus pomorum, nisi bonis actibus candens, vita confessorum? O quantæ deliciae huius paradyfi, quantæ abundanter & feliciter profluentes virtutum emissiones, ubi & fortes nutriuntur, & infirmi reficiantur! quia ibi qui imitari cupiunt, mirantur, prædicant, & venerantur constantiam martyrum; ibi qui Martyres esse non possunt, attendunt, approbant & æmulantur probabilem vitam in pace gloriosè viuētium sanctorum.

VERSUS XIV.

Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis.

VNde & sequitur huius horti conclusi, siue fontis signati designata venustas, salubritas, & utilitas, per septem species herbarum aromaticarum, non solum quia istas eius sanctitatis emissiones septiformis spiritus efficit gratia, verum etiam quia hoc septenario specierum numero virtutum vniuersitas exprimitur. In toto quippe corpore Ecclesie nulla virtus potest deesse, quia cum caput Ecclesie sit Christus, corpus autem Christi Ecclesia, quicquid sanctitatis, honestatis, & utilitatis vnquam esse potuit vel potest, in vniuerso Christo, hoc est capite & mēbris cōsiderare licebit.

Inspiciamus ergò ipsas species, per quas vniuersitas virtutum, vt

diximus, denotatur, & quod in partibus intelligimus, in toto intelligendum sciamus. *Cypri*, inquit, cum *nardo*, *nardus* & *crocus*, *fistula* & *cinnamomum* cum vniuersis lignis *libani*, *myrra* & *aloë* cum omnibus primis vnguentis.

Cyprus est arbor aromatica, significans spiritualis gratiæ benedictionem, & interpretatur mœror vel tristitia. *Cyprus* ergo in Ecclesia est quæuis sancta anima velut arbor aromatica, quæ habet ex Dei gratia, vt mundi huius transitoria contemnat gaudia, habens eam tristitiam, quæ est secundum Deum, quæ penitentiam in salutem stabilem operatur; memor illius Euangelici, beati qui lugeat, quoniam ipsi consolabuntur; & illius Apostolici, miseri estote & lugeate. *Iac. 4. risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.*

Nardus frigus repellere dicitur, *crocus* autem ardentibus inferre refrigerium: quid autem per *nardum* nisi *charitas*, quid per *crocum* nisi *castitas* figuratur? *charitas* namque tepidos in bono opere suscitatur, & ardentem facit, *castitas* verò mentem ab æstu malæ concupiscentiæ temperat & restringit.

Fistula est arbor aromatica breuis & modica, duri autem corticis, qui contritus bibitur & sanat viscera: porro *cinnamomum* cinereum habet colorem, & diu retinet vim suam. Per *fistulam* autem quæ, vt diximus, breuis est & modica nõ incōgruè *humilitas* accipitur; duro vero eius

Cyprus in Ecclesia quæuis sancta anima est.

Per *nardum* *charitas*, per *crocum* *castitas* figuratur.

Per *fistulam* *humilitas*, per *cinnamomum* però eius

Horti huius venustas per septem species herbarum aromaticarum describitur, & quare.

nitentium
habitus de-
signatur.

rò eius corticè contrito & potato viscera sanantur, quia dum humilitatis virtute duræ superbæ carnis ex tollentia frangitur, vulnus animæ contriti & humiliati cordis medicina sanatur. Per *cynamomum* verò quæ ad cineri coloris est, & diu vim suam retinet abiectus pœnitentium habitus designatur, qui possunt dicere cum Propheta, *cinerem tanquam panem manducabam*, & cum Beato Iob, *idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauillâ & cinere*. Sed hæc abiectio vim suam diu retinet, quia vera est ea pœnitentia, q̄ sic conuersi cordis rectitudinem seruat, vt vltèrius pœnitèda nò admittat.

Pf. 101.

Iob. 42.

Cum *vniuersis lignis libani*, hoc est cum omnibus vitæ baptismo candidatæ, & recta fide solidatæ, bonisque operibus sublimatæ virtutibus. Nam cum præmitteret particulariter, eas quas supra posuimus virtutes, per prænominatas arborum species, subdit vniuersaliter per omnia ligna libani omnes virtutes, vt intelligamus hortum Domini hoc est Ecclesiam, omnem quidem ex se emittere virtutem, per variam sanctorum vitam, sed illas prænominatas capita esse omnium virtutum, ita vt cætera virtutum membra sine his iaceant infirma.

Per vniuersa
ligna Libani
omnes
virtutes
signantur.

Myrra & aloë cum omnibus primis vnguentis. Subdit adhuc duas septenarum virtutum species videlicet carnis mortificationem & patientiam; per myrram autem quæ cor-

Per myrram & aloë
carnis mor-

pora mortua à corruptione vermium & putredine seruantur illesa mortificatio carnis, quæ putredo vitiorum & carnalium voluptatum restringitur, intelligi debet: per aloe qui quidem suauem habet odorem, sed gustum amarum, & purgat stomachum, patientiam, accipere possumus, quæ quia propter futura perennis vitæ bona, mundi sustinet mala, benè quidem redolet ex causa propter quam patitur, amara autem ex causa qua patitur; si quis verò morbus peccati animam grauat, ipsius mali quod patitur amaritudo purgat.

tificatio, &
patientia
exprimitur.

Cum *omnibus*, inquit, *primis vnguentis*, hoc est prætiosis & probatis spiritualium charismatum donis, quæ Apostolus enumerat dicens, *alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum*. Ecce hæc dici possunt prima vnguenta, quæ diuina conficiuntur gratia, quibus non sine ratione præmittuntur duæ superius per myrram & aloë præsignatæ virtutis species, videlicet mortificatio & patientia, vt intelligamus eos tantum his vnguentis spiritualibus imbuedos, qui *carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs*, qui possunt dicere cum Apostolo, *& gloriamur in tribulationibus*.

Per prima
vnguenta
spiritualium
charismatum
Jona notantur.

1. Cor. 12.

Gal. 5.

Rom. 5.

Libet ergò hic attendere & mirari

Hortus
Domini
hortus de-
litiarum
est.

rari hortum Domini per has emissiones, suas verè esse quasi pulcherrimum paradysum hoc est hortum delitiarum, vbi æterna salus animæ, & omnis suauitas vigent, vbi omnis pulchritudo & spiritualis delectatio florent, vbi vita perennis & requies sempiterna manent, non quod hic in præsentia vita conferantur, sed quod per illas, quas supra diximus, virtutum & gratiarum emissiones ad ista perueniatur, & illarum temporalis exercitatio, istorum sit æternalis exhibitio. Vnde rectissimè hortus iste, vel paradysus conclusus esse memoratur quia nulla malignorum spirituum aduersitate sancta Ecclesia superatur, quæ spiritualium huius horti emissionum gratia confortatur.

Sicut generaliter Ecclesia, ita specialiter quæuis sancta anima hortus Domini dici potest.

Sed quoniam sicut generaliter Ecclesia hortus Domini dicitur, ita quoque specialiter sancta quæque anima, quæ virtutum germine & gratiarum multiplicium decore vernat, idem appellari potest, considerandum tamè cum Ecclesia totum quoddam sit, vna verò anima pars totius sit, quantum differat pars à toto. Quod enim parti, inest toti inesse necesse est, sed non conuertitur, vt quod toti inest, parti quoque æqualiter inesse necesse sit. Ecclesia quippe vniuersalis in suis partibus, hoc est in singularibus & indiuiduis hominibus, quorum in vnum collectione constituitur, totum quoddam est, quia dum multi di-

uersis florent virtutibus, & in hac diuersitate omnes virtutum continentur species, totum quidem omnes continet in partibus, pars autem non omnes sed quosdam.

Differunt ergò in hoc totum & pars, quod totum longè continentius est quam pars, dum omnia simul confluât in toto, in parte verò non omnia sed quædam. Dum ergò generaliter sancta vniuersalis Ecclesia hortus Domini dicatur, eo quod infra eam omnium virtutum germina celebrètur; quæuis quoque sancta anima quæ aliqua virtutum profert germina, hortus Domini dici potest iuxta aliquem suum modum, quem ei diuina cõtulit gratia.

VERSVS XV.

Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Sed quia quicumque instruitur, aut verbo instruitur aut exemplo, pars autem id quod habet, de toto habet, verba verò & exempla vniuersaliter in toto sunt, non absque ratione sequitur, vt ille *principalis hortus Domini*, hoc est vniuersalis Ecclesia, *fons hortorum particularium*, hoc est singularum animarum dicitur. Vnde enim est quod discunt, quæ agunt, quæ docent, nisi ex sanctæ vniuersalis Ecclesiæ doctrinis & institutis? vnde aut ipsæ doctrinæ, nisi ex sanctorum Apostolorum, Apostolicorumque virorum verbis, scriptis, & exemplis? Quocirca rectè Ecclesia fons dicitur hortorum istorum, hoc est sanctarum animarum, quia quic-

Ecclesia tanquam rotum, & sancta anima tanquam pars quomodo differant in appellatione horti Domini.

Vniuersalis Ecclesia fons hortorum cur appellatur.

quicquid sanctitatis vel honestatis habent ex prædicationis Ecclesiasticæ irrigatione concipiunt & proferunt, omniaq; eorum profectus est Ecclesiasticæ disciplinæ regula & status. *Fons enim egreditur de paradyso Domini*, hoc est de Ecclesia Dei, *qui diuiditur in quatuor flumina*, hoc est in quatuor Euangelia, *quæ irrigant vniuersam faciem terræ*, hoc est omnem intentionem aridæ mentis, vt eorum doctrina per Dei gratiam debriata, possit dicere cum Psalmista, *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum*, nisi enim benignitas Dei cor humanū visitauerit, nullū bonorū operum fructum ferre valebit.

Sed cum eadem Ecclesia omnibus istis hortis diuersè fructificantibus propter diuersas scientiæ & operum qualitates, cōmuniter fons dicatur, quia omnes irrigat vel scientiæ vel pij studij infusione, quibusdam tamen singulariter dicitur, *puteus aquæ viuentium*, propter latentem in eis specialiter diuinæ scientiæ profunditatem, quæ ex ipsius Ecclesiæ emanat fonte. Fons quidē apertè super terram fluit, aqua verò putei in terra occultatur, quia alia est scientia quam simplices & infirmi præ sui facilitate assequuntur, alia quam docti & fortes præ sui subtilitate vix rimantur. Ecclesia ergo omnibus electis fons est, sed non omnibus puteus est, quia omnes quidem superficiem literalem, legunt, vel audiunt & intelligunt; sed pauci admodum absconditam in-

trinsecus spiritualis sensus profunditatem aspiciunt.

Sed puteus iste aquas habet viuentes, quia Ecclesia dum profunditatem diuinorum eloquiorum legentibus siue audientibus aperit, & à prauitate eos corrigit, & ad bona opera accedit, sicq; eos qui in peccatis suis mori debuerāt, per vitale doctrinā quasi per viuentes aquas reficit.

Qualium vero æquarum? *quæ fluunt*, inquit, *impetu de Libano*: quis namq; est istarum aquarum impetus, nisi vehemens sanctarum scripturarum cum magna auctoritate profluens decursus? quid verò per Libanum nisi sublimium Doctōrum scientia & virtus exprimitur? aquæ ergo cum impetu de libano fluunt, quia sanctæ scripturæ ex sanctorum Patrum scientia & virtute magnam vim suæ auctoritatis ostendūt. Necessarius sanè fuit Ecclesiæ imperus iste, quia ab Hæreticis & peruersis hominibus fidei & sanæ doctrinæ cursus prohibitus esset, nisi sanctorum Doctōrū torrens eloquij obstantia falsitatis molimina veræ rationis & eloquentiæ impetu propulisset.

Quia verò cōtra sanctā Ecclesiā, vel quālibet sãctā animā semper aduersarius gemina cōsistit, acie, aut enim minis aut blādimentis eā tētat, vt à status sui reſtitutione deiciat, volēs ostēdere spōsus quātū ex hac tētatione proficiat permissiuo modo locutionis subdit dicens, *surge a quilo &c.*

VER.

Quid per aquas viuentes accipiedum.

Quare hæ aquæ viuentes dicantur fluere impetu de libano.

Gen. 2.

Pf. 84.

Ecclesia sicut generalliter fons hortorum, ita quibusdam specialiter puteus aquarum viuentium est.

VERSUS XVI.

Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

PER aquilonem qui ventus asper & frigidus est, asperitas minarum, quæ ex frigore peruersæ mentis descendit, intelligitur; per austrum verò qui calidus est, blandimentorum lenitas, quæ quasi ex suavitate quadam dolosi cordis procedit, accipitur. Cum ergo his duobus modis Ecclesia siue aliqua sancta anima fatigatur, ad maiora virtutum exercitia eruditur, vt quantò hosti fortius insurgenti ipsa quoque fortius reluctatur, tantò gloriosius post victoriam sponsi sui amplexibus coniungatur. Hoc enim gemino bello Martyrum constantia est probata, hoc quoque quotidie fidelium probatur & coronatur conuersatio. Quæ enim mens non tentetur huius mundi prosperitatibus & aduersitatibus? sed ea mens probata coronatur, quæ nec eleuatur prosperis, nec deijcitur aduersis. Vnde Iohannes à Domino commendatur in Euan-
 Matt. 11. *gelio, quia arundo à vento agitata non esse memoratur: arundo quippe dum vento impellitur, in quamlibet partem flectitur, sed ille arundo vento agitata non est, qui in neutram partem, scilicet ad dexteram vel sinistram reflectitur, quia nec terrore concutitur, nec blandimento sedu-*

Per Aquilonem asperitas minarum, per Austrum lenitas blandimentorum signatur.

citur. Surgit enim Aquilo, quando detractio, seu aliqua asperitate impellitur; venit Auster, quando fauore vel aliqua prosperitate tentatur.

His autem hortum Domini perflantibus fluunt aromata illius, quia quantò magis Ecclesia, siue sancta anima aduersitatibus vel prosperitatibus tangitur, tantò magis bono virtutum odore per profectum repletur. Hæc enim qualitas vitæ probatiua est sanctitatis & iustitiæ, vt meritò hortus Domini dicatur, qui talis virtute patientiæ, humilitatis, & longanimitatis decoratur: vbi verò fuerit huius boni priuatio, nõ potest esse spiritualis horti appellatio.

Quomodo intelligendum quod Aquilone vel Austro perflante hortum Domini dicantur fluere aromata illius.

Amplius. Per Aquilonem sæpè diabolus, per Austrum spiritus sanctus designatur, quia & ille constringit in frigore, & iste relaxat in calore; Propheta enim attestante diabolus dixisse perhibetur, *sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: suggerente autem & afflante diabolo abundauit iniquitas & malitia in mundo; veritate enim attestante, vbi abundauit iniquitas, refrigerescet charitas multorum: Et Propheeta asserit de Iudæa dicens, sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.* At verò Austri nomine Spiritus sanctus accipitur, quia eius gratia torpor mentis relaxatur, sicut psalmista testatur, *conuerte, inquit, Domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro: capti-*

Per Aquilonem sæpè diabolus, per Austrum Spiritus S. capitur.

Esa. 14.

Matt. 24.

Hier. 6.

Psal. 125.

captiuitas enim nostra quæ torporis frigore ad sequendum Deum pigra remanserat, per calorem spiritus sancti relaxatur, vt incurrat in amorem Dei.

Sponsus ergo cœlestis sponsam suam, hoc est Ecclesiam siue sanctam animam dignantur visitans Aquilonem iubet recedere, & Austrum venire, quia profectus iustus & consequens est ordo, vt prius infidelitatis & malitiæ frigore depulso, sancti spiritus aduentu, mens fidei & bonæ operationis calorem suscipiat. Surge, inquit, Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius: ac si alijs verbis dicat, quia in mentes mihi designatas, non potest venire gratia spiritus sancti, nisi fugato infidelitatis frigore, quicunq; torpor, quæcunq; pigritia ipsis mentibus, seu per ignorantiam, seu per negligentiam infedisti, surge & recede; & veni sancte spiritus, qui easdem mentes torpore constrictas tui afflatus calore resoluas, vt concepto bonæ voluntatis, & piæ intentionis vigore, perfluant sanctitatis fructibus & fructuum odoribus, longè lateq; manantibus ad sui consortium multos circumquaq; trahentibus.

Porro ad istam vocem sponsi, sponsa iam quasi animata, & quodammodo resuscitata, aspirati gratiæ prompto assurgit animo, & quia cōsequens sit, vt flante spiritu sancto, fructū bonæ operationis producat,

ostendit dicens, *veniat dilectus meus in hortum suum &c.*

CAPVT QVINTVM.

1. **V**eniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrram meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo: Comedite & bibite amici & inebriamini charissimi.
2. Ego dormio, & cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore & cincinnati mei guttis noctium.
3. Expoliaui me tunicā meā, quomodo induar illā? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?
4. Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.
5. Surrexi igitur vt aperirem dilecto meo: Manus meæ distillauerunt myrram, & digiti mei pleni myrrā probatissimi.
6. Passulū ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atq; transierat. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est: quasiui & non inueni illum, vocaui & non respondit mihi.
7. Inuenerunt me custodes, qui custodiunt ciuitatem: percusserunt, me &

Z

vulne-

Auster aduenire, & hortum Domini perflare nequit nisi surgat & recedat. Aquilo quomodo accipiendum.

- vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.
8. Adiuro vos filia Ierusalem, si inuen-
eritis dilectum meum, vt nuntieris ei
quia amore languo.
9. Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pul-
cherrima mulierum? qualis est dilectus
eius ex dilecto, quia sis adiurasti nos.
10. Dilectus meus candidus & rubicun-
dus electus ex millibus.
11. Caput eius sicut aurum optimum: co-
ma eius sicut elata palmarum, nigra
quasi coruus.
12. Oculi eius sicut columba super riuu-
los aquarum, quae lacte lotae sunt & resi-
dent iuxta fluentia plenissima.
13. Genae illius sicut areolae aromatum
consita a pigmentarijs. Labia eius li-
lia distillantia myrram primam.
14. Manus illius tornatiles aureae, plena
iacinctis. Venter eius eburneus, di-
stinctus saphyris.
15. Crura illius columna marmorea, quae
fundatae sunt super bases aureas: speci-
es eius vt libani, electus vt cedri.
16. Guttur illius suavissimum, & totus
desiderabilis: talis est dilectus meus, &
ipse est amicus meus, filia Ierusalem.
17. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima
mulierum? quo declinavit dile-
ctus tuus, & quaremus eum tecum?
- VERSUS I. QVINTI
capitis.

Veniat Dilectus meus in hortum
suum, & comedat fructum pomorum suo-
rum. Veni in hortum meum soror mea
sponsa, messui myrram meam cum aro-
matibus meis: comedi fauum cum melle
meo, bibi vinum cum lacte meo: Comedi-

te & bibite Amici & inebriamini cha-
rissimi.

Bene dicit dilectum venire in hor-
tu suum, quia causa aduentus ipsius
est, quod dilectus est, quod eius est hortus;
nisi enim diligeretur, non veniret;
denique in Euangelio loquitur dicens;
Si quis diligit me, mandata mea seruabit, Ioha. 14.
& Pater meus diliget eum, & ad eum venie-
mus, & mansionem apud eum faciemus. Sed
qui dicit se Deum diligere, opere de-
bet probare, nam hoc est hortum, illius
esse: vbi enim diuersi virtutum flo-
res vernant, & fructus exuberant, non
immerito hortus Domini spiritualiter
appellatur, talisque hortum esse Deum
est diligere. Venit ergo Dilectus in hor-
tum suum, quando mentem bonis acti-
bus deditam gratiam suae visitationis
illustrat. In quo horto fructum po-
morum suorum comedit quia delecta-
tur & pascitur odore & dulcedine
virtutum in mente quam sua gratia
repleuerit. Vnde ipse dilectus quasi
congratulando dilectae respondet,
veni in hortum meum soror mea sponsa,
messui myrram meam cum aromatibus
meis. Quid per myrram nisi mortifi-
cacio carnis accipitur? Sed quia
sicut delectatione carnis vitia nu-
triantur ita mortificatione virtutes
generantur, recte specialiter myrram
praeponeat, atque postea generaliter
aromata subiungit: nisi enim caro
spiritui per mortificationem vitio-
rum subiiciatur, ad virtutes animus
non assurgit, quia in sua suggestio-
ne spiritus carni non contradicit; sed
cum semper spiritus carni resistit,
ad

Quando
dilectus di-
catur veni-
re in hortum
suum &
comedere
fructum
pomorum
suorum.

Per myrram
mortifica-
tio carnis
accipitur.

ad virtutum culmina, subiecta quādoque iam carne mēs proficit: cūq; per quotidianum boni operis profectum, ad quandam perfectionis maturitatem peruenerit, quasi iam ei tempus messionis venit.

Quid sit
tēpus quo
dilectus
dicitur
metere
myrram
suam cum
aromati-
bus suis.

Bona ergo eius opera dilectus metit, quādo eā à terrenā habitationis agro, falce mortis abscissam in horrea regni cœlestis remunerādā colligit: Messio quidē ista vel est animā à carne, vel electorum à reprobis separatio. Qui autē metit, partē assumit, partēq; relinquit; in separatione verò animā à corpore, anima assumitur, & corpus relinquitur. Porro electi dum separantur à reprobis, ipsi quidē quasi bona seges ad vitam assumuntur, vt reprobis quasi remanēs stipula æterno incendio relinquuntur. Sed dilectus myrrā metit cū dicit, *venite ad me, oēs qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciā*, aromata metit cum dicit, *venite Benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mūdi*: Myrrā ergo cū aromatis metit, quando eos qui per cōtemptum sæculi & afflictionē carnis ad virtutum opera profecerunt, à malorum consortio diuidit, & in regni sui conditorio reponit.

Matt. 11.

Matt. 25.

Quos benē myrrā suā & aromata sua dicit, quia quicquid boni habēt ex ipsius gratiā munere possidēt: fit verò messia, ista, vt dictū est, falce iudicialis sententiæ in hoc tēpore & per resolutionē & per prædestinationē. Per resolutionē quidē, cū anima quasi pars superior & dignior ad

Messia ista
fit falce iudicialis
sententiæ in
hoc tēpore
& per resolutionem,

cœlū assumitur, corpus verò quasi pars inferior & vilior in terra relinquitur. Per prædestinationē verò, quia quos in præsciētia sua habet in bonis perseueraturos, ad æternā vitam prædestinādo quasi segetē eligit, quos verò in malis permāsurus, quasi stipulam terrenis actibus infixā ad æternā mortem prædestinādo relinquit. Dicit ergo Dilectus, *veni in hortū meū, messui myrrā meā cū aromatis meis*, quia postquā per gratiam meam, Ecclesiam siue fidelem animam visitando, virtutibus germinare feci, mūdo mortuos, & pijs actionibus deditos mihi specialiter aptauī, quos quia à reprobis per electionem separauī, in regni mei consortiū annumerauī. Vnde mox subiungit, *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo*. Adhuc amplius dilectus adgaudet profectui germinantis horti sui, in studijs & virtutibus electorum eundem hortum mirē decorantium. In fauo mel & cera est, mel verò dulcis, cera est mollis, & flexibilis, luminisque sinistra: porro in vino est austeritas, in lacte verò candor & lenitas. Quid autem in his rerum speciebus significari potest, nisi diuersa qualitas sermonum in sanctis Prædicatoribus, propter diuersas mentium qualitates in Auditoribus? sicut enim vni eorum, quem ad prædicationem erudiebat dicit Apostolus: *argue, obsecra, increpa*, Sancti Doctores

& per prædestinationem.

In comestione faui cū melle, & bibitione vini cū lacte quid figuretur.

vim suæ prædicationis temperant, quando personam, locum, tempus considerant, atque ubi & quando, vel quos arguere, obsecrare, increpare debeant, vtiliter pensant.

Verbum prædicationis quia iuxta diuersitates mentium suscipitur, secundum easdem temperari debet à Prædicatoribus, vt cum fructu audiatur & suscipiatur

Nam iuxta diuersitates mentium, sunt aliqui qui verbum sanctæ prædicationis, vt audierint, libenter suscipiunt; & sunt nonnulli quod hoc nec audire nec suscipere volunt; porro sunt plerique qui quod hoc loco vel tempore suscipere & audire nolunt vel non possunt, alio loco & tempore audiunt & suscipiunt. Item sunt aliquæ mentes quæ molli & suauis prædicatione emendantur, aliquæ verò quæ non nisi dura increpatione reprimuntur, nonnullæ autem pia obsecratione ad maiora virtutum opera exercentur. Propter has ergò diuersas qualitates animorum valde discreti in prædicatione sua debent esse Doctores animarum, quia quid, & quando, & ubi, quibus prædicent, debent subtiliter pensare, ne videantur in cassum verba iactare. Cum ergo delinquentes corripiunt, quos molles & flexibiles vident, leni & suauis admonitione arguere debent, iuxta dictum viri

PROV. 15. *sapientis, responsum mollius frangit iram: eos autem quos duros & intratables aspiciunt; aspera increpatione, & diuinæ animaduersionis terrore debent ferire, bonis verò aetibus deditos vt in melius semper proficiant, obsecrare.*

Cum ergo his tribus modis Præ-

lati subiectos instruere debeant profectò quando, bonos piæ exhortationis dulcedine fouent, & caelestis regni suauitatem prædicando consolantur, *fauus cum melle sunt*; quando verò delinquentes nunc modesto sermone compefcunt, nunc dura increpatione redarguunt, inferni pœnas annuntiando, *vinum cum lacte sunt*.

Dilectus ergo *fauum cum melle suo comedit, vinum cum lacte suo bibit*, quia sanctæ Ecclesiæ præpositos, quos sua gratia supradicto modo in prædicatione componit, sibi incorporando membra sua efficit, quorum studijs atque profectibus delectatur & quasi reficitur. Quos quia de suo corpore esse probauit, per conformationem & vnitatem quâ sibi eos incorporauit, ad eos qui eorum doctrinis & exemplis possunt erudiri facit Apostropham dicens.

Comedite & bibite Amici, & inebriamini charissimi: ac si aperte dicat; quia vobis refectione animarum in dictis & factis Doctorum præparauit, quos meo spiritu repleui, vos qui horum doctrinis instrui debetis, quæ ab his auditis & videtis, in ventrem memoriæ reponite, & tanta mentem vestram virtutum suauitate replete, vt ab omni vitiorum motu insensibiles remaneatis: *Amici quidem mihi per fidem & operationem, charissimi per intimam dilectionem. Comestio enim ista & bibitio diuinorum præceptorum*

Dilectus quando comedit fauum cum melle, & bibit vinum cum lacte.

Quinam intelligantur per Amicos & charissimos, quos dilectus inuitat ad comedendum, bibendum, & inebriandum.

Psal. 35.

Ab vbertate domus Dei qui inebriantur.

2. Cor. II.

Psal. 62.

ptorum plena perceptio : vnde psalmista de his qui hac plenitudine debriantur; dicit *inebriantur ab vbertate domus tue.* Quæ enim est domus Dei nisi Ecclesia, siue mens cuiuslibet iusti ? Quæ autem est huius domus vbertas, nisi quædam plenitudo diuinorum præceptorum & Sacramentorum, quâ repletur & ditescit sancta Ecclesia, siue Sancti alicuius anima ? Sed ab hac vbertate replentur & inebriantur, quicumque ex institutione Ecclesiæ vel eruditione Sancti cuiusque plenam percipiunt cognitionem, in ipsorum præceptorum & Sacramentorum necessaria vtilitate & honestate. Hac vbertate repletus erat, qui dicebat, *etsi imperitus sermone, non tamen scientiâ* : huius vbertatis plenitudinem optabat psalmista cum dicebat, *sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.*

Sed quia sponsi hortantis vocem sponsa audierat, & præceptorum eius suauitatem cordis palato gustauerat, atque huius boni plenitudine audiendo, legendo, credendo & operando inebriata fuerat, qualem effectum hæc plenaria effusio habuerit; vel quid inde vtilitatis consecuta sit denuntiat dicens, *e-*

*go dormio
&c.*

VERSVS II.

Ego dormio & cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium.

Actus huius dormitionis & vigilantia, si ad exteriora respicias, minimè potest in vno eodemque simul esse, vno eodemque tempore, quia nemo potest simul & dormire, & aliquid vigilando cogitare vno eodemque momento vel tempore: si verò ad interiora respicias, & ritu huius dormitionis & vigilantia attendas, ita sibi hæc duo inseparabiliter adhærent, vt vno eodemque tempore aut non esse, aut simul esse debeant.

Dormitio & vigilantia secundum respectum ad interiora simul esse possunt, nõ secundum exteriora.

Quid enim est hæc dormitio, nisi ab omnibus mundi curis & actionibus exoccupatio, & quasi quædam mentis requies & paulatio ? Quid autem est cordis vigilantia, nisi ad Deum cum sinceritate iugiter intendens amor contemplatorius, siue contemplatio amatoria ? Sed dum certum sit nullum sanctæ contemplationis virtutem posse habere, nisi studuerit ab omnibus mundi negotijs liber & expeditus esse; & è conuerso nullum se à mundi negotijs expedire posse, nisi Deum diligere & desiderare incipiat pura & simplici intèrione, constat hæc duo, vt dictum est, ita sibi adhærerere, vt vno eodemque tempore in vno eodem-

Quid per dormitionem sponsa & cordis eius vigilantiam accipiendum sit.

Z 3,

dem-

demq; ab omnino non esse, aut simul esse debeant. In hoc ergo modo, simul dormire & vigilare possibile est, nec vlla ibi est contrarietas, vbi ista est in affecto animo habitus identitas: nam idem est vigilare hoc modo quod dormire, & idem est dormire quod vigilare; quia contemplationi inhærere est dormire mundo, & vigilare Deo, & nisi mundo dormiat non vigilat, & nisi vigilet Deo, non dormit mundo.

Dormire
& vigilare
quando
pro eodem
capiantur.

Sed quæri potest, cur dicat sponsa, *ego dormio, & cor meum vigilat*, quasi totus homo dicatur dormire, & pars hominis, hoc est cor vigilare. Ad quod dicendum, quod totus homo dicitur corpus & anima, pars verò aliqua totius cor est: pars autē ista ad solum hominem interiorem respicit, hoc est animam; totus verò homo ad hominem exteriorem simul & interiorem intendit. Totus verò homo dormire debet, quando pars ista scilicet cor in contemplatione vigilare studet, hoc est cor, & animo, quod est voluntate & actione ab omnibus exterioribus cessare, & quasi quiescere, vt interioribus possit liberius vacare: Quia ergo sponsa cōsiderauit, perfecte se visioni cœlestis spōsi inhærere nō posse, nisi omnes sensus suos interiores & exteriores liberos & expeditos habeat, rectè dicit, *ego dormio, & cor meum vigilat*: ac si alijs verbis patenter dicat, quia à terrenarum rerum strepitu, cogitatione

Totus homo dicitur corpus & anima, pars aliqua totius est cor, & quare totus homo dicitur dormire, cor solum vigilare.

& opere funditus quiesco, idcirco subtilius, in diuina contemplatione mente vigilo.

Ad superiora autem ita continuandum est, vt quia sponsus dixerat de suis Prædicatoribus, quod tanta eos sanæ doctrinæ suauitate & auctoritate repleset, vt eos sibi incorporatos nemo dubitare deberet atq; ideo in eorum prædicatione epulari & inebriari valde vtile & honestum esset; sponsa quasi hoc monitu excitata fuerit, & sanctorū prædicatione verbis & exemplis valide profuerit, responderet. Quoniã inquit; ô dilecte tuis monitis te aspirando perueniente & adiuuando prosequente parui, & Prædicatorū tuorum doctrinis, per fidem, spem, & charitatem ita animum applicui, vt non solum quasi comederim & biberim, sed tota inebriata sim, ita sensus mei carnales hac ebrietate sopiti sunt, quod ecce iam ab omnibus presentis vitæ curis & desiderijs penitus dormio, & in sola diuinitatis contemplatione per intimum amorem corde vigilo.

Parag-
phus hic
quomodo
cum præ-
cedenti
connecta-
tur.

Ego quidem, inquit licet sanctorum Patrum dictis scriptis & gestis edocta, qualiter & in actiuâ & in cōtemplatiua proficere debeam vita, meliorem tamē partē elegi; quia in cōtemplatiua vita, toto corde & corpore soli Deo vacare deliberavi, sed quia dilectus per gratiã suã cibauit me pane vitæ & intellectus, & aqua sapientie salutaris potauit, vt ad prædicationis officium idonea existere possim,

Eccli. 15.

possim, pulsat & excitat, & ut non tantum mei solius in contemplatione quiescendò, sed & proximorum in prædicatione laborando curam geram, imperat. *Aperi*, inquit, *mihî*: nam *vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos*, *filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet*: præter paucos enim, quorum fide susceptus sum, totus penè mundus vel incredulitate, vel fidei prauitate me repellit, Iudæis quidem & paganis non credentibus: Hæreticis vero fidem orthodoxam deprauantibus. Vnde mihi sub diuo constituto *caput rore perfunditur*, quia diuinitas mea peruersis sententijs Hæreticorum quasi de cælo propter sermonum elegantiam cadentibus, sed veritatis & rectæ fidei calore carètib; inhonoratur. *Cincinnati quoq; mei pleni sunt guttis noctium*, quia fideles, qui mihi quasi capiti suo per fidem & operationem adhærere deberent, illorum peruersis dogmatibus in noctibus prauorum sensuum cadentibus, inficiuntur, & à veritatis amore frigidi efficiuntur.

Siue *caput meum plenum est rore, & Cincinnati mei guttis noctium*, quia ab amore Dei & proximi frigida sunt corda infidelium: per caput enim Deus, per Cincinnati proximi possunt intelligi. *Aperi ergo mihi*, quia nisi te prædicante & docente in illorum corda non potero intrare: quocirca surge interdum de illo dulci internæ solitudinis tuæ dor-

mitorio & officium prædicationis assume, ut postquam tua edocti prædicatione pristinos errores abdicauerint, & sua mihi mentis hospitium rectâ fide & operatione præparauerint, libens introcâ, & saluferum eis gratiæ meæ munus impendam.

Soror, inquit, *mea, amica mea, columba mea, immaculata mea*: quid tibi vult istarum quatuor appellationum probatio? nihil attendit spiritus sanctus in hac quatuor tam distincta positione vocabulorum? minimè. Nam si interioris hominis oculos adhibeas non contemnendam in hoc numero appellationum rationem & rationis utilitatem perspicies: forma quippe spiritualis quadraturæ necessaria est omni animæ in culmine perfectionis volentis stare; quadratum enim quocunq; vertitur stabit. Et hæc debet esse perfectorum constantia, ut nec eleuetur prosperis, nec deiciantur aduersis, sed vno semper modo in sancti propositi persistant ordine & loco.

Sed quæ est ista spiritualis quadratura? nimirum fides, spes, charitas, & operatio: *fides* enim, sicut dicit Apostolus, *per dilectionem operatur*, & *fides si non habeat opera, mortua est in semetipsâ*, charitatis autem probatio est operatio: qui verò non credit, nec sperat; & qui non sperat, nec habet quod diligat: porro qui nec credit, nec sperat, nec diligit, quid est pro-

Dilecta cur quatuor appelletur nominibus.

Spiritualis quadratura est fides, spes, charitas & operatio. Gal. 5. Iac. 2.

Matth. 8.
Luc. 9.

Dogmata Hæreticorum cur rori comparentur, siue guttis noctium.

Per caput Deus per Cincinnati proximi intelliguntur.

pro quo operetur. Hæc est totius boni operis in vnoquoq; intentio, vt hoc quod credit, sperat, & diligit, quandoq; consequi mereatur. In mensurâ autem quadri, non aliud latus maius est, atq; aliud minus, sed cuncta simul quatuor latera æquali spatio tenduntur, quia & in ipsas easdem virtutes, quas diximus, fidem scilicet, spem, charitatem atq; operationem, quàm diu in hac vita viuimus, æquales esse apud nosmetipsos inueniemus. Vnusquisq; enim qui in actiua vitæ exercitio versatur, tantum credit quantum sperat; quantum credit operatur, & amat, tantum amat quantum credit, sperat, & operatur, tantum operatur, quantum credit, sperat, amat.

Item anima quadratura constat quatuor virtutibus cardinalibus.

Siue dicamus, istam quoq; animam quadraturam in quatuor constare principalibus virtutibus, scilicet prudentia, fortitudine, iustitia; temperantia: Istæ enim virtutes ita in quadro sunt vt vna aliam non excedat. Magna quippe prudentia est, sed si minus est in periculis fortis, minus in operationib⁹ iusta, minus à voluptatibus temperans, profectò minus est prudens.

Magna est fortitudo, sed si minus intelligit quæ bona custodiat, quibus malis resistat, si minus tenet opera iustitiæ, atq; aliquando iniustitiæ dominatione superatur, si minus à voluptatibus appetitum temperat, sed vincitur delectatione, minus est fortis. Magna est iu-

stitia, sed si minus quam debet inter iusta & iniusta opera discernit, si minus se contra aduersa confortat, si minus carnem in delectatione temperat, minus est iusta. Magna est temperantia, sed si minus intelligit vnde se temperet; si aduersa sustinere per fortitudinem minus valet, atq; in timore animum deijcit, si per præcipitationem suam aliquando ad iustitiæ opera prorumpit, minus est temperans.

Si ergò perfectiorum fidelium vita per quadrum mensuretur, tantum habet latus vnum; quantum latera singula, quia vnusquisq; tantum prudens est, quantum fortis, iustus, & temperans; tantum fortis, quantum prudens, iustus, temperans; tantum iustus, quantum prudens, fortis, temperans; tantum temperans, quantum prudens, fortis, & iustus fuerit. Sed quia Doctor gentium dicit *castigo corpus meum, & in seruitutem redigo ne forte cum alijs predicauero, ipse reprobus inueniar*, hoc studere semper prædicator debet, vt recta quæ ore prædicat, ipse quoq; in suis actibus ostendat. 1. Cor. 9.

Necessaria est ergo omni prædicatori virtutum istarum quas posuimus quadratura, scilicet vt fidem, spem, charitatem, atq; operationem ipse in se habeat, & alijs habendam prædicet; prudentia quoq; fortitudine, iustitia temperantia fulgeat, & ad hæc quoq; alios docendo erudiat.

Prædicator quam virtutum quadraturam habere debeat.

Quia

Quia ergo Dilectus iste Dilectā in contemplatione securè quiescentem ad prædicationis officium excitat, quadriformis eam gratiæ nomine vocat, quatenus per hoc ei insinuet, quod is qui ad prædicandum mittitur, his semper quatuor virtutibus quadratus esse debeat. Sororem quippe appellat propter fidem, amicam propter spem, columbam propter charitatem, immaculatam propter operationem. Sancta nempe Ecclesia siue qualibet sancta anima, quæ Sponsæ & dilectæ nomen sortita est credendo in omnipotentem, consequitur æternam hæreditatem vt fiat hæres Dei, cohæres autem Christi, quia filiationem Dei meretur per gratiam, quam ille habet per naturam.

Sancta Ecclesia vel anima Sponsæ & dilectæ nomē vnde sortitur.

Dilecta Deo anima cur à Sponso Soror vocetur.

Ioh. I.

Sponsus ergo iste cœlestis dilectam sibi animam sanguinis sui pretio redemptum Sororem nuncupat, quia quod ipse essentialiter est, hoc ipsa nuncupatiuè dici potest, dicit enim Iohannes in Euangelio suo, quia quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: de quibus & ipse Dominus dicit, Matth. 12. quicumq; fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

Anima Sancta cur à Sponsa Amicam nuncupat, quia dum ei arcana quædam scientiæ suæ, & im-

mensitatem ineffabilis bonitatis suæ manifestat in magnam eam spem futuræ beatitudinis subleuat; veræ quippe signum amicitiae est, secreti sui quempiam consciū facere: Vnde Dominus discipulis, quibus diuinæ voluntatis mysteria reuelauerat, iam non dicam vos, inquit, seruos, sed amicos quia omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis.

ca appellatur.

Ioh. 15.

Columbam nominat, quia simplicem, innocentem, & pacificam, Dei quoque ac proximi dilectione præditam approbat, sicut columba simplex est animal & innocens ab omni se laniatu abstinens, & nunquam alienos pullos tanquam suos fouens.

Sponsus fidelem animam quare vocet columbam.

Qui enim verè innocēs est, charitatem Dei & proximi habere dignoscitur, quia verà innocentia est, quæ sic definitur, innocētia vera est, quæ nec sibi, nec alijs nocet: sibi namque nocet, dum Deum malè agendo offendit; alijs nocet, dum malæ actionis exempla præbet: qui ergo malè operari deuitat, Deum se diligere probat, quia inde semetipsū seruat vnde laborat ne Deum perdat: proximum quoque se diligere probat, quia inde cum ad benè agendum inuitat, vnde se ipsum custodit, ne Deum offendat. Recta ergo diffinitio est veræ Innocentiæ, quæ nec sibi nec alijs nocet, quia per hanc dilectio Dei & proximi exprimitur, in qua tota plenitudo legis versatur.

Definitio veræ innocentie.

A a

Nam

Nam quid sit plenitudo legis, pulchrè per quintâ speciè definitionis, quæ græcè *κατὰ ἀντίθεσιν* Latine ad verbum dicitur, declaratur, quando id quod quæritur, vno verbo ostenditur, hoc modo, *plenitudo legis, dilectio*. Si ergo plenitudo legis charitas est, *charitas autem non agit perperam*, profectò qui charitatem habere dignoscitur, totam legem seruare probatur: & quia ipsa *charitas in cordibus electorum per Spiritum Sanctum diffunditur*, consequens est, vt qui charitatis donum possidet sancti Spiritus donis se illustratum confirmet. Si enim nulla virtus sine charitate valet, charitas autem per Spiritum sanctum confertur, nimirum qui charitatem habet, Spiritum Sanctum habere probatur, in quo omnium virtutum dona tribuuntur. Vnde nunc rectè Sponsus Sponsam quam ad prædicationem inuitat, columbam nuncupat, vt ei insinuet quia charitatem habere debeat, quæ per Spiritum sanctum datur, qui in columbæ specie visus esse astruitur.

Quare Sancta anima à Sponso immaculata nominetur.

Immaculatam vocat, vt quicquid operatione ostenderit, pura id intentione facere meminerit, non vt laudem humanam inde recipiat, sed vt soli diuinitati placeat, quia coram Deo sordent illa opera, qua pro mundi fauore fuerint exhibita.

Siue ideò *immaculatam* nuncupat, vt munditiam mentis & corporis diligendam insinuet, siue vt

eam præmoneat, quatenus in prædicatione sua omnem hæreticæ prauitatis maculam diligenter euitet.

Porro propter quatuor virtutes principales, quibus pulcherrima mentis quadratura consistit quatuor istis nominibus dilectus dilectam appellat, vt quam ad prædicationem surgere hortatur, prudentem, fortem, iustam, & temperantem esse debere demonstrat, vt pote *sororem, amicam, columbam, & immaculatam*. Qui enim per fidei integritatem ad summi Patris festinat hæreditatem, prudenter nimirum intelligit, quid vel quale est quod credit: qui verò diuinorum præceptorum & Sacramentorum mysteria Deo reuelante cognoscit, dum fortiter aduersa pro Deo tolerat, dum etiam fortiter blandientia mundi gaudia contemnit, profectò quid speret ostendit; at qui Spiritus Sancti gratia plenus, simplicitatis & innocentie bonum amplectitur, quia iustus esse studet, profectò quod Deum diligit, ipsa sua iustitia loquitur. Porro qui talem sibi modum viuendi constituit, vt in omnibus suis actibus sanctæ discretionis moderamina habere nouerit, dum se & à mundi voluptatibus per virtutum studia temperat, & iustitiæ bonum non indiscretè tractat, quàm mundus & rectus in omni sua operatione sit, demonstrat.

Prædicaturus qualis esse debeat.

Bene

Benè ergo Sponsus Sponsam, quam ad officium prædicationis suscitavit, sororem, amicam, columbam, & immaculatam vocat, ut ei insinuet in omnibus suis officijs & actibus quàm quadrata mente consistere debeat. Sed illa pulsanti respondet, & ab illo deliberato intimæ quietis otio, surgere detrectat, dicens, *expoliaui me tunica mea &c.*

VERSVS III.

Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Impedimenta inquit sæculi, & curas actualis vitæ, quibus hactenus implicita eram, ab animo meo reieci, ut in diuinâ contemplatione liberius vacare possim, quomodo nunc iterum per officium prædicationis à quiete ista me surgere, & actualis vitæ studijs deseruire hortaris? *Laui pedes meos*, hoc est negligentias operum meorum, quas ex cogitationum & rerum mundanarum puluere contraxi, aqua compunctionis ex diuina charitate surgentis perlui, quomodo iterum eas contraham ex illuione strepitus terreni? Nam valde est difficile inter sæculi huius homines conuersari, & nulla humanæ fragilitatis contagione maculari. Facile quippe materia exterius corporeis sensibus adhibita, interius animæ pulchritudinem inficit.

Lotio pedū Sponsæ quid figuret.

Sed dum ista mecum reuoluerem, & à proposito meo decedere non tutum arbitrarer, dicam ô filiæ Ierusalem, quid dilectus meus fecerit.

VERSVS IV.

Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Quid enim est manus eius, quid foramen, quid venter eius? Profecto *manum dilecti* debetis intelligere virtutem omnipotentis & occultæ inspirationis illius. Cum verò mens hominis curis & voluptatibus sæculi dedita, nihil de Deo, nihil de salute animæ cogitat, quasi muro quodam & maceriâ peruersitatis circumclusa & obsita, nullum iam habet aditum vel foramen, per quod diuinæ gratiæ lumen dignetur intrare.

Per manum dilecti intelligitur virtus omnipotentis eius.

Sed quia nonnunquam tales diuina virtus aspirando præuenit, ut de peccatis suis compugantur, quasi rupta prædamnata mentis maceria, foramen & quædam scissura aperitur, vnde effluant compunctionis lachrymæ, ex pœnitentis & quasi scissi cordis dolore excitatæ. De quali scissura monet Propheta, *scindite, inquit, corda vestra, & non vestiment a vestra.*

Quando dilectus misit manum suam per foramen.

Iohelis. 2.

Cūq; duo sint genera compunctionis, duo sunt genera.

A a 2

nis, quia mens ad Deum conuersa prius timore, post amore compungitur, quando aliquis pertimescens gehennæ supplicia, abdicatis mundi desiderijs, peccata quæ fecerat plangit quasi foramen & scissuram in corde eius diuina gratia fecit. Processu verò bonæ conuersationis, postquam securitatem aliquam ex diuinâ misericordia conceperit, tanto in Deum amore ardescit, vt qui prius flebat ne duceretur ad supplicium, postmodum amarissimè flere incipiat, quia differtur à regno.

Tunc ergo per foramen, quod dolor fecit cordis pœnitentis, pijsimus Dominus mittit manum gratiæ & misericordiæ lenientis, tamque suauissimo actu mentem reficit, vt tota in Dei amore succensa nihil terrenum quærat & concupiscat, ipsa etiam visibilia omnia parui pendat, solaq; cœlestia & æterna toto animo adipisci contendat.

Quid per ventrem intelligatur, qui dicitur intremuisse ad tactum Sponsi, posteaquam misit manum suam per foramen.

Ad cuius tactus suauitatem venter contremiscit, quia mens contemplatiuæ vitæ dulcedinem hauriens, virtute aspirantis gratiæ commouetur, vt intelligat dilectionem Dei sine dilectione proximi esse nō posse, sed hanc esse plenitudinem perfectæ dilectionis vt qui diligit Deum propter se, proximum quoque diligit propter Deum. Hoc ergo modo ô filia Ierusalem, dilectus meus misit manum, hoc est auxilium virtutis & gratiæ suæ per foramen

compuncti mei cordis insinuans & admonens, vt quia ego ei in corde meo amori eius inhærendo aditum fecerim, non dubitem etiam in proximorum cordibus ei per prædicationis officium ingressum parare, quandoquidem ipse semper præsto sit per auxiliatricem, gratiam, & mihi quid, vel qualiter doceam prærogare, & audientibus mentium aures aperire soleat.

Vnde & hanc eandem sententiæ quam ad memetipsam retuli, non absurdè ad auditores quoq; meos referre possum, vt dicatur dilectus manum suam per foramen mittere, quoties ad aures Auditorum exteriores per vocem prædicationis sonando ad aures interiores manum auxiliatricis gratiæ immitendo ingreditur. Ad cuius tactum venter meus intremiscit, quia infirmiores quiq; mei, quæ prius præ imbecillitate ingenij non intelligebant, intelligunt, & cum diuini iudicij terrorem audientes contremiscunt, ad boni quoq; operis fructum moueri discunt.

Alia expositio missio- nis manus dilecti per foramen, ad huius tactum, venter intremiscit.

VERSUS V.

Surrexi igitur vt aperirem dilecto meo: Manus mea stillauerunt myrram, & digiti mei pleni myrra probatissima.

Quia enim suum mihi promisit auxiliū, quo laboris mei cōsequer-

Quomodo dilecta dilecto aperiat.

querer fructum, dignum fuit vt prædicationis officium non refugerem, sed sicut ei meum cor gratiâ ipsius aperueram, sic illi quoque proximorum corda eadem gratiâ per prædicationem aperirem.

1^o Cor. 9.

Manus spon-
sa myrram
distillare est
opera eius
mortificati-
onem carnis
redolere.

Manus autem meæ distillauerunt myrram, quia iuxta Doctoris gentium vocem, *castigavi corpus meum & seruituti subieci, ne forte dum alijs prædicarem, ipsa reprobata efficerer.* Manus enim meæ sunt opera mea, quæ semper myrram distillare debent, quia mortificationem carnis, vitiorum abstinentiam, & virtutum affluentiam semper redolere debent.

Cant. 8.

Iohan. 15.

Digitis spon-
sa pleni sunt
myrra probatissima,
quando vir-
tutum eius
opera sunt
discreta
charitate di-
uina & fra-
ternâ.

Digitis vero mei plenè myrrâ probatissimâ, quia ipsa mea si qua sunt virtutum opera, magna quidem debent habere discretionis moderamina, sed ipsa discretio redundare debet charitate diuinâ atq; fraterna. Quid enim est myrra probatissima nisi charitas omnium virtutum electissima? quare autem myrra, nisi quia fortis est vt mors dilectio, & dura sicut inferus amulatio? maiorem enim nemo charitatem habet quàm vt animam suâ ponat quis pro amicis suis.

Digitis ergo mei, id est actus in vnâ mente quasi in vno corpore decem præceptis discreti, pleni sunt myrra charitatis, quia cum dilectum meum fortiter diligo, pro eius legibus seruandis & prædicandis vsque ad mortem laborare non detrecto.

Pro fratrum quoque salute vel

necessitate hanc discretionem habere studeo, vt cum magis in diuinâ contèplatione suspendi cupiam, fraterna tamen charitas interdum me compellat descendere, & myrram laboris ad eorum vtilitatem colligere.

Igitur cum exhortatione dilecti mei, iam surrexissem, vt verbum vitæ proximis prædicando, illorum quoque clausa corda aperirem ei, manibus meis myrram distillantibus, digitis etiam myrrâ probatissimâ plenis, ad officium prædicationis me accinxi.

VERSVS VI.

Pessulum ostij mei, aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque transferat. Anima liquefacta est, vt dilectus locutus est: quasi sui, & non inueni illum; vocaui, & non respondit mihi.

Solui, inquam, ad tempus rigorem propositi mei, siue clausuram silentij mei, & procedens in publicum, os meum aperui, & atraxi spiritum. Reiecto etiam à me ipsâ omni obstaculo mentis, cœpi diligentius perferutari mirabilia testimonia dilecti, quæ & opere ostederem, & sermone enuntiarem. Sed cum optarem, vt ad me totus intraret, diceretque ei cū Moysè, *Domine ostende mihi faciē tuā, ille iā declinauerat atque transferat,* & tantū posteriora sua aliquatenus videnda reliquerat.

Ps. 118.
Quid sit
pessulum
ostij aperire
dilecto.

Exod. 33.

Aa 3

Quid

Declinare
atque tran-
sire dilecti
quid fuerit.

Quid enim fuit eius declinare atque transire? Vtique eius declinare fuit de illâ sublimitate cœlorum ad nostra infima nascendo & moriendo se deponere, quod quia fecit cum tempore, hoc fuit eius transire: nam cuncta illa in transita fuerunt, *Christus enim resurgens iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Cum ergo intenderem vt eum sicuti est aliquatenus comprehenderem, & alijs audire cupientibus quoquo modo ostenderem, abscessit, declinavit, & transiit, quia incomprehensibilis est, & in hac vitâ nemo diuinam illam substantiam sensu perfectè capere potest. Cumque transisset, sola posteriora eius vidi, quia de humanitate illius intelligere aliqua, & prædicare potui.

Cumq; ita Dilecti mei dicta & facta prædicarem, & ad eius præcepta seruanda & vestigia sequenda animos audientium prouocarem, maior me compunctionis vis dissoluit, ita vt tota in eius amore effluerè, quia ille qui ex me alijs foras per vocem prædicationis, mihi quoque intus per gratiam inspirationis loquebatur. Quotiescunque enim eum prædicamus, ipse in nobis & per nos loquitur sicut & in Evangelio dicit, *non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Vbi autè spiritus Patris loquitur, loquitur & filius, quia quorû est vna substantia, vna est &

Matth. 10.

operatio. Tanta autè dulcedine locutionis eius capta sunt, vt illû interiorius audiendo anima mea ab omni duritiâ non tantum mollesceret, sed etiam liquefceret, & ad bonorum operum quotidiana exercitia deliberato consilio conualescens, cum psalmistâ diceret, *audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Bene quippe in se loquentem Deum attendit, qui inspiranti gratiæ & liberum præcuncti arbitrium promptâ voluntate obedit: loquentem etiâ in se Deum audit, quisquis ea quæ in scriptura sacra legit, ipso reuelante intelligit. Cumque frequentius in ea meditando Deum quærit, quo eum subtilius rimatur, eo altius in corde illius Deus eleuatur: vnde dicit psalmista, *accedet homo ad cor altû, & exaltabitur Deus;* & in Ezechiele scriptum est, *quia cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rota iuxta ea:* quo enim attentius sacre scripturæ intenditur, eò sublimius ipsa in spirituales sensum subtiliter consideranti subleuatur. Anima spõ-
sponfa quo-
modo li-
quefacta ad
locutionem
spõsi.

Cum ergò ad huiusmodi locutionem dilecti, anima mea per ignè charitatis liquefceret, vehementius illum legendo, meditando, prædicando quæsiui, & qualis esset cognoscere desideravi: quæsiui eum orando, ieiunando, vigilando, carnem macerando, sed in hac vita illum sicuti est inuenire non

Dilectus
quomodo
quærat, nec inueniatur.

Ezech. 1.

Ps. 84.

Ps. 63.

1. Cor. 13.

Quid sit
quod dile-
ctus Sponsæ
vocanti non
responderi.

non potui. *Quæ siue ergo illum, & non inueni*, quia neque ipsa eum legendo perfectè cognoscere, neque prædicando alijs ostendere potui; *videmus enim per speculum in ænigmate. Vocauit, & non respondit mihi*: cum putarem eum iam mihi quasi præsentem, quamuis quodammodo longiusculè positum, & veluti mox comprehensura, vocarem aliqua subtilis intelligentiæ voce, non respondit mihi, quia retractanti mihi quæ putabam me perfectè intellexisse, per reciprocam gratiæ suæ vocem ad plenum non aperuit. Scriptum namque est in visione Ezechielis Prophetæ, *quia cum fieret vox super firmamentum, stabant animalia & submittebant alas suas*. Iam enim alas intimæ contemplationis expanderant, iam diuinitatis quantamcunque cognitionem, quamuis tamen in ænigmate mente volando conceperant, sed cum vox non sub firmamento neque de firmamento, sed supra firmamentum fieret, substituerunt ultra progredi non valentes, submissisque alis inchoatæ contemplationis, quia supra te esset incomprehensibilem comprehendere animaduenterunt. Aestimantibus quippe tam præsentem vt eum comprehendere possent, vocauerunt, sed ipse eis non respondit, quia quod de Deo se intellexisse putabant, hoc

ita esse interioris voce allocutionis non ostendit. *Vocauit ergo, & non respondit mihi*, quia dum supra me aliquid conari vellem, quantum infra hoc essem agnoui, dum nullam incomprehensibilis substantiæ perfectam cognitionem assequi potui.

VERSUS VII.

Inuenerunt me custodes qui circum-eunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

Quid ergo? deposui alas quas frustra ultra posse meum expanderam, & ad scripta siue dicta sanctorum Patrum conuersa audiui, *ne progrediaris terminos quos posuerunt Patres tui, qui vtique spiritu sancto inspirati locuti sunt, & viam, modumque credendi, siue de Deo disputandi ostenderunt. Ipsi nimirum sunt custodes ciuitatis*, hoc est sanctæ Ecclesiæ de qua scriptum est, *gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, quia custodiunt eam ab incursum malorum spirituum & hominum verbis & exemplis & orationum suarum præsidijis*.

Isti ergo inuenerunt me, quia me ab intentione mea priori recipientem, & eorum me dictis & scri-
Quinam significantur per vigileptis

qui Sponsam
inuenerunt
& vulnera-
uerunt.

ptis contentum esse volentem probauerunt: *inuenerunt* inquam, quia tantum me suorum dulcedine sermonum allegerunt, vt omni alia intentione postposita ad solam finale & supremam causam intenderem, vitam videlicet æternam, quæ ipse Deus est, eius visio omnis nostri laboris plena atque perfecta requies est & consummatio. Illi ergò dum eorum scripta legerem vel audirem, *percusserunt me* iaculo diuini amoris, & non tantum percusserunt, sed etiam *vulnerauerunt*, quia ita mentem meam cælestis desiderij compunctione transfixerunt, vt de ea fons lachrymarum quasi quidam animæ sanguis efflueret.

Qui sint cu-
stodes muro-
rum, tollen-
tes pallium
Sponsæ.

Tulerunt quoque pallium meum custodes murorum. Muri autem hoc loco non inconuenienter accipi possunt diuinæ scripturæ, quia sicut murus ex multis & varijs lapidibus construitur, ita diuina scriptura ex multis & diuersis sanctorum Patrum sententijs & documentis constituitur: quemadmodum verò muri ciuitatem muniunt, ita diuinæ scripturæ sanctam Ecclesiam custodiunt, quia omne eius munimentum siue ornamentum scientia & obseruatio est sanctarum scripturarum. Porro *custodes horum murorum* possunt intelligi simplices quique in Ecclesia, de quibus scriptum est, *simplicitas iustorum dirigit eos*, qui quamuis scientiam scripturarum aut paruam aut nullam habeant, tamen dum

Pro. II.

ipsarum scripturarum præcepta obseruanda operibus prædicant, proximos quoque non mediocriter ædificant. *Isti ergo custodes spiritualium murorum tulerunt pallium meum*, quia exemplo bonorum operum abstulerunt à me impedimenta superfluxæ cogitationis, quæ mentem meam velauerant complexione indiscretæ indagationis mihi que suaserunt *non alta sapere, sed homilibus consentire*, & in simplicitate Deo seruire.

Rom. II.

VERSUS VIII.

Adiuuro vos filia Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore languo.

QVapropter *adiuro vos filia Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt annuntietis ei, quia amore languo.* Sed quid est meum *adiurare*? profectò fidei & operationis sacramento cõstringere, alioquin *filia Ierusalem* nõ estis, quia ad supernæ pacis visionem non pertinetis, nisi Deo fide & opere placeatis. *Si ergo dilectum inueneritis*, hoc est si in tantum mea prædicatione profecistis, vt rectè credèdo & benè operàdo eum habeatis, tunc *adiuro vos*, hoc est sicut dixi, fidei & operationis sacramento obligo, quæ violare salutem perdere est, vt *annuntietis ei*, videlicet signa & quasi characterè quendã studij & laboris mei, quo in prædicatione

Cur Sponsa
adiuret filias
Ierusalem
annuntiare
dilecto quod
amore lan-
gucat.

tione

1. Cor. 12.

tionem vestrae salutis causa defudavi
preferendo, sicut ad suos disci-
pulos dicit Apostolus, *signa autem
Apostolatus mei vos estis in gentibus.*

Quid autem ei annuntiare debe-
tis? scilicet, *quia amore langueo*, hoc
est tantum eius charitate & dilectio-
no detineor, ut ad omnem seculi
voluptatem & pulchritudinem, in-
firma & languida, & quasi iam in-
sensibilis remaneam. Vos itaque
vita & moribus annuntiate, quam
vera, recta, & utilis fuerit praedica-
tio mea, ut vester profectus mei
quoque fiat laboris fructus.

Ad hanc vocem dilectae dilecto
obedientis, & ad praedicationem
surgentis, eiusdemque praedica-
tionis studium & utilitatem praedica-
tis, filiae Ierusalem, hoc est sanctae
animae ad visionem supernae pacis
pertinentes causas tantae adiuratio-
nis percunctantur atque hoc modo
dilectam alloquuntur, *qualis est dile-
ctus tuus ex dilecto &c.*

VERSUS IX.

*Qualis est dilectus tuus ex dilecto
o pulcherrima mulierum? qualis est dile-
ctus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?*

NON parvam inquirunt vim
adiurationis huius attendi-
mus, in qua omnem salutis nostrae
summam pendere didicimus, atque
idcirco scire cupimus potentiam &
dignitatem huius dilecti, cuius cau-
sa sic nos adiurasti,

Filiae Ieru-
salem causas
quarunt cur
a Sponsa sic
adiurata
sint.

Qualis est ergo dilectus ex dilecto, hoc Dilectus ex
dilecto Deus
de Deo est,
& qualis il-
le sit.
est filius ex Patre, Deus & Deo, lu-
men de lumine & magnum quippe
est illum cognoscere quem tanto pe-
re studes commendare, summamque
prudentiali illum intelligere, pro cu-
ius tantum langues amore. Sed cum
perfecte comprehendere non possit
dilectus ex dilecto, id est filius ex
substantia Patris, unius essentiae,
unius potentiae, unius voluntatis,
uniusque operationis, *ex parte enim
cognoscimus, & ex parte prophetamus,* I. Cor. 13.
quicquid tamen illud est, quod de
Deo cogitari, intelligi, vel dici po-
test, tu o *pulcherrima mulierum*, id est
animarum, spirituales Deo filios
procreantium docere potes, quia
hoc tua specialis prerogativa pul-
chritudinis promeruit, ut quia di-
lecta dilecti huius diceris, vicinior
ei mentis oculo appropinquare pos-
sis. *Omnis enim gloria & compositio
tua ab intus est,* & mundus Deus, cuius Psal. 44.
munditiae nihil comparari potest,
non nisi a mundis cordibus cerni-
tur, quia *beati mundo corde quoniam
ipsi Deum videbunt.* Matth. 5.

Pulchrae quidem sunt caeterae
mulieres, id est, animae fideles quae
suo modo, & loco, & tempore spi-
rituales Deo filios gignunt, sed tu
o *pulcherrima omnium* Ecclesia uni-
versalis, quae quotidie filios gene-
ras in spiritu per baptismi Sacra-
mentum, & sanctae praedicationis
documentum. Tu ergo nobis in-
sinua *qualis sit dilectus ex dilecto*, hoc

Bb est

est, quid de diuinitate eius iuxta humanam possibilitatem intelligendum sit & credendum. Siue etiam *qualis sit dilectus ex dilecto*, hoc est, qui tibi olim dilectus factus est, pro te nascendo & moriendo, qualiter nunc dilectus est, suæ tibi gratiæ abundantiam infundendo, & in dilectionis suæ diuinam dulcedinem attrahendo. Siue qui quondam priori tempore in antiquis Patribus per figuras & ænigmata diuinitatis suæ maiestatem plurimis miraculorum signis ostendendo dilectus fuit, qualiter nunc in nouissimo tempore carnem assumendo, & totius mundi salutem operando dilectus est. Quod verò sit eiusdem verbi repetitio, studiofa est animi scire affectantis exploratio.

Dilectâ dilecti pulchritudine decem præconijs subsequenter exponit.

Psal. 91.

Porro dilectâ ut percunctantium animos ad maiorem dilecti sui accendat amorem & reuerentiam, qualitatem eius tropologicè exponit, dum diuinitatis & humanitatis eius cantabilem pulchritudinem decem præconijs, quasi *in decachordo decantat psalterio*. Denarius quippe numerus perfectus est, & vel decalogo, vel quatuor Euangeliorum continetur Sacramento, qui ab vno incipiens ita ad quatuor peruenit, ut denariû compleat numerum: nam si super unitatem tres sequentes numeros, hoc est binarium, trinarium, & quaternarium aggregaueris, decem habebis,

atque ita per quaternarium complebis numerum denarium.

Psalterium autem est instrumentum Musicum in modum deltae litteræ formatum, quod in græco quatuor exprimit. Pulchri ergo dilectâ dignitatem & pulchritudinem dilecti quasi in decachordo decantat psalterio, decem præconiorum testimonio, ut ostendat omne sibi ex dilecti gratia profluens Sacramentum, vetus & nouum resonare testamentum, vno exhibendum in figura præcinente, altero iam exhibitum in veritate decantante. Ait ergo, *dilectus meus candidus & rubicundus*.

Psalterium quid sit.

VERSUS X.

Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus.

STaure cordis diligenter appropinquamus, interiori auditu percipere poterimus, harmoniæ huiusmodi quâ in hoc decachordo dilectâ modulari intendit, principalem esse materiam geminæ pulchritudinis prædicabilem gratiam, castitatis videlicet atque martyrij, quæ primò in ipso capite considerata, postmodum nunc alternatim, nunc intermixtâ dulcedine per ipsius diffunditur membra.

Dilectus, inquit, meus candidus & rubicundus: Geminus iste color, candor.

Hominis iste color, candor & rubor quomodo Christo principali-ter conueniat.

Sap. 7.

Christus candidus dicitur ex diuinitate, rubicundus ex passione.

2. Cor. 5.

Esa. 63.

candor scilicet & rubor, principaliter quidem & singulariter atque plenarie in capite Ecclesie, hoc est, Christo apparet, quia eius castissimae atque sanctissimae carnis candori, quam de castissima Virgine ineffabili Spiritus Sancti operatione suscepit, nullus candor comparari potest. Et de sapientia Dei Patris quae ipse est, scribitur, *super omnem pulchritudinem stellarum luci comparata inuenitur prior, candor est enim lucis aeternae, & speculum sine macula Dei maiestatis.*

Candidus ergo est diuinitate propter inedicibilem diuinæ naturæ splendorem, quo illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: candidus verò ex humanitate propter immaculatam, vt diximus, & omnis peccati immunem carnis susceptionem. Porro rubicundus ex passione specialiter fuit, quia nulla charitas eius charitati æquari potest, qui in tantum suam dilexit facturam, vt pro eâ mori eligeret, non dedignatus fieri legis peccatum, crucisq; maledictum. De qua singulari passione sua ipse in Propheta loquitur, *tibular calcanti solus, & de gentibus, non est vir mecum.*

Nulla enim passio huic passioni confertur, quæ sola totius mundi operata est salutem, sola seruum captiuum de seruitute peccati in

veram perduxit libertatem gloriae filiorum Dei.

Vnde eum præmisisset, *dilectus meus candidus & rubicundus*, subiunxit, *electus ex millibus*: millenarius quippe numerus, quia pro perfectione ponitur, vniuersitatē significat. Electus ergo ex millibus dicitur, quia vniuersitati fidelium solus virtutum & gratiarum singularitate præponitur: de ipso quippe scriptum est, quia *vnxit eum Deus oleo exultationis præ participibus suis.* Et cum omnes electi diuinitatem accipiant gratiam, *alius quidem sic, alius vero sic, soli vnigenito non ad mensuram dat Deus Spiritum sanctum, & de eius plenitudine omnes accipiunt, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, quia ipse est caput super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem.*

Iste ergo dilectus Dominus Iesus Christus singulariter candidus & rubicundus in sui personali causa diuinitatis & humanitatis, *electus est ex millibus*; in ipsis verò millibus, hoc est vniuersitate electorum, non vno modo, neque æquali mensura candor sanctitatis & rubor passionis enitent; quia in quibusdam vtrumque, in quibusdam non vtrumque, sed nunc isti candor munditiæ, & rubor martyrii simul; nunc illi vel solus candor, vel solus rubor tribuitur, vt in

Rom. 8.

Dilectus cur dicatur electus ex millibus.

Psal. 44.

1. Cor. 7.

Ioh. 3.

Ioh. 1.

Colos. 2.

Ibidem.

Christus non modo in se, sed & in Ecclesia

sua candi-
dus & rubi-
cundus est.

conspectu Dei ille candidus & rubicundus, iste vel totus candidus vel totus rubicundus; alter maiori, alter verò minori nonnunquã æquali ipsarum virtutum gratiã præcedat. In corpore itaque suo, hoc est Ecclesia, Christus etiam candidus est & rubicundus, iuxta modum quem unicuique electorum tribuere, ipsius placet benignitati & gratiã.

VERSUS XI.

*Caput eius sicut aurum optimum.
Coma eius sicut elata palmarum, nigra quasi coruus.*

Vnde mox in sequentibus per partes enumeratur ipsius geminæ pulchritudinis donationes, nunc simul, nunc solæ in eodẽ Christi corpore præfulgentes, ut post præmissam in capite singularem præ omnibus sanctis dignitatem, subinferantur diuersarum in corpore ipsius dignitatum colores, per vniuentem & concorporantem sibi gratiam suo modo & loco proficietes. Dicit enim: *Caput eius sicut aurum optimum: quid per aurum nisi diuinitas eius accipitur? sicut enim aurum omnibus metallis prætiosus est, ita diuinitas Christi omnibus supereminet creaturis; & quicquid in ipsis creaturis gloriæ siue dignitatis esse potest, ad comparationem diuinitatis nihil est. Caput ergo dilecti hoc est diuinitas eius sicut aurum est, & non absolutè aurum, sed aurum opti-*

Per aurum
diuinitas
intelligi-
tur.

mum, quia substantia diuinitatis bonum est, & non tantum bonum, sed etiam supremum & generalissimum bonum, & ut ita dictum sit bonum bonorum, quia ipsa est fons & origo totius boni à quo bona cuncta procedunt. Vel quia in Sancta Scriptura principale mentis caput dicitur, *Christus autem virtus & sapientia Dei Patris est*, & verbum ex corde Patris genitum, quo verbo & qua sapientia omnia facta sunt & sine quo vel qua nihil est factum. *Aurum ergo optimum est ipsa virtus & sapientia, quæ est splendor gloriæ Dei & figura substantiæ eius.*

Per caput in
scriptura
principale
mentis acci-
pitur.

I. Cor. I.

Hebr. I.

Quicquid verò pulchritudinis & honestatis in corpus capitis huius diffunditur, ex ipsa diuinitate & sapientia profluit, ut digni de hoc corpore prædicetur, gratia comarum, oculorum, genarum, cæterorumque membrorum, quæ mox in sequentibus numerabuntur.

Quorum primum est, *coma eius sicut elata palmarum, nigra quasi coruus*: *Coma huius capitis dupliciter intelligi possunt, videlicet Sancti Prophetæ & Apostoli, siue sanctæ Scripturæ, quæ per eos Deo inspirante profluxerunt. Ipsi etenim Deo quasi capiti suo contemplatoriæ charitatis dulcedine adhæserunt, atque ideo magnam mentis subtilitatem in illo diuino verbo perspiciendo ex ipsa Dei virtute & sapientia perceperunt.*

Coma capi-
tis, quod est
Christus
sunt Prophe-
tæ Apostoli
siue sanctæ
scripturæ.

Vnde

Philip. 3. Vnde dicuntur quasi elata palmarum, quia cum eorum cōuersatio in cœlis esset, mente quoque per contemplationem in cœlum suspendebantur, de victâ & calcatâ omni terrenæ delectationis molestiâ, cuius spiritualis triumphus gloria per palmam significatur, quæ est signum victoriæ. Sed quia pro hac victoriâ adipiscendâ non paruis afflictis sunt malis, siue à prauis hominibus aduersa perferendo, siue in se ipsis carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigendo, rectè dicuntur, nigra quasi coruus. Contemptores siquidem mundanæ gloriæ, à mundi amatoribus quasi viles & obscuri reputabantur, sed eò magis ad gloriam & decorem diuini capitis veluti subtiles comæ aptabantur, quo magis à sæcularibus pro diuinitatis amore despiciebantur.

Palma victoriæ signū est.

Gal. 5.

Sanctæ scripturæ cur sic dicantur comæ sicut elata palmarum, nigra quasi coruus.

Porro scripturæ sanctæ quæ per eos depromptæ sunt, ob hoc diuini capitis Comæ dici possunt, quia sicut comæ de capite nascuntur, ita sanctæ scripturæ ex diuinâ sapientiâ producuntur, & sicut illæ caput ornant, ita scripturæ sanctæ Ecclesiæ Dei eminentiam & principatum decorant. Quæ sicut palma elata dicuntur, qui fidelium mentes illarum commonitione vel cōsolatione, à terrenis ad cælestia diligēda & appetēda subleuātur, & vbi spiritualē armaturā contra vitia atque peccata profitentur, vsque ad finem quoque benè certantibus æternæ beati-

tudinis palmam pollicentur. Sed ista comæ sicut coruus dicuntur nigra, quia sanctæ scripturæ multis sunt obscuritatibus inuolutæ, tenebrosa Ps. 17. enim aqua in nubibus aëris, quia profunda est scientia in scripturis sanctis. Quia verò nigredo ista afflictionem siue voluntariam siue coactum significat, idcirco dum in eâ passio quædam animi vel corporis attenditur, dilectus in hac parte vnicolor, id est, rubicundus tantum in corpore tuo prædicatur.

VERSUS XII.

Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentia plenissima.

Quid per oculos dilecti nisi Prepositi siue Angeli ecclesiarum intelliguntur, qui quasi speculatores super domum Dei, hoc est sanctam Ecclesiam ponuntur: vnde vni eorum dicit Deus, speculatorem dedi te domui Israel, & audies verbum ex ore meo, & annuntiabis eis ex me. Speculator quippe ex alto contemplator, ut aduentum hostium quo longius, eo melius præcauendum annuntiare possit: vnde huiusmodi speculatori dicit Dominus per Prophetam in gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Dei. Speculator namque in gutture tubam habet, quādo apertè & publicè, longè lateque verbum Dei prædicat, & quis finis

Oculi in capite dilecti sunt prepositi siue Angeli Ecclesiarum.

Ezech. 3.

Osee. 8.

virtutibus vitijsque sit sublimi voce & mente annuntiat : qui est quasi aquila super Domum Dei, quia subtilis intelligentiæ acumine diuinitati intendens, ad contemplatiuæ vitæ subtilitatem sibi commissos prouocat, expandens super eos alas defensionis suæ, quibus eos & doctrinæ studio & orationum suffragio à malignorum spirituum insidijs conseruet.

Oculi dilecti cur dicatur esse sicut oculi columbarum super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ.

Et resident iuxta fluentia plenissima.

Sed isti oculi dilecti sunt sicut columba, quæ lacte sunt lotæ, quia sancti speculatores super domum Dei intendentes, si verè oculi Dei sunt, habent opera simplicitatis & innocentiae, cum cordis & corporis castitate, quibus & se, & sibi subiectos ad vitam nutriunt æternam. Et vnde hoc? quia morantur super riuulos aquarum, & resident iuxta fluentia plenissima. Hæc nempe est naturalis consuetudo columbarum, vt super riuos aquarum sedentes aduentum præcaueant, accipitrum : quia ergò speculatores isti super riuulos aquarum, hoc est sententias scripturarum commorantur, idcirco sciunt & sibi & subiectis prouidere, mores componendo siue corrigendo, atque hostis antiqui insidias præcauendo. Resident quoq; iuxta fluentia plenissima, quia quotidiano ante oculos habent vtriusque testamenti documenta, quæ reuerà non tantum plena, sed & plenissima sunt omnium Sacra-

mentorum scientiâ, quæ & in vno per figuras & ænigmata proponuntur, & in altero in veritate exhibita prædicantur. Et in hoc tertio membro, vnus gemini coloris in corpore dilecti superius prædicanti considerandus est, videlicet candor, vt animæ lacteo colore lotæ castitatis & munditiæ præferant insignem.

VERSUS XIII.

Genæ illius sicut areolæ aromatum consistit à pigmentarijs. Labia eius lilia distillantia myrram primam.

Genæ dilecti non inconuenientes, diuersarum pluralitate virtutum veluti multitudine pilorum virilitatem animi prætendentium, propositum suum decorantes quidum à voluptate oculorum siue aurium, cæterumque sensuum, ciborum quoque & vestium, aliarumque rerum huius mundi delectabilium pro Deo abstinent, quot de se continentiae, odoramenta spargunt, quasi tot aromatum areolæ construunt.

Nam, verbi gratiâ, oculorum reuerenda compressio, siue reflexio, pulchra quædam est areola, in quâ quod continentiae refulgent merita, quasi tot aromatum redolent odoramina. Au-

Per genas dilecti accipiuntur Continentes.

Cur hæc genæ assimilentur areolis aromatum, quæ diuersarum sunt specierum.

ris

ris quoque & os, nates & manus quædam possunt dici *areolæ*, quæ quia bonarum malarumue rerum sunt perceptibiles, quædam autem res cum in sui naturâ bonæ sint, plærumque abusione participatum malæ fiunt, quotiescunque ipsarum rerum irrationabiles appetitus, virtutis amore franguntur, redoleât istæ spirituum aromaticum speciebus conferruntur, ut vnumquodque aroma secundum id redoleant, secundum quod qualitas continentia generat, quia quò magis reo oblectat, eò magis ipsius rei continentia Deo commendat.

Areolæ istæ à pigmentariis confitecur dicantur.

Sed quia istæ continentia discretionis virtute competentem debent habere statum, ut neque naturalis necessitudo vertatur in vitium, neque virtutis rigor honestum excedat modum, rectè *areolæ istæ à pigmentariis dicuntur confitecur*, quia non passim, non indiscretè, & quasi confusè sed ordinabiliter, & compositè, & cum ratione huiusmodi continentia in suis sunt areolis confitecur, ab illis videlicet, qui huius confitionis scientiam habuisse probantur. Isti nempe pigmentarij sancti sunt Apostoli, sanctique Doctores, qui in suis dictis & scriptis virtutum species quasi quædam pigmenta ostendunt, ex quibus contra vitia & peccata veluti contra motus animæ quod-

Pigmentarij fuerunt Apostoli.

dam saluberrimum componunt antidotum. *Genæ ergò dilecti sicut areolæ aromaticum, quæ confitecur sunt à pigmentariis*, quia profectò hi, qui diuersæ continentia odores ex se emittunt, ex Sactorum Patrum dictis & gestis colligant, quicquid in suis moribus diligentia & honestatis conficiunt.

Considerandum verò quod in hoc quoque membro superius prælibatæ pulchritudinis geminus color, scilicet, rubor & candor, refulgeat, ut in exteriori habitu interior denotetur, quia dum istæ genæ rubent & candent, testimonium dant & castitatis pudori, & continentia labori, ubi non facile dijudicari possit, quis color sit eminentior, vel in martyrio rubor, vel in virginitate candor, quia & virginitas in martyribus reperitur, & ipsa Martyres facit. Nempe in his generis vna in re duo attenduntur, quia in vniuscuiusque virtute continentia & castitatis refulget meritum, & martyrij pro labore speratur præmium.

Martyrium an castitati præferendum non facile potest dijudicari.

Labia eius lilia distillantia myrram primam; Ecce pigmentarij quorum industria in generis pudicitia præfulget gratia, Prædicatores scilicet sancti, qui ideo per labia designantur, quia eorum prædicatione diuersa virtutum pigmenta

Per labia sponse prædicatores significatur.

menta conficiuntur. *Qui sunt quasi lilia, quia & ad integritatem munditiamque vitæ seruandam dant præceptum, & ad vulnera animarum sananda dant consiliū, & possunt dicere cum Apostolo, Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt.* Lili enim natura candorem simul & odorem præfert, & curandis vulneribus plurimum sanitatis confert.

2. Cor. 2.

Prædicato-
res cur affi-
mulentur
liliis distil-
lantibus
myrram
primam.

Quæ lilia sunt distillantia myrram primam, id est optimam, quia dum pro integritate & munditiâ cordis & corporis seruandâ, vitia atque peccata in semetipsis mortificant, alijsque eadem facienda verbo & exemplo incessanter prædicant, profectò ostendunt, quantam erga Deum & proximum charitatem habeant.

Charitas enim dici potest myrra prima, id est optima & probata, quia ibi vera & perfecta est, omnia extinguit in homine vitiorum incentiua: sicut enim myrra mortuorum corpora condiuntur, ne putrescant, ita charitate diuinæ animæ roborantur, ne putredinem vitiorum incurrant.

Et in hoc quoque corporis sui membro, dilectus candidus est & rubicundus, quia in sanctis Prædicatoribus suis pro lilio castitatis candidus dicitur, per myrram verò passionis, *omnes enim qui in Christo pie volunt viuere, persecutionem patientur rubicundus prædicatur.*

2. Tim. 3.

VERSUS XIV.

Manus illius tornatiles aureæ, plene hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus saphyris.

SI ad ipsum caput respiciamus, *Manus Dei ad ipsum caput respiciendo quare tornatiles dicantur.* Manus eius profectò tornatiles & aureæ sunt, quia de eo scriptum est, *quàm magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti: qui enim torno operatur citius, & perfectius, atque planius operatur. Quis verò vnquam citius, & perfectius, siue planius est operatus, quàm ipse Deus? valde enim citò fecit, quæ facere disposuit, quia solummodo, dixit, & facta sunt, atque vno eodemque tempore; licet diuerso modo, diuersâ quoque forma eius dixisse fecisse fuit. Perfectius eo nemo operatus est, quia non diminuta, vel per partes, & quæ adhuc melioranda essent, sed omnia perfecta fecit, & semel fecisse totum & integrum fecisse fuit. Porro planius nihil eius opere fuit, quia nullo impedimento natura rerum retardari potuit, sed quem semel accipit cursum modumque pro perpetua lege seruauit: nihil in eius operibus distortum & inæquale, diminutum vel superfluum, quia omnia in mensurâ & numero & pondere constituit.* *Sap. II. Benè ergò manus eius tornatiles fuerunt, quia tanta, vt dictum est, velocitate*

Manus Dei
ad ipsum ca-
put respi-
ciendo
quare tor-
natiles di-
cantur.

Psal. 103.

Ps. 32.

Sap. II.

tate

rate, perfectione & pulchritudine omnia operatus est, ut ex ipsius operibus consideranti clarescat, quantæ pulchritudinis, quantæ maiestatis ipse conditor existat, non quod ista consideratio Deitatis ipsius sit plenaria comprehensio, sed quod sit quædam à creaturæ dignitate proficiscens, & quantum humanæ menti possibile est subluce Creatoris speculatio.

Manus Dei cur aureæ dicantur.

Vnde & ipsæ manus dicantur aureæ, quia hoc quod sunt, quod viuunt, quod vigent, & florent ex diuinitatis constat dispositione: Auro quippe quod omnibus metallis pretiosius, diuinitas quâ nihil supra designatur.

Sed quid est quod plena iacinctis dicuntur; cum & alij sint lapides valde etiam competentes ad ornamentum manuum siue digitorum? omnia quidem visibilia, quædam miranda & pulchra operum diuinorum sunt ornamenta, sed in his magis sunt miranda, quia & subtiliora cælestium mirabilium secreta; quorum consideratio primo loco est in incorporeâ creaturâ, supernorum videlicet spirituum siue sanctarum mensium solis cælestibus semper intendentium, quarum conuersatio diuinæ bonitatis est operatio; secundo loco in corporeâ creaturâ rerum superiorum, quæ sunt quædam nutrimenta inferiorum, quarum rationabilis dispositio diuinæ quoque sapientiæ est mirabilis operatio. Iacinctus enim

Manus Dei quomodo plenæ iacinctis sint.

aerij coloris est, atque ideo manus dilecti iacinctis plenæ dicuntur, quia opera creatoris magis in cælestium decore & ornatu prædicantur.

Porro si ad membra capitis respicias, manus eius tornatiles, aureæ & plena iacinctis sunt, quia bonis operibus intenti, & semper futuram requiem ingredi festinantes, non tardè neque pigre, sed velociter & studiosè viam mandatorum Dei currunt, quicquid in suis moribus prauum & inæquale cernunt, reductæ operationis tornatura repellunt, & planum faciunt, & in oculis sui conditoris, ipso tamen opifice, perfectum reddunt, cuius efficientiæ causa est sensus in eis auro sapientiæ diuinitus collatæ respondens, & semper cælestium bonorum felicitatibus contemplatiuæ vitæ dulcedine intendens.

Qui ideo manus eius dicuntur, quia quicquid boni faciunt, non propriæ virtutis sed Dei gratiæ est, cuius & hoc quoque quod tornatiles morum perfectione, quod aureæ sensuum claritate, quod plenæ iacinctis angelicæ conuersationis sublimitate.

Sanè & in huius membris consideratione duplex color in corpore dilecti speciali laude prædicatus apparet, quia in eo quod tornatiles sunt manus, laboris siue passionis est signum, quâ ab omni morum superfluitate & in æqualitate, in vas

Quæ sint manus Dei respiciendo ad membra capitis, & quomodo eadem dici possint tornatiles, aureæ, & plenæ iacinctis.

Dilectus non modo in se, sed & in membris suis candidus & rubicundus est.

honoris & diuinis spectabile oculis sunt tornata: quod verò aurea & iacinctis plena, fulgida virtus cœlibis vitæ, quâ castitatis & pudicitie claritate rutilant, designatur; hocq; modo & in ista parte dilectus candidus & rubicundus decantatur.

Venter eius eburneus, distinctus saphyris: si personam ipsius dilecti inspiciamus, humanitatem ipsius ventris nomine designari non absurdè accipimus, quia fragilior pars corporis venter est, & humanitas illa omnem humani corporis fragilitatem præter peccatum experta est. Sed quid est iste venter eburneus, dicitur? Ebur quippe os Elephantis est, quod animal castissimum esse perhibetur: quid autem castius humanitate Christi, quæ ex castissima Virgine absque vilo virili opere per solâ spiritus sancti operatione assumpta est? Venter ergo dilecti eburneus, quia cum omnes homines in iniquitatibus & peccatis concipiuntur, solus ipse in humanitate singulariter sine peccato de castissima, vt dictum est, Virgine conceptus est.

Quid porro est quod ipse venter saphyris distinctus esse memoratur? Saphyrus quippe cœrulei coloris est; saphyris autem venter dilecti distinctus dicitur, quia etsi ex humanitate terrena pertulit, esuriem, sitim, lassitudinem cæteraq; secundum quod homo pati potuit, patiendo tamen cœlestia ex diuinitate

ostendit miracula faciendo.

At si multitudinem fidelium quæ ipsi personæ velut capiti membra per fidem adhærent, consideremus, quandam inter omnem inueniemus, quæ pro maiore sui fragilitate ventri comparari potest. Sunt enim in Ecclesia aliqui vinculo coniugali dediti, sunt aliqui mire se continent in sexu fragili; sed qui vxores habentes tanquam non habentes sunt, rectè venter eburneus dici possunt, quia etsi foris fragiles videntur, per carnis coniunctionem, intus tamen fortes sunt per sanctæ & castæ vitæ honestatem. Vnde de sanctis coniugatis scriptum est, quia erant incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querelâ: hoc est enim ventrem distinctum esse saphyris, quia inter curas rerum mundanarum, quam coniugalis fragilitas exposcit: cœlestium præceptorum deuota obseruatione refulgent. Porro mirè se continent in sexu fragili laudabiliorem in hoc proposito sui ostendunt conuersationem, quia cum sint infirmi & fragiles corpore, fortiter tamen ad sanctitatis merita assurgunt animi virtute. Vnde & in his venter dilecti eburneus dicitur, quia magis in sexu fragili virtus castitatis prædicatur.

Distinctus verò saphyris memoratur, quia virtus castitatis, aliarum quoque virtutum ornamentis decoratur: aliter namq; castitas corporis virtus esse non potest, nisi

ornetur

Ventris nomine in personâ dilecti humanitas illius accipitur.

Humanitas Christi ebori curasimiletur.

Humanitas Christi quare distincta saphyris dicitur.

In multitudine fidelium qui dici possint ventres eburnei.

1. Cor. 7.

Luc. 1.

Venter distinctus saphyris est castitas corporis ornata castitate mentis.

ornetur castitate mentis, quæ constat humilitate, patientia, sobrietate & contemptu sæcularis vitæ, cæterorumq; cœlestium præceptorum obseruatione. Nam vt de corpore huius dilecti esse possit *venter eburneus, saphyris debet esse distinctus, quia nihil prodest castitas corporis sine bono opere, nec opus bonum sine castitate.* Quia ergò fragilis lexis castitatis virtutem forti animo tenet, *venter dilecti eburneus est*, quia vero & alijs virtutibus pro cœlesti gloria studet, *saphyris distinctus est.*

In ista quoq; corporis sui parte *dilectus candidus & rubicundus est*, quia in ventre eburneo, color castitatis nitet, in *saphyro* quamuis cœruleo, tamen pro labore virtutum color passionis rubet. Ipsa quoq; castitas quæ exterius in corpore mundo cantet, interius per mentis Martyrium rubet: nam naturali carnis motui repugnare, quædam nimirum passio mentis est.

Præsentis sanè decantatio particulæ ad vestræ professionis normam non modicè spectat, sorores dilectissimæ, quia cum reuera de corpore huius dilecti sitis, tale eius membrum decentissimum esse potestis. Nam cum in tam fragili corporis vestri vasculo, candido castitatis & pudicitia indumento resplendetis, profectò *venter dilecti huius eburneus dici & esse potestis*: quia verò cum ista castitate, alijs quoq; virtutum ornatibus refulgetis nimirum *sa-*

phyro distincta relucetis. Sed summo pere vobis attendendum est, ne per solam castitatem Deo vos placere posse putetis, si alia bona opera non habueritis, atq; idcirco semper & castitatem bono operi, & opus bonum castitati iungere debetis, vt Deo perfectè placere possitis,

VERSVS XV.

Crura illius columna marmorea, qua fundata sunt super bases aureas. Species eius vt Libani, electus vt Cedri.

Octauo loco quasi octauam tangit chordam decachordi psalterij attenta spectatrix dilecti, veluti symphoniam illam *διὰ πρῶτον* reddens, cui proprium est, eandem habere vocem octauam, quam primam. Nam cum supra prima chorda sonuerit, *caput dilecti aurum esse optimum*, nunc dicit *crura super bases aureas posita*, vt sit eadem vox grauis & acuta, resonans supremum & infimum dilecti aureum ornamentum. Sed considerandum *quanam sint huius Dilecti crura, curue ipsa comparentur columnis marmoreis super bases aureas edificatis.*

Cū Deus in sui natura immobilis atque incommutabilis sit, quippe qui est illocalis, omnia enim complet & continet, ipse autem à nullo, continetur, qui totus semper ubiq; est; cumq; localis sit qui de loco ad locum mouetur, Deus autē nō mouetur, atq; ideo illocalis sit, quia immobilis, moueri tamen dicitur, sit illocalis.

Cc 2 non

Gregorius.

Applicatio huius membri Dilecti ad Virgines quibus hoc opus inscribitur.

Crura Dilecti sunt misericordia & iustitia.

Deus quo modo dicitur moueri cum sit illocalis.

non in se, sed in his quos suo nutu & voluntate mouet per virtutem omnia disponentem, siue secundum iustitiam, siue secundum misericordiam: cui enim vult miseretur, & quem vult indurat, quorum vnum est misericordiae, alterum iustitiae. Cum ergo omnem creaturam suam quasi praambulet hac gemina dispositionis suae via, videlicet iustitia & misericordia, recte possunt dici eius *crura iustitia & misericordia, vniuersae enim viae eius*, sicut dicit psalmista, *miseri cordia & veritas*. Veritas autem & iustitia idem est: quod enim verum est, iustum est; & quod iustum est, verum est.

Miseri cordia & veritas in Deo cur columnis marmoreis comparantur.

Rom. II. Cur autem *crura ista dicuntur columna marmorea*, nisi quia recta sunt & fortia: nam in columna est rectitudo, in marmore duritia; iudicia enim Dei occulta, nunquam tamen iniusta. Quis enim scire potest quare hunc misericorditer eligat, illum iudicialiter repellat? ideo clamat Apostolus, *o altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabilis via eius?*

Bases aurea sunt sapientia & bonitas, quibus columna marmorea, id est misericordia & veri-

Porro quae sunt *bases aurea, super quas columna ista marmorea* quae *crura illa intelliguntur, sunt fundatae*? nimirum si recte perpendas sunt sapientia eius & bonitas, quia omnia quae facit, sapienter & benignè ordinat & disponit: *bases* nempe sunt, quia omnia continent & sustentant, *aurea*, quia in ipsis rerum officientijs mirabiliter clarescunt.

Crura ergo dilecti, si ad ipsum caput ^{tas inni-} intendas, sunt, vt dictum est, ^{tuntur.} misericordia & veritas, quae *super bases*, id est pedes sapientiae & bonitatis illius fundata aut stant, aut ambulant, secundum naturam & qualitatem eorum quae facta sunt: omnia enim quae facta sunt, aut aeterna sunt, aut temporalia. Stant autem in his quae aeternaliter mansurae secundum gratiam & misericordiam suis Deus ipse praefiniuit, ambulat in his, quae temporaliter aut confert aut aufert, siue misericorditer siue iudicialiter.

Porro si ad membra ipsius capitis respicias, quid putas *crura dilecti huius* dicenda sunt? In illo antiquo Dei populo, in quo tunc tantum notus erat Deus duas praecipue dignitates posuit Deus, quibus ipse populus muniretur & ornaretur, *regnum, videlicet & sacerdotium*: in exterioribus quidem Regia fortitudine armabatur contra eos qui auctore Diabolo laborabant destruere propositum Dei, quod pro totius mundi salute habebat, & eidem populo in typo praemonstrabat, quatenus in tota sua republica cum pace & honore praecurreret in figura diuinæ promissionis fideliter adimplenda negotia. Porro in interioribus sacerdotali officio erudiebatur, ad ipsa negotia prudenter per figuram intelligenda & reuerenter tractanda, vt ipsi propositio Dei quadoque adimplendo allaboraret fide & dilectione in spe futurae salutis.

In

Crura Dilecti item dici possunt in antiquo & nouo testamento, regnum & sacerdotium.

Regnum
& Sacer-
dotium in
pœnam
peccati à
Iudais trās-
latum est.

Ier. 2.

In quibus videlicet dignitatibus tantum erateiusdem populi firmamentum, vt postmodum cum eidē populo peccanti iratus Deus multas comminaretur pœnas, postremò minimè se corrigēti, hanc finalem proponeret pœnam vt ablato & destructo regno & sacerdotio, omnis eorū funditus migraret honor & religio. Dicitur enim sic per Ieremiam Prophetam, *obliuioni tradidit Dominus in Syon festiuitatem & sabbatum, & opprobrio in indignatione furoris sui Regem & Sacerdotem.* Regē quippe & Sacerdotem non esse, hoc fuit omnem ritum cæremoniarum defecisse.

Duplex in
Ecclesia
gladius.

Luc. 2.

Nonne & in hoc tempore, quo promissio illa iam impleta est, huiusmodi duabus dignitatibus sancta subsistit Ecclesia? pugnat enim contra infideles & incredulos materiali gladio exterius regalis iudicij potestas, pugnat etiam interius contra eosdem spirituali gladio sacerdotalis officij maiestas. Vide cū Dominus pro defendenda huius nouæ, quæ nunc est, reipublicæ vniuersali salute, *gladium permetteret, duosq; paratos esse audiret, sat esse respondit,* quia duas in Ecclesia sententias peremptorias constituit, vnã gladio materiali, alteram gladio spirituali. Etenim hoc exterius agitur regni timore, vt Ecclesia seruiat Deo cum pace & honore, interius eruditur sacerdotio, vt sciat seruire Deo cum reuerentia & amore. Quid ergo? nunquid cum hæ duæ

dignitates sint Ecclesiæ Dei in omni religione propaganda quasi quoddam firmamentum, & vt rectè dicam totius corporis dilecti huius fortissimum sustentaculum, non rectè possunt dici *crura eiusdē dilecti regnum & sacerdotium?*

Et hæc propter sui fortitudinem & eminentiam *columnæ dicuntur marmoreæ*, quando & ipsæ virtute & potestate eriguntur, & in eis tota domus sanctæ Ecclesiæ sustentatur. Quid verò sunt *bases aureæ, super quas ista columnæ sunt adificate?* planè oportet, vt in ipso regno siue sacerdotio, quia causâ debent esse communis vtilitatis & honestatis, magna resplendeat vis rationis & virtus discretionis, vt in omni sua dispensatione & iudicio semper sit ratio & discretio. Sed cum hæc ex magna debeant sensus & sapientiæ claritate procedere, nonne rectè dici possunt *harum columnarum bases aureæ?*

Regnū & Sacerdotiū ob sui eminentiam & fortitudinē columnis marmoreis cōparantur.

Crura ergo ista dilecti huius columnæ sunt marmoreæ super bases aureas collocatæ, quia in sancta Ecclesia regnū & sacerdotium vigent dispensationis & iudicij ratione & discretione.

Crura dilecti dicuntur columnæ marmoreæ super bases aureas, quia regnū & sacerdotium in Ecclesia vigent dispensationis & iudicij ratione & discretione.

Huius quoque octauæ chordæ cantui succinit præcentus ille iuxta introitum ipsius decachordi carminis positus, quo dilectus decantatur *candidus & rubicundus*, quando hoc agit pars ista regni cum labore & periculo vitæ, vt in se dilectus iste rubicundus prædicetur; porrò altera

altera pars sacerdotij in pace & tranquillitate hoc agat, vt in se dilectus candidus pronuntietur, in sanctitate & castitate, conuersatione, & mandatorum Dei obseruatione & prædicatione. *species eius vt Libani, electus vt Cedri.* Sicut inquit

Species Dilecti quare Libano monti comparatur.

Joh. 3.

mons Libani motibus cæteris præstantior est, decore & pulchritudine, miroque odore arborum inibi positarum, sic dilectus meus omnibus Sanctis eminentior, & longè pulchrior est potentiâ virtutum, sapientiâ quoque & scientia, atque omni decore mundanarum actionum, omnique plenitudine diuinarum gratiarum. *Non enim ei ad mensuram dat Deus spiritum, sed habitat in eo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter;* & de hac eius plenitudine Sancti accipiunt gratiam, pro gratia; quodque ipse vniuersaliter habet, isti particulariter consequuntur, & hoc non semper pro cuiusque voluntate, quia & interdum prompta est, & interdum quasi sopita segniter iacet in eis eadem particula gratiæ, quam suscitari oportet non sine aliquo labore. Vnde Paulus ad

2. Tim. 1. Gratia quibus modis resuscitantur.

Timotheum, *propter quam causam,* inquit, *admoneo te, vt resuscites gratiã quæ in te est per impositionem manuum mearum.* Suscitur autem multis modis, maximè tamen orando & psallendo; exempli gratia, cū diceret Rex Israel ad Helisæum, *quare congregauit Deus tres Reges istos, vt tradat eos in manus Moab?* respondit, *viuit Dominus in cuius conspectu sto, quia nisi*

vultum Iosaphat Regis Iudæ erubescerẽ, nec attendissem vtiq; nec respexissem: nunc autem adducite mihi Psaltem; & factum est dum caneret Psaltem, facta est super eum manus Domini, & reliqua.

Excepto ergo Dilecto isto de quo scriptum est, *super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu S. cæteri oēs Sancti diuina vel particularem accipiunt gratiam Spiritus S. prout ipsi sancto Spiritui placeat, qui vbi & quando vult spirat.* Merito ergo huius dilecti species vt Libani dicitur, quia *speciosus forma præ filijs hominum,* & nulla species eius speciei, nulla virtus eius virtuti, nulla gratia eius gratiæ comparari potest.

Electus vt Cedri; cur præ cæteris arboribus Libani electi sunt Cedri; nisi quia quasdam speciales naturæ suæ habet gratias? Est enim Cedrus imputribilis, est odorifera, est serpenti contraria: quis autem sine corruptione esse potuit, nisi solus iste dilectus, *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius;* nullus vnquam tam sanctus, tam innocens esse potuit, quin aliquid corruptionis contraxerit, cum scriptum sit, *quia & in Angelis suis Deus iniquitatem reperit.* Peccatum nempe quædam putredo, quædam corruptio est, & cum in alio maior, in alio minor sit, in nullo tamen quâuis valde sancto, valdè iusto, potest non esse, licet etiam paruissima; Porro in solo isto dilecto, nulla prorsus huiusmodi putredinis siue corruptionis

Iohan. 1.

Ioha. 3.

Psal. 44.

Dilectus quia expers omnis peccati, dicitur electus vt Cedri.

1. Pet. 2.

Iob. 4.

vel

vel tenuissima suscipere potuit macula.

Benè ergo dicitur *electus vt Cedri*, quia hoc vnus specialiter habet ex natura, quod nulli Sanctorum concessum est ex gratia. Hæc quidè de solo capite dicta sint.

Qualiter species Dilecti in corpore suo est Ecclesia sit similis Libano monti.

Cæterum si ad corpus respicias, quod capiti coniunctum vnum fit, secundum incorporationem qua ipsi capiti per gratiam ipsius incorporatur, congruè *species eius Libano comparatur*, quando totus dilectus iste in se & in corpore suo discretè attenditur. Quid enim in facie siue specie Ecclesiæ considerari potest, nisi præsentia diuinitatis in executione Sacramentorū, in enūtiatione diuinorum eloquiorum, in dispositione & ordinatione convenientium & rationabilium causarum? Quis verò iste *Libanus* est, cui *species huius dilecti* in toto suo corpore assimilatur? Si ipsam rem sicuti est attendas, Libanus mons phenicis est, abundans Cedris, & ne ipso radicatis & in altum porrectis: sicut autem iste mons Cedrorum multitudine decoratur, ac per huc magnam sui pulchritudinem aspicientibus offert, ita dilectus iste in corpore suo multitudine electorum suorum sibi in fide radantium & in charitate cohærentium decoratus mirabile profectò toti mundo præbet sanctitatis & honestatis spectaculum.

Si autem metaphoricis intelligas, *Libanus* iste est de quo prophe-

ticus sermo clamat, *aperi*, inquit, *Libane portas tuas, & comedat ignis Cedros tuas*. Templum enim Dei, quod in illa terrestri Ierusalem constructum fuerat, & habebat tabulata intrinsecus per circuitum delignis Libani, lignis cedrinis, idcirco Libani nomine appellatū est, quia in eo fuit sanctum Sanctorum, quod erat decus quoddam & eminentis pulchritudo non tantum illius ciuitatis, sed & totius populi eiusdè per multos terminos dilatati. *Species ergo Dilecti vt species Libani*, quia sicut hoc templū fuit quondam caput & singulare monumentum Religionis illi antiquo Dei populo; ita nūc conuentus Ecclesiæ vbi Christus honoratur in suo corpore caput quoddam & eminentia quædā sanctitatis est omni populo Christiano, quia in eo attenditur via quædā & peruentio ad illius summi boni sublimitatē, & futuræ salutis æternitatē. Ad hunc. n. conuētum quasi ad quendam montem Dei, currit quotidie fidelis populus prospicere in spe terrā promissionis illius, quā Deus suis dabit electis, in qua est templum supernæ illius Ierusalē, quod inhabitat ipse sanctus Sanctorum, in quo multiplicantur sancti vt Cedri, Libani, imputribiles facti participatione illius æternæ beatitudinis, & summi boni quod est Deus.

Electus vt Cedri: quomodo dilectus iste in corpore suo, hoc est Ecclesia

Zach. II. 3. Reg. 6. Libanus per metaphoram templum veteris, & Ecclesiam noui Testamenti significare potest.

Ecclesia præfens via est ad templum supernæ Ierusalem.

Descriptio montis Libani.

Quomodo
Dilectus in
corpore
suo hoc est
Ecclesia,
dicatur e-
lectus vt
cedri.

Ecclesia electus dicitur vt cedri? Si naturas Cedri, quas supra memorauimus attendas, videlicet quod imputribilis est, quod odorifera, quod serpentes fugat, nimirum perpendere potes, quanta sit utilitas sanctæ Ecclesiæ vnitas, & quantum omni animæ eligenda, quantumque rebus cæteris sit præferenda. Nam ibi incorruptio animi adipiscitur, odor virtutum sentitur, vitia & peccata quasi serpentes venenati fugantur. Quid hac re præstantius? Merito ergo Christus in corpore suo, *electus vt cedri* dicitur, quia in omni eius actione siue dispositione canonica vel dispensatiua, ipse est omnis spiritualis efficientiæ causa.

Hoc autem loco dilectus, qui supra, vt sæpè diximus, dupliciter coloratus inducitur, candidus videlicet & rubicundus, sola candoris pulchritudine in corporis sui hoc est Ecclesiæ splendet facie, quam sibi elegit *non habentem maculam neque rugam*, quod ipsius partis probat decantatio de specie *Libani*, qui interpretatur candidatio.

Ephes. 5.
Libanus
interpretatur
candidatio.

VERSUS XVI.

Guttur eius suauissimum, & totus desiderabilis talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filia Ierusalem.

IN gutture vox, in voce sonus est, in sono si vox articulata est, cuius rei certa expressio. Quid per *guttur*, nisi sanctæ scripturæ sonus

Per guttur
dilecti so-

accipitur? totam verò scripturam sacram, aut ipsius Domini voce, aut Sanctorum quibus ipse Deus quasi quibusdam organis utebatur constitutum nouimus. Quid enim diuinæ scripturæ sonant, nisi aut per se ipsum, aut per suos loquentem Deum? Quid porro loquentem? nimirum futuræ promissionis qualitatem, iuxta propositum ipsius prædestinantis, vocantis, iustificantis, & glorificantis electos suos, cuius glorificationis dulcedinem & suauitatem concedit eis prægustare nunc per spem subleuantem, & ad ipsam toto desiderio anhelantem, & quasi quoddam iam experimentum suauitatis eiusdem quodammodo capientem.

Ipsam nempe experimentum *guttur* quoque dilecti huius dici potest, quia in mente cuiusque sanctæ animæ, diuinæ bonitatis dulcedine prægustantis, delectabiliter sapit suauitas illa, quam ex sacra scripturæ prædicatione intelligit, de qua dicitur, *quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Vnde & ipsius suauitatis experimento proficientibus dicit Psalmista, *gustate & videte, quoniam suavis est Dominus, beatus vir qui sperat in eo.* Guttur ergo Dilecti vel vox est sacra scripturæ, diuinæ pietatis suauitatem enarrantis, vel experimentum eiusdem pietatis animum cuiusque fidelis suauiter reficientis.

Quod

nus sanctæ
scripturæ
accipitur.

Esa. 64.
& 1. Cor. 2.

Psal. 33.

Guttur dilecti quare dicatur suauissimi

Quod guttur suauissimum est, quia tantæ memoriæ abundantia diuinæ suauitatis eructat, ut attento Auditori nihil dulcius, in aure cordis videatur sonare, quàm futuræ beatitudinis perennia bona non tantum sperare, sed & firmâ certitudine tenere, ideoque toto ea animo desiderare.

Quare guttur nulli rei comparatur, sicut cæteræ partes corporis Dilecti.

Vnde cum superius singulæ partibus alicui comparentur rei, utpote caput auro, cornu elatis palmarum, oculi columbis, gena aromatum areolis, cæteræque sicut supra digestum est, rebus sibi competentibus, hæc vltima sola nulli comparatur, quia bonum illud supremum & generalissimum, sicut inedicibile ita & incomparabile.

Finalis dilecti laus est, quod fit totus desiderabilis.

Enumeratis autem per partes huius dilecti præconijs, siue in seipso siue in corpore suo, quasi singulis in huiusmodi decachordo expensis neruis, finalem quodammodo decantatæ laudis reponit vocem, dicens, *Et totus desiderabilis*: ac si dicat; quid est quod per partes pulchritudinem & dignitatem eius prædico? nihil est in eo quod excipere possim: nam *totus est desiderabilis*, siue diuinitatis eius celsitudinem attendas, siue humanitatis humilitatem respicias. Hæc est enim summa totius laudis, quæ in fine canitur, & quendam in se colorem totius cautionis exprimit.

Quid enim breuius & magis definitè ad summam laudis dici potest, de Christo Deo & homine,

quàm ut dicatur, *totus desiderabilis*? si enim totum quod in eo est, vel de eo dici potest desiderabile est, sicut de eo scriptum est, *in quem desiderant Angeli prospicere*, porro quicquid totum desiderabile est, ab omni parte beatum est, profectò concluditur supremum & finalem modum laudis esse, *totum desiderabilem* dicere.

Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filia Ierusalem. Quælistis, inquit, à me qualis esset dilectus meus, pro quos vos tantoperè adiurauerim, ecce ostendi vobis, qualis sit dilectus meus, cuius habitum per singula membra expressi. Sed quid dicendum de habitu isto? nunquid dilectus iste per dispositionem siue affectionem sortitus est habitum istum, & susceptibilis est intensiois & remissionis? In sui quidem naturâ minimè, qui essentialiter bonus, sapiens, pulcher, sanctus est & iustus; porro in corpore suo hoc est Ecclesia, per dispositionem siue affectionem transit in habitum istum, suscipiens magis & minus, secundum quod suæ placet gratiæ in singulo suo membro disponere. Ista qualitas siue iste habitus natura eius est, quia ipse est bonitas, sapientia, pulchritudo, sanctitas & iustitia.

Habitus dilecti natura eius est, quæ aliter ad corpus illius quod est Ecclesia, se habet.

Et iste dignus meo quæsitu est, non quod ego sim ei necessaria, sed quod ipse mihi valde sit necessarius. Quare? quia *ipse est ami-*

D d

cus

cus meus, ô filia Ierusalem: mei quippe interioris hominis habitus ex illo informatur, quasi ex imagine in imaginem, per participationem gratiæ habitantis in corde meo, cuius illuminatione aperiuntur mihi arcana illa inuisibilia rerum, quæ continentur in subtilitate & significatione præceptorum & Sacramentorum diuinorum, iuxta quod me instruunt & ducunt intellectus & ratio, quæ sunt ipsius mei interioris habitus maxima pulchritudo. Iste *amicus meus* custodit in me huiusmodi scientiam per humilitatis gratiam: nam ipse Patri dicit, *confiteor tibi Pater quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*: humilitas nempe custos virtutum est; Dicitur autem *amicus quasi amici iustos*, ut enim istam Amicum non perdam, debeo eum per humilitatem habere quasi animi mei custodiam. Si enim animus ad diuinam scientiam affectus siue dispositus, quâdoque per cooperantem gratiam suscipit habitum, hoc est permanentem in se eiusmodi scientiam, quasi vnum cum Deo efficitur ipse animus participatione ipsius, ut & ipse quoque ex Dei confortio dicatur Deus. Vnde quidam sapiens dicit ad filium,

Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,

Hic tibi præcipue sit purâ mente colendus.

ac si apertè dicat, cum animus sit nobis Deus, hoc est vera & spiri-

tualis vita hunc præcipue scilicet Deum benè viuendo glorifica. Animus quippe per insitam sibi vim rationis & intellectus, rectè discernendo & benè vitam suam agendo Deum in se retinens Deus est, non quidem essentialiter sed nuncupatiuè, sicut de sanctis dicit Propheta, *ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes* talisque enuntiationis virtus magnæ est amicitiae fœdus; sed huius amicitiae bonum attendentes, non filij sed *filia Ierusalem*, hoc est infirmæ adhuc animæ & nondum perfectionem virtutum assequi valentes, & hoc in dilecta dilecti huius magnam pulchritudinem spiritus constituisse, amore sancti desiderij & ipsæ accensæ, cupiunt etiam huius amicitiae bono perfrui, quo & eandem spiritus pulchritudinem valeant adipisci. Dicunt enim, *quo abiit dilectus tuus, &c.*

Animus nuncupatiuè Deus dicitur, & est.

Psal. 81.

Per filias Ierusalem animæ infirmæ accipiuntur.

Matt. II. teor tibi Pater quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis

Amicus quasi amici custos dicitur.

Amicus quasi amici iustos, ut enim istam Amicum non perdam, debeo eum per humilitatem habere quasi animi mei custodiam. Si enim animus ad diuinam scientiam affectus siue dispositus, quâdoque per cooperantem gratiam suscipit habitum, hoc est permanentem in se eiusmodi scientiam, quasi vnum cum Deo efficitur ipse animus participatione ipsius, ut & ipse quoque ex Dei confortio dicatur Deus. Vnde quidam sapiens dicit ad filium,

VERSVS XVII.

Quo abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

Quid abire Dei, vel declinare est, qui loco non capitur, & apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio? Dupliciter dicitur Deus abire vel declinare, scilicet & per appropinquationem & per recessionem gratiæ suæ, iuxta profectum siue defectum animi cuiusque, vel ad Deum appropin-

Iacob. x.

Deus dupliciter dicitur abire vel declinare.

pin-

pinquantis, vel ab eo recedentis. Sed in hoc loco Dilecti huius abire, est misericordia bonitatis suæ quæpiam moueri, *declinare* quoque eius est gratiæ suæ munere menti cuiuslibet illabi.

Dic, inquit, nobis *ô pulcherrima mulierum*, quoniam Dilectus tuus abeundo & declinando per misericordiam & gratiam suam exemplum nobis benè viuendi, siue in qualibet virtute amplius studendi, in aliquo fidelium suorum proposuit. Dic, hoc est, ostende vel lectione, quâ eorum vitam quotidie pronuntias, vel actione, quâ eos quotidie in tui consortium annumeras, & nos quoque eorum exemplo inducti, *queremus tecum dilectum istum*, orando, ieiunando, alijsque bonis, operibus eum vocando, quatenus ad nos etiam declinare dignetur, suæ nos gratiæ munere visitando.

Hier. 29. Ipse enim dicit, *si quaesieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis*: nam eum quærere non est sola oratione, sed etiam bona actione, sicut & alibi de se quærentibus dicit, *me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt*. Quos enim dicit vias eius scire velle, profectò ostendit bona eos actione quærere.

Dilecta, quarum mulierum dicatur pulcherrima.

Queremus ergò tecum dilectum hoc modo, *ô pulcherrima mulierum*. Qualium verò mulierum? nimirum vel in seipsis Deo boni operis fructus, veluti sanctitatis filios fide & dilectione gignentium, vel alios quasi lucis filios

verbo & exemplo ad æternæ vitæ diem generantium. Quia ergo tantam in te pulchritudinem miramur *ô pulcherrima mulierum*, quam tibi attraxisti quærendo & inueniendo dilectum tuum, idcirco & nos tantæ & tam generosæ pulchritudinis tuæ aliquod vestigium adipisci cupientes, ad quos moueatur vel ad quos declinet Dilectus tuus per misericordiam & gratiam scire cupimus, vt eum quoque tuo exemplo quærentes, postquam inuenerimus etsi non pulcherrime, aliquatenus tamen pulchræ existimamus. Adhæc Ecclesia siue dilecta Deo anima locum motionis siue declinationis dilecti huius demonstrans, actum quoque simul in ipsa declinatione eius insinuat dicens, *Dilectus meus descendit in hortum suum*.

CAPVT VI.

1. **D**ilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum vt pascatur in hortis & lilia colligat.
2. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.
3. Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata.
4. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli

D d 2 tui

- tui sicut grex caprarum que apparuerunt de Galaad.
5. Dentes tui sicut grex ouium que ascenderunt de lauacro, oēs gemellis foetibus, & sterilis non est in eis.
6. Sicut cortex mali punicī gene tuæ absq̄ occultis tuis.
7. Sexaginta sunt Reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus.
8. Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Viderunt illam filia Syon, & beatissimam predicauerunt: Reginae & concubinae laudauerunt eam.
9. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.
10. Descendi in hortum nucum vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisent vineæ, & germinassent mala punicæ.
11. Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.
12. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.

VERSVS I. SEXTI CAPITIS.

Dilectus meus descendit in hortum suum, ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.

Quid nempè fuit Dilectum quærere, nisi ad eum per contemplationis virtutem ascendere? quia enim in Sanctorum cordibus

fides per dilectionem operatur, dilectio verò mentem semper ad superna trahit, bonum ergo operari est ad Deum mente descendere. Sed cum omne bonum à Deo fit, sine quo nihil boni existit, ab illo quempiam in bono adiuuari, profectò est eius ad eum descendere: scriptum quippe est in Exodo, quia *Exod. 19. Moyses in montem ascendit, & Dominus ad eum descendit.* Quantū enim quisque ad Deum ascendit, cogitatione & actione illum querendo, tantum ad illum Deus descendit, siue sua ei mysteria per intellectum aperiendo, siue adiutorium ei suæ gratiæ per virtutem animi conferendo. Vbi enim per liberum arbitrium voluntate & opere quilibet ad Deū ascendit, ibi ad eum Deus per auxiliatricem gratiam misericordia & dignatione sua descendit.

Vnde & hic dilectæ dilectum quærere cupientibus congruè respondit, quia *dilectus meus descendit in hortum suum*: ac si diceret, quia scire desideratis quonam abierit, vel declinauerit dilectus meus, ecce dico vobis, quia *dilectus meus descendit in hortum suum.* Quis

Hortus in quem dilectus descendit Ecclesia, siue anima sancta est.

est hortus dilecti, nisi aut sancta Ecclesia, aut sancta quæuis anima diuersa virtutum specie germinans? in quem dilectus descendit, quia bonis actibus germinanti suæ adiutorium gratiæ impedit. Sed postquam in hortum descendit, quonam se inclinauit? *ad areolam, inquit, aromatum, Quæ est areola aromatum,*

nisi

nisi mens varijs virtutum suauiter redolētium speciebus confita, siue diuersarum gratiarum opinione quasi bono odore resperfa? qui enim possunt dicere cum Apostolo,

2. Cor. 2. *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco, isti profecto in horto Domini, hoc est in sancta Ecclesia singuli quiq; suo modo possunt dici areola aromatum, quia mentibus proximorum spargunt odorem bonæ opinionis per exempla bonorum operum.*

Areola aromatum est mens humilis virtutibus redolens. Ps. 112. 33.

Cur vero non *aream*, sed per diminutionem, dicit *areolam*, nisi quia mēs sancta quæ virtutum sublimitate fulget, parua debet esse in oculis suis, & magnopere attendere, quia excelsus Dominus & humilia respicit, & humiles spiritu saluabit? Ad hanc ergo *areolam* dilectus in hortum suum descendēs declinat, quia sanctę menti per incrementa sanctitatis & scientiæ facilem se & quasi tractabilem præstat. Omne enim studium inchoanti difficile, assuescenti facile videtur: & viam mandatorum Dei, siue sanctę scripturæ sciētiam ingredienti angusta videtur porta & difficilis introitus, longa verò exercitatione terēt; & quasi frequentes obices repellenti lata & spatiosa panditur via sanctitatis & intellectus, atque ideo facilis deinceps patet ingressus & egressus.

Causa cur dilectus descendat

Subdit verò causam cur descendat: *ut pascatur*, inquit, *in hortis, & lilia colligat*: pascitur quippe in

hortis, quia delectatur odore illo, qui spargitur ex areola spiritualium aromatum, id est operum bonorum. Ipse enim in Euangelio dicit, *meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei: voluntas quippe Patris est, omnes homines saluos fieri*, porrò homines salutem appetere & ad eam peruenire, opus est illius. Quæ autem Pater operatur, hæc eadem operatur & filius, quia quod vult Pater, vult & filius, & vna est amborum volūtas & operatio. Lilia verò colligit, quia magis eos qui integritate & munditia cordis & corporis candent, eligit, siue fide & opere perfectos in æternam beatitudinem remunerandos assumit.

in hortum suum. Iob. 4. I. Tim. 2.

VERSVS II.

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia.

Dilectus, inquit, meus supra mihi præceperat dicens, *surge, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, cui ego obediens pessulum ostij mei aperui, cunctis eum prædicando, & quantus qualisve sit rationabiliter ostendendo. Sed quid ad hæc dilectus meus? nimirum vicem rependit obedientiæ meæ gratulabundè mihi decantans laudem dignationis suæ, non meam sed suam in me beatificans gratiam. Eius enim fuit quod volui, quod potui, quod perfecti, atq; ideo sua in me ipse dona prædicat ut mihi & omnibus gratiæ suæ obedientibus,*

Cant. 5. Ibid.

Dd 3 entibus,

entibus, quanti sit apud Deum merito vita sanctitati & honestati obediens ostendat.

Dilectus pascitur inter lilia, quia munda cogitatione & operatione delectatur. Qualis verò Dilectus? qui pascitur, inquit, inter lilia, hoc est, mundâ cogitatione & operatione delectatur, non quod ei aliquid ex accidenti accrescat, qui nullum unquam recipit augmentum vel detrimentum, cum semper in vnâ eademq; essentia & proprietate incommutabilis permaneat, sed quod per aliquem modum locutionis à creatura translatur, affectus bonitatis eius exprimitur, erga eos quos sua dilectione & gratia dignatus fuerit. Pasci namq; dicitur, quando in mente cuiusq; quam sua gratia inhabitat, virtutum profectus augetur.

Canticum quod laudes Sponsæ continet octo partibus velut octo decurrit vocibus.

Quali verò cantico vel cantici modo insonuit mihi vox huius dilecti? cantico certe suauis, cantico non mediocriter attendendo, modo quidem octo chordis, sed in singulis chordis propter vim cuiusq; soni proprio theoremate insigniter hoc modo disposito.

VERSUS III.

Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata.

Spectabiliter hic intueri libet qualiter presentis cantici modulatio octo partibus veluti octo decurrit vocibus, vt proprietates eius sym-

phoniae quam *διάρσος* Musi dicunt hic attendatur, cuius vltima vox eadem est, quæ prima, sicut & *διάρσος* in harum dispositione partium videre licet, vbi cum prima pars hoc modo deponatur, *terribilis vt castrorum acies ordinata*, vltima pars nihilominus eodem modo terminetur, scilicet, *terribilis vt castrorum acies ordinata*.

Proprietates symphonie *διάρσος* quæ sit.

Sed singulae partes singulas deponunt rationes, quæ hoc modo distinguuntur. Prima est, *pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata*.

Pulchra es, inquit, amica mea, suavis & decora sicut Ierusalem: pulchra intentione, suavis locutione, decora operatione ac ideo mihi sanctæ amicitiae inuolabili fœdere copulanda. Et quomodo ista pulchritudo, vel suauitas, siue decora apparent, sicut Ierusalem. Quid autem Ierusalem interpretatur, nisi visio pacis? tres autem qualitates huius visionis sub nomine Ierusalem denotantur: vna terrestris, altera spiritualis, tertia cœlestis; & media quidem ad similitudinem extremorum constituitur, cum tamen ipsa sit, primæ supergrassio, vltimæ verò præparatio. Quomodo autem media ad similitudinem extremorum constituitur? in mente cuiusque sunt virtutes, quasi animæ ciues & domestici, quibus opponuntur vitia & peccata, quasi

Sponsa cur pulchra, suavis & decora dicitur sicut Ierusalem.

Triplex est Ierusalem.

ipsum

ipsius animæ hostes amarissimi. Datur autem ei similitudo à terrenæ pacis visione, ut quomodo ciuitas de victis & expulsis hostibus in pace floret, latatur & proficit, ita mens superatis vitijs & peccatis in delectatione virtutū suauiter quiescit, & in Dei gratia pacificè crescit, subiecta carne spiritui, eoq; magis ad diuinitatis contemplationem erigitur, quo minus à terrenis desiderijs impugnatur.

Media Ierusalem habet similitudinem primæ & vltimæ.

Porro alteram similitudinem accipit à supernæ pacis visione, sed non omnino comparabilem, quia hæc in ænigmate, illa autem in veritate, ut sicut ibi anima ab omni miseria & labore libera iugiter Deum contemplatoria aspicit charitate, ita hic mens ab omni carnis impugnatione liberata ad eiusdem contemplatiuæ vitæ dulcedinem quotidiano proficit incremento. Vnde ista media rectè, ut dictum est, illius vltimæ & æternæ potest esse præparatio, quia per istam peruenitur ad illam: porro primæ est supergressio, quia licet aliqua in eis sit ex ratione similitudo, nulla tamen est in dignitate comparatio, dum illa sit mundanæ pacis momentanea susceptio, ista supernæ æternæ speculatio, quæ hic quidem incipit sed ibi perficitur.

Cui ergo istarum trium vi-

sionum pacis pulchritudo dilectæ comparatur? si dicamus primæ, quæ erit comparatio carnis ad spiritum, lucis ad tenebras, temporis ad æternitatem? si verò dicamus vltimæ, quæ comparatio eius quæ adhuc cum timore tenetur, & illius quæ ab omni timore libera & securam sine fine conceditur. Mediæ ergo comparari potest, ut ista pulchritudo ista suauitas, iste decor ex intimæ pacis visione colligatur, & hæc ibi orientur, proficiant, & maneat, vbi nulla animum delectationes rerum temporalium fatigant, sed cessante pugna carnis & spiritus, secundum Apostolum, *pax Christi quæ exuperat omnem sensum custodiat corda & intelligentias*, in amore contemplatiuæ vitæ quiescentis. Pulchra est ergo dilecta, suavis & decora sicut Ierusalem, quemadmodum visio pacatæ mentis, quam nulla in quietudinis iniuria, nulla aduersitatis molestia in sanctæ contemplationis iocunditate disturbat.

Quem verò effectum partitur huius contemplationis iocunditas? profecto magnum, quia totam mentem in Dei & proximi charitate succendit, & malignis spiritibus animæ videlicet suæ hostibus: nam subdit, *terribilis ut castrorum acies ordinata*; acies namq; castrorum quando ita ordinatur,

Pulchritudo dilectæ mediæ Ierusalem comparatur.

Philip. 4.

Vnde & quibus sponsa sit terribilis ut castrorum acies ordinata.

natur, vt ex vnanimitate & concordia exercitus, insimul dispositi, nullus hosti aditus irrupendi parere possit, tunc profecto ipsi hosti terribilem se ostendit. Vbi autem hosti aditus irrupendi ex inordinatione exercitus tribuitur, ibi certe nullo modo terribilis videtur.

Charitatis
bonum
quantum
sit.

Sancta ergo Ecclesia siue dilecta Deo anima dum contra malignos spiritus spiritualis certaminis aciem ponit, summopere necesse est, vt per charitatem semper vnita atq; constricta, & nunquam per discordiam interrupta inueniatur, quia etsi quaelibet bona habuerit, si charitas desit, per malum discordiae locus aperitur in acie, vnde ad ferendum hostis valeat intrare. Antiquus enim hostis neq; castitatem neq; abstinentiam, neq; distributionem terrenarum rerum, si sine charitate fuerint, timet, quia ipse carne non praemittitur, vt vel eius luxuria dissoluatur, vel necessitate ipsius in sumendo cibo, siue diuitiarum subsidijs acquirendis vrgeatur.

Diabolus
charitatem
timet.

Valde autem charitatem veram, id est amorem humilem, quem sibi fideles vicissim impendunt, timet; & nimis concordiae eorum inuidet, quia hanc ipsi tenent in terra, quam ipse tenere nolens amisit in caelo.

Benè ergo dicitur, *terribilis vt castrorum acies ordinata*, quia electorum multitudinem eò maligni spiritus amplius pertimescunt, quo magis eos per charitatis concordi-

am vnitos contra se & conglobatos aspiciunt.

VERSUS IV.

Auerte oculos tuos, quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quae apparuerunt de Galaad.

Secunda & tertia pars hoc versu continentur. Dicit ergo. *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt*: Quia, inquit, aedificium tuæ mentis à fundamento fraternæ charitatis honestè & vtiliter surgit instar Ierusalem, id est visionis pacis, pulchritudinem suam longè ostendens, cogitatione, locutione, & opere; hoc nimirum eiusdem aedificij summum & supremum, & quasi quædam conclusio est, vt in vno consummetur cubito, videlicet totam intentionem tuam in Dei solius amore constituendo; vnde & istud o amica adhuc abundantius mea habes ex gratia, vt aliquid de mei potentia & claritate purgatæ mentis penetrare possis subtilitate. Attramen quantum coneris, quantum animi tui acumen præendas, labor tuus frustratur, quia incomprehensibilem & in circumscriptum impossibile est aliquo ingenio vel ratione definire.

Qua de re *auerte oculos tuos à me*, hoc est noli diuinitatis meæ substantiam velle perfectè cognoscere, quod nulli in hac vita conceditur, quin potius ad te ipsam conuertere, & memor esto fragilitatis hu-

Auerrere
oculos à
sponso est
diuinitatis
eius sub-
stantiam
definere
subtiliter
cognosce-
re.

manæ:

manæ: nam *oculi tui*, hoc est sensus mentis tuæ in me nimis defixi, *ipsi me auolare fecerunt*, quia quanto plus in me tenderis, tanto amplius incomprehensibilem probabis, iuxta quod scriptum est, *accedit homo ad cor altum; & exaltabitur Deus*: quanto quippe ad me accesseris altius atque subtilius substantiæ meæ proprietatem discutiendo, tanto sublimius auolo, omnem sensus tui considerationem & subtilitatem excedendo. Quapropter *auerte oculos tuos à me*, quia valde quidem perspicaces sunt sensus tui meæ gratiæ largitate in mentis contemplatione, sed me quasi auolantē præ rei profunditate, prorsus deficiunt in mei consideratione. Sed cum tanta sit gratia oculorum tuorum, quænam quoque est gratia capillorum?

Capilli, inquit, tui sicut grex caprarum quæ apparuerunt de Galaad: Paulo superius laus dilectæ ipsdem decantata est modis, quos ideo nunc repetit, vel ut ostendat eandem debere eam habere habitus & animi decorem & pulchritudinem in verbi Dei prædicatione, pro auditorum eruditione, quam habuit in cōtemplationis solitudine pro sui met vtilitate; vel quod commendabilior est sancta Ecclesia siue vniuersalis siue particularis in suo gemino ordine ex quo constituitur, videlicet præpositorum & subiectorum, in quibus omnis eius pul-

chritudo, decus, & honestas consideratur, ex illorum quidem vita & doctrina, ex istorum verò obedientia & disciplinæ reuerentia.

Nam quemadmodum capilli de capite nascentes capiti adhærent, ita subiecti Prælati, qui eos verbo vitæ genuerunt fide & moribus adhærent; quasi *de Galaad ascendentes*, quia dum eis docentibus aceruum testimonij, hoc est Sacræ scripturæ ferunt, vitam suam ad cœlum benè conuersando sustollunt.

Per caput præpositi, per capillos subditi in Ecclesia intelliguntur.

VERSVS V.

Dentes tui sicut grex ouium quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.

Hic quarta pars attingitur. Quid verò per dentes nisi Doctores intelliguntur grossitudinem literæ in subtilitatem spiritualis sensus comminuentes; ita vitæ munditia & simplicitate candidi, tanquam lauacro sanctæ compunctionis loti, vnde & ipsi gemina sunt: *charitate fœcundi*, siue duplici testamento instructi, & sibi subiectos eadem charitate eodemque testamento reddit fœcundos, ita instruendo ut nullus inter eos, hoc est, præpositos vel subiectos virtutum sterilitate detorpeat.

Dentes in Ecclesia Doctores quare dicantur.

Particularis vero animæ capilli de principalitate mentis quasi de

Capilli & dentes animæ sunt

E e capi-

Prou. 63.
Auolare Dei,
quale sit.

cogitationū
subtilitates,
duras scri-
pturarum
propositio-
nes infrin-
gentes.

Capite nati, sunt cogitationum sub-
tilitates in acervum diuinarum sen-
tentiarum intendentes: Porro den-
tes eiusdem mentis tractantis & re-
tractantis vehementes cum studio
applicationes duras & fortes scri-
pturarum propositiones siue oppo-
sitiones infringentes, & plurima
earum inuolucra expedientes. In
quibus *nulla est sterilitas*, quia quan-
tò studiosius animum diutius ap-
plicant Scripturis, tantò vehemen-
tius ad amorem Dei & proximi cō-
punguntur, tantoq; plenius vtriuf-
que testamenti scientiam assequū-
tur, siue custodiētes præceptum su-
peraddunt consilium: Præceptum
quippe est aliena non rapere, con-
siliū sua tribuere.

Gemelli fœ-
tus sunt a-
mor Dei &
proximi,
scientia ve-
teris & noui
testamenti,
obseruatio
præceptorū
& consilio-
rum.

Isti nempe sunt *gemelli fœtus*, qui-
bus anima fœcundatur, amor vide-
licet Dei & proximi, scientia vete-
ris & noui testamenti, obseruatio
præcepti cum super additione con-
silij. Horum profecto intentione
& studio omnis interior sterilitas
propulsatur, vt merito in cogitatio-
ne, operatione, prædicatione, pul-
chra, suavis, & decora dilecta pronun-
tietur.

VERSUS VI.

*Sicut cortex mali punici sic gena tua,
absq; occultis tuis.*

Genæ Eccle-
siæ sunt spi-
ritualiter in
eā conuer-
santes.

*S*I vniuersaliter ad totam Eccle-
siam referamus, *gena* eius pos-

sunt dici, spiritualiter in eā conuer-
santes, qui dum verbis & factis
memorabilibus & imitandis ni-
tent, miraculis quoque stupendis
fulgent, quasi in facie Ecclesiæ ve-
nerabiles apparent: pulchritudo
namque genarum in rubore confi-
deratur earum. Sed si tanta est
decoris eius gloria in his quæ ap-
parent, quæ puras gloria eius erit
in his quæ nondum apparent, de
quibus scriptum est; quia *nec o-
culus vidit, nec auris audiuit, quæ
preparauit Deus diligentibus se?*

*Esā. 64.
1. Cor. 21.*

Genæ ergo Ecclesiæ, *cortici mali
punici* comparantur, sed occulta e-
ius quia ineffabilia, ideo & incom-
parabilia sunt.

At si specialiter ad sanctæ animæ
honestatem referamus, plerum-
que pulchritudo ipsius interior fig-
nis quibusdam exterioribus decla-
ratur: nam dum pudor virginalis
pudicitæ rubet in facie hoc foris
ostenditur, quod intus in animo
tenetur. Genæ ergo eius sunt *sicut
cortex mali punici absq; occultis eius*,
quia foris quidem ex verecundia
signum quoddam sanctitatis pro-
fert, sed quantum in occulto men-
tis eius ipsa sanctitas vigeat, illi so-
li patet, quem nihil latere po-
test. Atque hoc gena-
rum.

Genæ Spon-
sa cur malo
punico cō-
parentur,
occulta verò
eius nulli
rei.
Encomium
quintum
construit
partem.

VER-

VERSUS VII.

Sexaginta sunt Regina, & octoginta concubina, & adolescentularum non est numerus.

Sexta & septima pars presentis describitur versu. Nam cum in precedentibus pulchritudinem Ecclesie per partes in Prælati & subiectis, & spiritualiter conuersantibus, qui per *capillos, dentes, & genas* designati sunt, prædicasset, nunc à toto perfectum eius decorem in vnitæ fidei celebri laude prosequitur: nam cum sancta Ecclesia aliquo modo pro diuersitate meritorum diuerso videatur, tamen propter vnã eandemque fidem diuersa non inuenitur. Tres quippe qualitates conuersantium in ea considerari possunt, quia sunt in illa & perfecti, & minus perfecti, & imperfecti: perfecti quidem sunt illi, qui omnia sua reliquerunt, & Deo soli tota mente adhererunt, minus perfecti, qui non quidem omnia sua reliquerunt, sed de his quæ habere possunt, Deo in suis membris ministrare satagunt: imperfecti, qui fide quidẽ superioribus adhærent, sed quasi in tenera adhuc conuersatione, nondum perfectè bonum discretionis sunt assecuti.

Vnde hic non inconuenienter trium numerorum summa induci-

tur? videlicet senarij, octonarij atque denarij. Denarius quippe per senarium multiplicatus, in sexagenarium surgit, octonarius verò per denarium ductus, octogenarium efficit. Senarius autem perfectus arithmetica lege dicitur, quia cum omnibus suis partibus, quæ sunt tres, duo, & vnum, altera quippe pars eius sunt tres, tertia duo, sexta vnum insimul aggregatur, in priorem summam absque aliquo augmento vel detrimento reparatur. Porro octonarius diminutus nuncupatur, quia cum eius altera pars sint quatuor quarta duo, octaua vnum, eisdem partibus aggregatis septenarius conficitur, minor scilicet summa priori quantitate. Denarius verò qui Decalogam legis insinuat, quia ex septenario & trinario constat, septiformem Spiritus Sancti gratiam, & fidem sanctæ Trinitatis significat, quæ omnia videlicet decem præceptorum obseruatio, diuinorum donorum attributio, fidei sanctæ Trinitatis confessio, qui numerus perfecti, qui imperfecti demonstrant. Ipse enim Spiritus Sanctus in donorum suorum effectis ostendit qui Deum perfectè, qui minus diligant, qui adhuc neque timorem neque amorem Dei habeant.

Duo quippe sunt quæ nos omnino Deo subiectus efficiunt, timor videlicet & amor, cuius potentia quidem & sapientia maxime timo-

Senarius numerus quare dicitur perfectus:

Octonarius numerus quare diminutus nuncupetur.

Denarius numerus quid significet.

Potentia Dei timorem, benignitatem amorem nobis ingerit.

Ec 2 rem

In Ecclesia tres sunt qualitates conuersantium, perfectorum, minus perfectorum, & imperfectorum.

rem incutiunt, cum eum quem esse scimus, & cuncta quæ voluerit punire posse, & nihil latere cognoscimus: benignitas autem eius specialiter ad amorem pertinet, ut quæ benignissimum habemus, potissimum diligamus. Ex qua etiam certum est eum vlcisci impietatem velle, quia quo plus ei placet æquitas, magis displicet iniquitas, sicut scriptum est, *dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.*

Psal. 44.

Sexagenario numero perfectorum vita exprimitur.

Sexagenario ergo numero, qui per senarium, qui perfectus est, denario multiplicatum conficitur, perfectorum vita exprimitur, qui perfecte præcepta diuina non obseruarent, nisi primo timorem initialem, postea amorem filialem ipsum timorem excludentem haberent. Et talis animæ benè *Reginæ* nuncupantur, quia diuina cooperante gratia sciunt & possunt se per rationem & intellectum regere, quando discernunt vtilitatem, gloriam, & honorem in boni executione, porro damnum, miseriam, & horrorem in mali perpetracione, ideoque bonum fortiter affectant, malum fortiter declinant.

Octonario numero minus perfectorum vita denotatur.

Octogenario verò numero, qui denario per octonarium, qui diminutus dicitur, ducto completur, minus perfectorum vita denotatur, qui præcepta quidem diuina obseruant, sed non ita perfecte Deum ament, ut omnia terrena relinquere valeant. Istæ verò animæ

concupinarum nomine, designantur quia quamuis per bona opera Deo iungantur, nondum tamen ius illud legitimum adepti sunt de quodicitur, qui adhæret Deo, vnus cum eo Spiritus efficitur: hæc est enim plenaria spiritualis dotis conscriptio, ut qui funditus renuntiant sæculo, nunquam à diuino separentur consortio. *Adolescentulum* verò *numerus non desinitur*, quia infinitus est numerus imperfectorum, qui adhuc sub primitijs fidei constituti, maiorum eruditione indigent ad concipiendum timorem Dei, per quem quandoque ad ipsius proficiant amorem.

1. Cor. 6.

Quæ animæ concupinarum nomine designantur.

Adolescentularum indefinitus numerus ponitur, quia imperfectorum talis est.

In quibus nonnulli sunt, de quibus plerumque dubia est æstimatione, dum non omnes ad electorum sortem pertineant, iuxta vocem Dominicam quæ dicit, *multi sunt Matth. 20* *vocati, pauci verò electi.* 22.

VERSUS VIII.

Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filie, & beatissimam prædicauerunt: Regina & concubina laudauerunt eam.

CVM verò tam diuersæ sint qualitates meritum in Ecclesia, num ideo diuersa esse dicitur? minimè: sed sicut sequitur, *vna est colūba mea, perfecta mea; vna est matri suæ, electa genitrici suæ.* Vnde *vna* & *videli-*

licet propter vnā eandemque fidei & sacramentorum susceptionē, & propter vnus Dei cultum, similemque Religionis ritum; *vna est enim fides*, sicut dicit Apostolus, *vnū baptisma, vnus Deus & Pater omnium, qui super omnes & in omnibus nobis.*

Ephes. 4.

Ecclesia quare vocetur columba.

Vna est, inquit, *columba mea, perfecta mea*: nam aliter non est columba mea nisi pacis & misericordiæ signum ferens in ore, vnitatem spiritus seruet in corde, & virtutem misericordiæ exerceat in opere; *miseri- cordia enim & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt: misericordiam quippe & iudicium semper cantare debet*, in concessā sibi à me potestate ligandi atque soluendi. Neque aliter *perfecta mea* erit, nisi plenam habeat sciētiam discretionis, vt sci- at quis iustē & dignē ligandus sit siue soluendus. *Vna est autem columba, & vna perfecta mea*, quia extra illam nō datur remissio peccatorum, neque distributio donorum, ideoque excluduntur, qui vnā, sanctam Catholicam, & vniuersalem Ecclesiam non confitentur. In vna enim domo agnus comeditur, & eius carnes extra non efferuntur, quia nulla est Sacramentorum efficacia, nisi in vnā, Catholicā Ecclesiā.

Ecclesia cur perfecta dicatur.

Mater cui Ecclesia vna dicitur superna est Ierusalem.

Vna est Matri suae, id est Ierusalem supernae, quia quae hic in terris vna est in fide & sacramentorum dignitate, ibi in cœlis vna erit in aeternae vitæ beatitudine: vna enim est beatitudo sanctorum, quāuis non vno

modo eā fruatur, propter diuerforū meritorum qualitates. *Electa genitrici suae*, id est Ecclesiae antiquorum Patrum, videlicet Patriarcharum & Prophetarum, quorum imitata fidem hæreditauit promissionem: nam ipsa electa est, cui exhiberetur illa promissio propositi Dei, quae in primis diebus facta ad Patres in nouissimis diebus impleta est, eadem fide eam iustificante de præteritis & futuris, quae Patres antiquos iustificauit solummodo de futuris. Fides enim est tam de præteritis & futuris, quam de præteritis, licet abusiue & non propriè dicatur fides de præsentibus: cum enim Apostolus fidem definiens dicit, *fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium*, profecto liquet, quia fides illarum rerum est argumentum, quae apparere non possunt, quae enim sunt apparentia fidem non habent sed agnitionem.

Genitrix cui Ecclesia dicitur electa, antiquorum Patrum Ecclesia est.

Hebr. II.

Sed quia agimus de *Canticis Canticorum*, num aliquid ad ea attinet duorum numerorum supra positorem sexagenarij scilicet & octogenarij musicae speculatio? non sanè extra rem videtur esse, si vbi de canticis agitur, modos canendi interdum speculemur. Etenim cum tota animae corporisque nostri compago musicā coaptatione coniuncta sit, perspicuum est & exemplis probatum, ex autoritate diuinæ & humanae scripturae ad componendos

Ee 3

ponendos

Sicut Musica valet ad componendos commouendos, siue pacandos animos, ita & confideratio modi quo hoc Canticum Canticorum decurrat.

ponendos, vel ad commouendos, siue ad pacandos animos multum valuiffe vim musicæ harmoniæ. Nunquid & in hoc *cantico canticorum*, quod totum intendit ad amorem cœlestis sponsi animos accendere, non debet valere ad compositionem vel commotionem animæ, aliqua speculatio musicæ consonantiæ? Certe & in hoc loco non modicum suffragari poterit, imperfectioni *Concubinarum & Adolescentularum*, quatenus incitentur aliquo modo ad assequendam perfectionem, quam eas nondum constat habere.

Sed quia omnis concinna dispositio numerorum proportionibus assignatur, vidēdū q̄ cōsonantia in horū duorū numerorū, hoc est sexagenarij & octogenarij proportionalitate consistat. Est ergo octogenarij ad sexagenarium habitudo *επιτριτα* siue sesqui tertia, quia octogenarius totum in se habet sexagenarium, & eius tertiam partem, id est viginti, quæ proportio in musicā *διάρτεσσερον* consonat: dicitur autem *διάρτεσσερον* de quatuor, eo quod quatuor vocibus resonet, constans duobus tonis & semitono.

Huius Symphonix consideratio per proportionem numeri octogenarij & sexagenario quomodo

Si quæritur quid ad rem hoc in loco per istorum numerorum proportionem huius symphonix consideratio? respondemus satis competentem in huiusmodi consideratione esse rationem, quia tota vniuersalis Ecclesia per quatuor mun-

di partes diffusa, quæ vt dictum est, hoc loco etiam rem faciat. tribus qualitibus in eâ cōuersantium, hoc est perfectorum, minus perfectorum, imperfectorum distinguitur, per fidem & Sacramenta noui testamenti, quod quatuor Euangeliorum perfectione institutum est, omnem suæ salutis summam consequitur, vt sit quasi quidam suavis concentus *διάρτεσσερον* symphonix Euangelistarum consonantia quatuor libris velut quatuor constans vocibus quibus omnium Christianorum animus ad sacræ religionis commouetur & componitur cultus.

Viderunt eam filie Syon, & beatissimam predicauerunt, regina & concubine laudauerunt eam: Talem, inquit, Ecclesiam, vt dictum est, meritorem qualitate distantem, sed fidei & Sacramentorum vnitatem similem, *viderunt filie Syon*; hoc est animæ mentis speculatione non carnali visione intendentes & compensantes totius Ecclesiæ pulchritudinem & honestatem, in spiritualium dignitatum excellentiâ & virtutum gratiâ, ipsius quoque pulchritudinis necessariam vtilitatem, dum in eâ consistant & temporalium largior & salubrior concessio, & æternorum incomparabilis & nunquam terminabilis attributio: Proinde *eam beatissimam predicauerunt*, quia nihil beatius quam Deum semper habere, hic temporaliter eo in suis donis vtendo, ibi æternaliter fruendo.

Regina

Quæ per Re-
ginas signi-
ficantur Ec-
clesiam lau-
dantes.

Regina quoque & concubina lauda-
uerunt eam, quia sanctis animabus,
quæ sciunt ratione sensus tuos inte-
riores & exteriores regere, valde
placet ista sanctæ Ecclesiæ honestas
& honestatis utilitas, multumque
laudant, hoc est approbant opera-
tionum eius spiritualia insignia, &
rerum Sacramentalium pia suffra-
gia.

VERSUS IX.

Quæ est ista que progreditur quasi
aurora consurgens, pulchra vt luna, ele-
cta vt sol, terribilis vt castrorum acies or-
dinata?

Vnde & istæ filia Sio, siue ipsa di-
lectus, hanc eius pulchritudinē
prædicantes, non interrogatiuè
quasi ignorantes, sed affirmatiuè
quasi demirantes, quam benè qui-
dem agnoscunt, tali præconio, qua-
si octaua attollunt voce, & di-
cunt.

Quæ est ista, que progreditur quasi
aurora consurgens, pulchra vt luna, electa
vt sol, terribilis vt actiorum acies ordina-
ta? Non transeuntè sed diligentè
hic insipientibus in huiusmodi
laudis modulo offertur prælibatæ
symphonix, quam *diarctos* ep. v dixi-
mus, non contemnenda modula-
tio, quæ subinnuitur fidei, spei, cha-
ritatis, & Sacramentorum confir-
matio, & per quatuor partes mun-
di Euangelij prædicatio, quatuor

quoque virtutum principalium vti-
lis & necessaria affectio. Cure-
nim hic non attendatur quasi
quatuor vocum distinctio, re-
rum diuersarum quatuor com-
paratio, videlicet *aurora progressio, lu-
na pulchritudo, solis electio, acies ordina-
ta fortitudo*. Nam quid amplius est
in decore totius Ecclesiæ? Denique
si desint fides, spes, charitas, & Sa-
cramenta, si non recipitur Euange-
lij prædicatio, si non adsint quatu-
or virtutum fundamenta, de qui-
bus omnium aliarum virtutum sur-
gunt ædificia, quæ erit Ecclesiæ,
siue cuiusque sanctæ animæ pul-
chritudo?

Sed videndum quid insinuent
istæ similitudines rerum, qualiter
comperant ad supradicta, videlicet
fidem, spem, charitatem & Sacra-
menta. *Aurora* initium est diei, por-
rò fides initium est sanctitatis & re-
ligionis veluti cuiusdem diei, quia
nomine diei & luminis sanctitas ac-
cipitur, sicut & nomine noctis ac
tenebrarum peccatum. Ecclesia
ergò siue quælibet sancta anima
quasi *aurora* progreditur, quia diui-
na vocante gratia primò ad fidem
venit, & per eandem gratiam
quotidie eiusdem fidei incremen-
ta capit. *Luna* verò à sole semper
lumen accipit, atque in alia parte
hemispherij contra solem posita
plenum sui orbis lumen terris in-
fundit; sed cum deficere incipit,
ad solem reuertitur, vt iterum ab
eo reaccendatur, demumque sui
luminis;

Pulchritudo
Ecclesiæ
consistit in
quatuor.

Ecclesia
quare affi-
miletur au-
rora.

luminis plenitudine mundo suffragetur. Vnde autem sancta Ecclesia, siue sancta quælibet anima lumen scientiæ, lumen quoque sanctitatis & iustitiæ, & sanctæ spei accipit, nisi ab illo vero sole iustitiæ Domino Iesu Christo, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? Sed quia valde differt pulchritudo eius ab illius pulchritudine, à quo accipit vt pulchra sit, non absolute pulchra, sed per comparisonem pulchra dicitur vt luna: nam quemadmodum luna soli comparata, siue cum sole lucens non lucet; quicquid tamen luminis habet à sole habet, ita & sancti sancto sanctorum comparati sancti non sunt quicquid tamen sanctitatis habent, ab ipso habent. Quid autem est Ecclesia nisi sanctorum collectio? cumque à diuinâ cõtèplatione causâ fraternæ dilectionis, vel obiectu propriæ fragilitatis plerumque recedentes à lumine subtilis intelligentiæ paululum defecerunt, se ad se quandoque recolligentes, ad illum totâ mente recurrunt, de quo scriptum est, *accedite ad eum & illuminamini, vt illum quasi per quoddam mentis oppositum respicientes, suam qualemcunque plenitudinem recipiant ab eo, de qua dicitur, & de plenitudine eius omnes nos accepimus.*

Ioh. I.

Ecclesia cur dicatur pulchra vt luna.

Psal. 33.

Ioh. I.

nis plena, vt merito in eis, Ecclesia pulchra dicatur vt luna?

Sed cum fides sit quasi aurora progrediens, hoc est primum religionis & sanctitatis suæ lumen effundens, per fidem utique ad spem acceditur, quia quod credimus, quandoque nos adepturos speramus. Vnde Apostolus, *accessum, inquit, habemus per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriam in spe gloriæ filiorum Dei: ac si alijs verbis dicat; per fidem quæ est principium, & quasi quidam introitus totius boni operis, quemadmodum aurora diei accedimus & proficimus in gratiam pleni luminis, id est sanctitatis, iuxta modum quem ipsa nobis gratia concesserit, in cuius luminis gratia stamus, hoc est perseveramus, quia spem habemus per hanc associari futuræ gloriæ filiorum Dei: statimque subinfert, non autem solum, subauditur in hac spe gloriamur, sed & gloriamur, in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. Et vt ostenderet causam efficientem huius spei certitudinem, subdit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per sanctum qui datus est nobis. Hæc est enim anchora totius bonæ intentionis & operationis, quia vt idem dicit Apostolus *charitas nunquam excidet.**

Rom. 5.

Ibidem.

Ibidem.

1. Cor. 13.

Hoc

Ecclesia
quare di-
carur electa
vt sol.

Hoc est autem quod sequitur, *electa vt sol*, videlicet propter charitatem, quia sicut sol omnibus astris clarior est, ita charitas omnibus virtutibus excellentior est, quamuis secundum diuinitatem prorsus incomparabilis. Sancta vero Ecclesia in his qui perfecta charitate ardēt & operatione lucent *electa vt sol* dicitur, *quia cum stella ab stellâ dis-*

1. Cor. 15.

ferat in claritate, ea pars sanctorum soli comparatur, quæ cæteris sanctitate clarior inuenitur: Nempè in his qui ad huc vides & teneri sunt in fide & opere, *quasi aurora progreditur*, in illis verò qui processu conuersationis iam aliquantulum profecerunt, *pulchra vt luna* dicitur,

1. Ioh. 4.

porrò in illis qui perfecti sunt, & per charitatem *quæ perfecta foras mittit timorem*, in summorum spirituum, qui seraphin, id est, arden-tes nuncupantur, transeuntes, vero soli vicinuis coniunguntur, rectè *electa vt sol* memoratur, siue *electa vt sol*, id est, prædestinata in adoptionem, vt ipsa hoc sit per gratiam, quod ille verus sol est per naturam, *qui dedit potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.*

Ioh. 1.

Quid verò ad Sacramenta pertinet dicet aliquis quartum hoc membrum quasi quarta vox præscriptæ *διὰ τὸ σερῶν* symphonix, *terribilis vt castrorum acies ordinata*? Plane inquam factis pertinet & hoc ex ipsorum Sacramentorum effectis constat,

nam quid terribilius est hostibus animæ, hoc est malignis spiritibus, quam virtutes Sacramentorum, quibus eorum virtus debilitatur, omnisq; potestas & audacia fugatur?

Vbi enim quodcunq; sacramentum ita peragitur, vt res quoq; sacramenti adesse possit, hoc est in pace & vnitate Ecclesie, extra quam non est locus salutarium Sacramentorum, ibi profecto valde *terribilis* & importabilis est ipsis malis spiritibus eiusdem Sacramenti effectus, siue hoc sit in baptisate, siue in Dominico corpore, siue in ordinum distributione, siue in quarumcunq; rerum ordinatione, quæ Ecclesiasticis peraguntur institutis; hoc enim insinuare videtur cõparatio ista, quâ dicitur *terribilis vt castrorum acies ordinata*: quia sicut benè vnita acies, & ordinatim constipata nullam sui irruptionem patitur, ita Ecclesia vnitatis Sacramento colligata nulla malignorum spirituum incur- sione dissipatur. Hæretici verò qui se ab hac vnitate præciderunt, quia in hac acie non continentur, foris positi nullas ipsorum spirituum aduersitates repellere valent, quandoquidem Sacramenta Ecclesie quæ videntur habere, non habent in re, sed tantum in specie. Ipsa tamen Sacramenta rectè ab eis celebrata, si fideles accipiunt,

Ecclesia
quibus &
propter
quæ dica-
tur terribi-
lis vt ca-
strorum a-
cies ordi-
nata.

Sacramen-
ta ab Hære-
ticis col-
lata præter
sacramen-
tum etiam
rem Sacra-
menti fide-
libus tri-
buunt.

Ff & fa-

& Sacramentum & rem Sacramēti, hoc est virtutem interius operātem accipiunt: dum ipsi Hæretici Sacramentum quidem non autem rem Sacramenti sumere comprobentur, ideoque illorum collectio non est terribilis vt castrorum acies ordinata, quia quantum ad eos nō hoc operantur Sacramenta, quæ nullæ eis conferunt remedia.

VERSUS X.

Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruissent vineæ, & germinassent mala punica.

Postquam dilectus pulchritudinem dilectæ sanctæ videlicet Ecclesiæ, gratiosa profecutus est laude, cuius tamen eadem laus ex ipso est, qui sua gratia illam sibi exhibuit, non habentem maculam aut rugam, ostendit in sequentibus, propter incredulitatem Iudaici populi istam promeruisse donum & meritum fidei, sicut dicit Apostolus, *illorum delicto salus gentibus, & delictum eorum diuitia mundi, & diminutio illorum diuitia gentium.* Qui enim istam admiratiuo modo extulit, eodem modo illam deprimat, quia ista credente & verbum Dei suscipiente, illa neque credere neque ipsum verbum suscipere voluit: vnde scriptum est de ea in Euangelio, *Marc. 6. & mirabatur, haud dubium quin Iesus, super incredulitate illorum.* Di-

cit ergo, *descendi in hortum nucum,* quid fuit eius descendere nisi de diuinitatis suæ celsitudine in mundum istum nascendo venire, deinde omnia humanitatis infirma tollerare? nonne hæc omnia suo ordine completa quidam descensus fuerunt? vbi autem descensus isti celebrati sunt? nonne in Iudæa? Denique ipse Dominus dicit, *non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel,* hoc est enim quod hic dicit, *descendi in hortum nucum;* Hortus enim nucum non inconuenienter dici potest gens Iudæorum: sicut enim in nuce sub cortice & testâ nucleus tegitur, ita apud Iudæos spiritualis intelligentiæ dulcedo sub duritia literalis superficiæ absconditur. Illa ergo gens *hortus nucum* dicitur, quia quamuis propter legalium vtilitatem præceptorum & obseruationum, quæ suo tempore florebant, suisque obseruatoribus vsque ad tempus gratiæ proderant, *hortus* dicatur, omnia tamen futura Ecclesiæ Sacramenta in eo sub figura, quasi sub nucis cortice latebant. In hunc itaque hortum Dominus descendit, quia imprimis Iudaico populo suæ carnis præsentiam prædicando & miracula faciendo exhibuit.

Quare autem in hunc hortum descendit? vt viderem, inquit, *poma conuallium,* hoc est, vt cognoscerem, vtrum aliqua fructum fidei & iustitiæ fecissent, atque ratione ostendente intelligerent, quod ex ope-

Descensus dilecti in hortum nucum fuit natiuitas eius in Iudæa.

Matt. 15.

Iudæa cur hortus nucum dicatur.

Quid per poma conuallium accipiendū.

Videre vel
cognoscere
Dei quale
sit.

operibus legis iustificari non possint, sed ex fide quam proposui credentibus per gratiam noui testamenti. Dico autem ut cognoscerem, non quod hoc vel aliud quid in præscientia mea ab æterno non habuerim, qui vbique sum, & cui omnia præterita & futura semper præsentia sunt, sed humano more loquens, eorum opera mundo ostenderem vtrum sequenda essent an non. Cur verò dico *conuallium*? propter humilitatem literæ quam carnaliter exequuntur, siue propter vmbra legis qua circumdatur, ne veritatis suæ luce illustrentur.

Et inspicere si floruisent vineæ, hoc est si saltem aliquem saporem spiritalis intelligentiæ concepissent, ut aliquo initio boni operis fidei se applicuissent: vineæ enim dicuntur domus Israel, quæ per tribus duodecim distinctæ sunt; quæ cum vineæ dicantur, propter distinctionem tribuum, vna tamen dicuntur vinea, propter vnam legis obseruantiam; sicut cum multæ nunc dicantur Ecclesiæ propter diuersitatem locorum, vna tamen dicitur Ecclesia propter vnitatem fidei. Quod verò vniuersitas illius populi vinea Domini dicatur. Propheta testatur, vinea, inquit, Domini domus Israel est; de qua dicit & Psal. 79. *mitta, vineam de Aegypto transtulisti, sed cum expectarem ut hac vinea floreret & vnam faceret, fecit labruscas:* nam postquam gentes credi-

derunt, ipsi in incredulitate permanserunt.

Descendi etiam ut inspicerem si germinassent mala punica, hoc est, ut non tantum in me crederent, sed etiam pro me patiendi voluntatem haberent: at illi neque credere, neque aliquid propter me pati voluerunt, quin imò me eis prædicantem, & viam salutis ostendentem occiderunt.

Alio quoque modo per similitudinem *nucis* hanc particulam præsentis cantici exponere non videtur onerosum, quatenus Lector eligat, quod in his melius & rectius pensat. Hortum *nucum* vniuersitatem generis humani accipere non videtur absurdum: in nuce enim tria considerantur, cortex, testa, & nucleus: in humano autem genere constat homo carne, ossibus, & anima; carnis namque materies est quasi cortex, virtus verò ossis est quasi testa, porro animæ dulcedo est quasi nucleus: Et sicut nucleus cortice & testa tegitur, ita anima carne & ossibus vestitur. Vnde his tribus hominum constare Iob considerans dicit, *pelle & carne vestisti me, ossibus & nervis compegisti me.* Et ut tertium quod duo illa viuificat: & vegetat, hoc est animam ostenderet, subdit, *vitam & misericordiam tribuisti mihi.* In hortum ergo *nucum* Christus descendit, quando humanam naturam in hunc mundum veniendo suscepit.

Et quare? ut videret pomum *conuallium*,

Ff 2

hoc

Per germinationem malorum punicorum patiendi pro Christo voluntas accipitur.

Per hortum nucum quoque humani generis vniuersitas significari potest.

Iob 10.

Ibid.

Vineæ dicuntur domus Israel propter distinctionem tribuum, vna vinea propter vnam legis obseruantiam.

Esa. 5.

Psal. 79.

Esa. 5.

Quomodo hoc est, ut visitaret humiles fructum iustitiæ habentes, eosq; sibi intelligendum quod dicitur in hunc modum venisse se videre poma. Ps. 33. Conuaildum, & vtrum germinassent mala punica & floruisse vinea.

Matt. 28. *diebus vsque ad consummationem sæculi.*

VERSUS XI.

**Nesciui: anima mea conturbauit me, propter quadrigas Ammadab.*

Argumentum Iudæorum quo contendunt probare nouam legem non fuisse necessariam.

CAusam ignorantia ex cæcitate suæ præterdit populus Iudæorum, quod postquam lex data fuerat, quæ eos iustificaret & saluaret, & hanc Deus multis signis, & magnis sanctorum Patrum auctoritatibus confirmasset, impossibile foret hanc aliqua nouitate euacuari cum Deus sit incommutabilis, nec humano more aliquid in vno tempore dicat, præcipiat, & instituat, quod alio tempore prohibeat & destruat. Si enim, iniquiunt, hoc in futuro displicet

quod nunc placet, mutabilis est, quod absurdissimum est dicere, nec aliqua ratione potest constare, Deum mutabile esse. Si autem ipse incommutabilis est, verba quoq; eius atq; præcepta incommutabilia sunt: sed quia ipse est omnino incommutabilis, quicquid dixit vel constituit, fixum & incommutabile esse necesse est: nullam ergo legem secundam & nouam posuit, ut primam & antiquam destrueret.

Quibus respondetur, concedendum esse quid proposuerint, videlicet Deum incommutabilem esse, unde in noua lege nihil constituisse quod priori derogarit, quin potius eandem esse legem nouam & antiquam, sed illam in litera, hanc in spiritu; illam in figura, istam in veritate. Quod ita esse, olim in visione Ezechieli Prophetæ præmonstratum est, ubi *rota in medio rotæ* visa esse memoratur. Rota quippe in medio rotæ, est testamentum nouum inter testamentum vetus, quia quod vetus testamentum designauit, hoc nouum exhibuit: Nihil ergo Deus incommutabilis in hoc mutauit, qui alterum altero ita supposuit, ut vnum esset significans, aliud significatum.

Hoc ergo primo populus iste nesciret, quia significans legit, sed significatum non intellexit: postquam verò diuina visitatus gratia cœpit agnoscere & credere literam esse occidentem, spiritum verò viuifi-

Refellitur argumentum Iudæi populi, & ostenditur legem nouam non fuisse superfluum sed necessariam.

Ezech.

Ignorantia populi Iudæi qualis fuerit.

viuificantem, pœnitens erroris sui expauit dicēs: *nesciui anima mea turbauit me propter quadrigas Aminadab.* ac si diceret, ideo credere non potui, quia gratiā Euangelij minime adhuc intellexi; nam *turbauit me anima meā*, quia mirabar quidnā esset, quod quatuor libros Euangeliorum, nunc deberem recipere; qui prius quinque libros Moyſi receperam, quasi hæc mutatio in Deū caderet, vt ei hoc modo non placeret, quod prius placuerat, qui nouā conderet legem vetere translata. At postquam mirabilem Dei prouidentiam intellexi, qui me per carnalia ad spiritualia erudiebat, vt nō prius spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale, facilius & veracius comprehenderem, deposita omni dubietate veritatem quā prius impugnabam, postea defendebam, non tantum ipsam veritatē credendo & docendo, sed etiam pro ea moriendo.

Cur autem dico *quadrigam Aminadab*? nimirum propter quatuor libros Euangelij, in quibus prædicantur quatuor Sacramenta eiusdem *Aminadab*, qui interpretatur spontaneus populi mei. Quis est autem iste *Aminadab*, nisi Christus qui sponte posuit animam suam, vt me sibi faceret populum spontaneum Deo quē acceptabilem? quæ porro eius sunt quatuor Sacramenta nisi incarnatio, passio, resurrectio, & ascensio illius? *Quadriga ergo Aminadab huius*, liber est quatuor

Euangeliorum, continens & conferens quatuor prædictorum Sacramentorum cognitionem, aurgante Spiritu sancto, cuius inspiratione compositæ & ordinatæ sunt huiusmodi quadrigæ.

Auriga
quadrigæ
Aminadab
spiritus
sanctus est.

Cum quē eundem populum qui ex circumcissione crediderat, terrā ignorantia caligine ad se reuertentem benignus Pater susciperet, quasi consolatoria & exhortatoria voce ei occurrens, ad pœnitentiam prouocat dicens, *reuertere, reuertere Sunamitis, &c.*

VERSVS XII.

Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.

ECce, inquit, occurrit sibi vox quadrigæ meæ, quæ resonat causam & ordinem, atque necessariam vtilitatem Sacramentorum meorum, videlicet natiuitatis, passionis, resurrectionis, & ascensionis meæ, quam vocem quidem prius ignorans, neque audire neque recipere voluisti, sed nunc *ô Sunamitis*, id est, captiua, quæ adhuc captiua teneris, eo quod nondum per baptismi ablutionem, corporis quē & sanguinis mei participationem, originalis siue actualis peccati nexus deposuisti, *reuertere*, quia spem habes veniæ. Recessisti enim à me per incredulitatem, & per ingratitude oblitus beneficiorum, quæ erga te operatus fui, quando te de Ægyptiâ seruitute liberaui, quando te

Vox quadrigæ Evangelicæ quid resonet.

Per quadrigam Aminadab quatuor figurantur Euangelia.

Aminadab interpretatur spontaneus populi mei, & significat Christum.

cœlesti pane pavi, quando tibi legem meam dedi, & præ omnibus gentibus te mihi in populum peculiarem elegi. Sed nunc *reuertere*, ad me per vocem quadrigæ meæ, per quatuor Evangelia quasi per quatuor rotas ad te clamantis, & te ad pœnitentiam quater adhortantis *reuertere, reuertere, reuertere, reuertere*. Reuertere per fidem, reuerte-
re per operationem, reuertere per rectam intentionem, reuertere per dilectionem: primo namq; debes credere, deinde operari, *quia fides sine operibus otiosa est*; porro operatio tua debet ex bona intentione procedere ea, videlicet vt fides per dilectionem operetur; nam operatio tua si non est ex dilectione diuinâ vanæ gloriæ subiaceret, atq; ideo mercede caret, quia meritum sanctitatis non habet.

Reuertere autem vt intueamur te, hoc est, vt decorem animæ tuæ quem per fidem accepisti, approbemus, & alij te sequendam pro exemplo ponamus: hæc est enim tua laudabilis pulchritudo quæ placet oculis nostris, vt errore deposito veritatem sequaris, & quæ per errorem & umbram legis doformis & obscura videbatur, per reuersionem, per veritatem & lucem Evangelij formosa & clara conspiciatur. Quam diu enim sub umbra latebas, despicabilis eras, postquam verò ad veritatis lucem existi con-

spicabilis apparuisti, & tunc *concupuit rex decorem tuum*, ille videlicet rex cœlestis qui te sibi fecit sponsam per spiritus sancti gratiam, postquam ad eum reuersa es, fide, operatione, recta intentione, dilectione; Hæc quidem dicta sunt specialiter, quantum ad illum antiquum Dei populum, qui *Aminadab nostri quadrigam*, quanto minus primo intellexit, tanto amplius postquam intellexit venerata suscepit.

Vt autem ad moralitatem reuertantur, potest non inutiliter referri ad humani generis vniuersitatem huius quadrigæ significatio, ita vt de toto duas constituamus partes, quarum vni eam demus quadrigam, cuius auriga sit Deus; alteri vero eam, cuius auriga sit Diabolus. Homo namq; constans, ex quatuor elementis, & quatuor humoribus, quatuor quoq; ætatum incrementis, quasi quandam materialem videtur habere quadrigam ex parte corporis, porro ex parte animæ dum constat quatuor affectionibus, quatuor etiam virtutibus quibus ad bonum ducitur, ipsius animæ vis & profectus videtur spiritualement habere quadrigam.

Videamus ergò primo quantum læcunque animo occurrerint per quaternarium dispositas in homine secundum corpus complexionem, deinde secundum animam etiam quadriformiter designatas affectionum qualitates, vt ex his, sicut diximus

Cur quater dicatur reuertere.

Iacobi. 2.

Pf. 44.

Iuxta moralitatem homo aliâ habet quadrigam ex parte corporis, & aliam ex parte animæ; prioris auriga est Deus, posterioris Diabolus.

Matth. 6.

mus, duas constituamus quadriga materialem scilicet & affectualem, quæ utræque ad duos respicientes quadrigas Christum videlicet & Diabolum alteri eorum subijciantur, dum non possint duobus seruire Dominis; & aut per Dei gratiam spiritualis rectè ac feliciter currens dicatur quadriga Christi, aut per privationem eiusdem gratiæ carnalis peruersè ac infeliciter currens dicatur quadriga Diaboli.

Homo quatuor constat elementis.

Quatuor itaque ut diximus, sunt elementa, quibus constat homo, ignis, aer, aqua, terra; quæ quatuor intermiscentur qualitatibus, videlicet calore, frigiditate, humiditate, siccitate. Ignis quippe calidus est & siccus, aer calidus & humidus, aqua frigida & humida, terra frigida & sicca: ipse autem homo his quatuor constans elementis, elementorumque qualitatibus, dum habet calorem ex igne, spiritum ex aere, sanguinem ex aqua, carnem ex terra, in quatuor temporibus quatuor permutatur humoribus per quatuor ætatum incrementa.

Ver pueritiam præterendit.

Ver quippe qui est quasi primus flos & principium anni, tunc enim terra florere incipit & germinare, & est calidus & humidus, pueritiam præterendit quæ est calida & humida, quia in puero sanguis est calidus & humidus; Æstas vero quæ est calida & sicca adolescentiam ostendit, quæ

Æstas adolescentiam ostendit.

est calida & sicca, colera habens rubea, quæ abundant in adolescentibus sicca & calida. Porro autumnus qui est frigidus & siccus iuuentutem denuntiat, quæ est frigida & sicca, habens melancholica, id est colera nigra, quæ sunt in iuuenibus frigida & sicca. Hyems autem quæ est frigida & humida senectutem insinuat, quæ est frigida & humida habens flegma, quod in senibus abundat frigidum & humidum.

Autumnus iuuentutem denuntiat.

Hyems senectutem insinuat.

Huiusmodi nempe complexionones quando in homine benè & ordinatè vigent, hominem sanum ostendunt, quando verò inordinatè vagantur, hominem perturbant & infirmum efficiunt. Sed quia hæc quadriformis constitutio materialiter in corpore hominis est, ex qua trahitur ipse homo ad amorè carnis & mundi huius desideria, quæ contraxit ex traduce peccati originalis, nascuntur quoque ex hac materiali constitutione quatuor affectuales qualitates, quæ principaliter vim & naturam trahunt ex quatuor membris intrinsecis, videlicet felle, splene, iecore & corde. Denique homo habet ex felle ut sit irascibilis, ex splene ut sit risibilis, ex iecore ut sit concupiscibilis, ex corde ut sit rationalis: porro ex ipso corde siue mente seu animo procedunt quasi quedam quatuor conceptiones, quæ omnè præcedunt actionū videlicet cogitatio, intentio, volūtas, deliberatio.

Signa hominis sani & infirmi.

Ex felle homo habet quod sit irascibilis, ex splene risibilis, ex iecore concupiscibilis, ex corde rationalis.

Nam

Nam aliquid acturi prius cogitamus, deinde intendimus quare, & qualiter id faciamus, post in voluntate faciendum disponimus, postremò perficere deliberamus. At verò ipsa vis rationis quadrifariam diffunditur, quia habet ingenium, memoriam, intellectum, discretionem: habet quippe per ingenium ignota & abscondita quærendo & inuestigando inuenire, per memoriam inuenta retinere, per intellectum retenta prudenter, vtiliter, & honestè disponere, per discretionem benè disposita modestè locis sibi competentibus assignare.

Vis rationis quadrifariam diffunditur.

Anima rationalis quatuor habet sibi insitas affectiones.

Quatuor quoque affectiones habet sibi insitas ipsa anima rationalis, hoc est timorem, spem, gaudium, atque tristitiam, de quibus dicit Poeta.

...Hi metuunt, cupiunt, gaudentq;
dolentq;.

Et Philosophia cuidam suo alumno quem ab istarum passionum affectionibus releuare cupiebat, dicit

Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq; fugato,
Nec dolor adsit.

Quæ affectiones pl^o vel minus dominantur in his qui de Physica tractant.

Et hæc quidem affectiones ab eis qui de Physica tractant, dicuntur secundum complexionem materialium qualitatuum, qua supraposuiimus, in quibusdam magis, in quibusdam minus dominari, sed præest omnibus his animus ratione vigens, qui ea cum

se inordinatè ingerunt, componat, & ad aliquem modum honestatis vel vtilitatis spiritu regente diuino deflectat. Ad huiusmodi verò studium vel disciplinam, necessario adhibendæ, & à Deo flagitandæ sunt quatuor virtutes principales, hoc est, prudentia, fortitudo, iustitia, temperantia, quæ quia in omni spiritualis ædificij structura, quasi quidam angulares ponuntur lapides quibus ceteræ virtutes includuntur & retinentur, maiora in eis diuinæ gratiæ dona considerantur.

Quatuor virtutes Cardinales Physicis necessariæ.

Quia ergo duas constituimus quadrigas, materialem scilicet & affectualem, ponamus quoque quasi duos vtrique præsidentes Spiritum & carnem, aurigantes verò Deum & diabolum: nam illa affectualis tantum plus vel minus mouetur ad rationem & honestatem, quantum plus minusve impellitur ab illa materiali per carnis curam ad temporalis vitæ amorem; & quantum vtrique præsidens superior fuerit vel inferior, spiritus scilicet & caro, quæ duo semper sibi inuicem aduersantur, quia caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autè aduersus carnem. Etenim idcirco vtrique præsidere dicimus spiritum & carnem, quia sunt in eis quædam partes, quæ de carne tendunt ad spiritum, vel de spiritu labuntur ad carnem.

Materialis quadrigæ præsidens est caro, affectualis Spiritus.

Gal. 5.

Namque in illa materiali quadriga plerumque aliqui qui naturali

Quomodo
caro concupiscat
aduersus
spiritum,
& spiritus
aduersus
carnem.

rali carnis calore & humore incitantur, tanta per Dei gratiam spiritus fortitudine decertant, vt omnem illum naturalem carnis impetum, per ignem diuini amoris & impetu spiritus frangunt, & funditus quandoq; excoquant, atq; ita ad Deum incalescant, vt ad sæculum omnino frigidi remaneant. Econtrà aliqui frigidæ naturæ sicut ad omnem actionem extrinsecus tepidi sunt, ita quoq; intrinsecus in Dei amore frigent, ideoq; ad nullum opus bonum laborando student. In illa quoq; affectuali quadriga sunt qui irascuntur pro temporali incommodo, sunt & qui irascuntur pro iustitia; sunt quoq; qui concupiscunt bona, sunt qui concupiscunt mala; sunt qui rident & gaudent propter huius vitæ miseram prosperitatem, sunt etiam qui rident & gaudent in aduersitatibus propter spem & securitatem futuræ beatitudinis; sunt etiam qui bono rationis benè vtuntur, & rectè sapiunt & agunt, sunt qui malè vtuntur & peruersè sapiunt & agunt. Sūt nihilominus aliqui qui ingenio naturali ad bonum vtuntur, sunt qui ad malū; sunt qui bonū rectè, sunt qui malè intelligūt; sunt qui rectè offerunt, sed nō rectè diuidunt, hoc est discernunt, & sunt qui & rectè offerunt, & rectè diuidunt, hoc est discernunt; sicut è contra quidam neque rectè offerunt, neq; rectè diuidunt, hoc est discernunt.

Vnde ambabus quadrigis

istis quatuor cohærent species quæ vtrasq; in plenos proprii studij deducunt motus videlicet suggestio, delectatio, consensus, consuetudo. Deducitur quippe animus cuiusq; siue ad bonum siue ad malum, istis quatuor modis, ad bonum quidem suggestione spiritus sancti, sicut de eo dicitur, *ipse enim suggeret vobis omnia quæcumq;* *Ioh. 14.* *dixero vobis: delectatione animæ consensu spiritus, & consuetudine boni ipsius: ad malum verò suggestione Diaboli, delectatione carnis, consensu spiritus, consuetudine mali ipsius.*

In medio ergò istarum quadrigarum, quæ ex materia carnis & affectu mentis formantur, quatuor virtutes principales, quas supra posuimus, scilicet prudentia, fortitudo, iustitia, temperantia, constituentur necesse est, vt ex earum quadam quasi circumpositione tota concretio introitus positi corporis regatur, & ad aliquem modum rationabilis formæ componatur. Nam sicut quidam dicit, *virtus est medium vitiorum & vtrinq; reductum,* hoc est ab vtraq; parte remotum: verbi gratia hebetem esse, vel malè callidum vitiosum est, sed horum in medio vitiorum, scilicet hebetudinis & malè calliditatis prudentiæ virtus constituitur, cuius modamine ista inæqualitas corrigatur: Fortitudo quoque inter timiditatem & audaciam ponitur, vt hoc sit verè fortem esse,

Quadriga
Dei & Diaboli
quatuor
mouetur
speciebus.

Ioh. 14.

Definitio
virtutis
quæ sit.

Gg

qui

qui ne timidus in bono, nec audax in malo inuenitur. Similiter & in cæteris videri potest virtutibus, ex quarum consideratione iuxta se positarum intelligitur qualitas vitiorum.

Quid quadrigam diaboli, & Dei constituat,

Ex tota ergo materia huiusmodi carnali scilicet & spirituali quadrigam distincta, vnum quoddam fit materiatum, quod in se quasi geminam præfert quadrigam carnis & spiritus, cui præsit aurigans vel Deus vel Diabolus; sed Deus regens, saluans & viuificans; Diabolus subuertens, damnans, & occidens. Nomen quidem æquiuocum est, quod cum vtrobiq̃ue *quadriga* appelletur, definitione tamen diuersum est: nã per suggestionem Diaboli & delectationem carnis, consensum quoque spiritus, & consuetudinem mali operis à Deo deficere, est quadrigam Diaboli esse; & è cõuerso, per suggestionem verò Dei, & delectationem animæ, consensum quoque spiritus, & consuetudinem boni operis ad Deum proficere, est quadrigam Dei esse: Et è cõuerso, quadriga quoque Dei est mens, quatuor virtutibus quas supra posuimus, hoc est prudentia, iustitia, temperantia, fortitudine quadrata; cui opponitur quadriga Diaboli, mens scilicet quatuor vitijs ipsis virtutibus contrarijs, hoc est stultitia, iniquitate, luxuria, formidine eneruata.

Clamat ergo Ecclesia, siue ip-

se sponsus per Ecclesiam Sunamiti, *reuertere, reuertere, reuertere, reuertere*, vt quæ quatuor his modis deliquerat, quatuor quoque pœnitentiæ fructus ad Deum reuertendo, & hæc in se per Dei gratiam & virtutem animi mortificando offerat. *Reuertere*, inquit, per pœnitentiam & satisfactionem præteritorum malorum, *reuertere* per contemptum sæculi, *reuertere* per mortificationem carnis, *reuertere* per virtutum constantiam. *Reuertere autem vt intuemur te*, hoc est, vt postquam pœnitentiam egeris misereamur tui. Videre enim Dei est misereri: vnde Psalmista ad Deum, *respice*, inquit, *in me, & miserere mei*; & contra auersio vultus eius, ira est illius, sicut idem psalmista dicit, *auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus*.

Quot modis quis delinquit, totidem se debet ad Deum cõuertere.

Videre Dei est misereri
Psa. 85.

Psa. 29.

Quod autem pluraliter dicit *vt intueamur te*, modus ille locutionis est in Deo, quo alibi dicit, *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, qui modus inducitur propter pluralitatem personarum in sancta Trinitate.

Gen. 1.

CAPVT SEPTIMVM.

- I. **Q**uid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis: iunctura foeminum tuorum

- tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.
2. Umbilicus tuus sicut crater tornatilis nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liijs.
 3. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capree camelli.
 4. Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscina in Efebon, quæ sunt in portâ filia multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.
 5. Caput tuum sicut carmelus: & coma capitis tui sicut purpura Regis iuncta canalibus.
 6. Quam pulchra es & quam decora charissima in delicijs.
 7. Statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.
 8. Dixi, ascendam in palmam & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & vox oris tui sicut odor malorum.
 9. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsq; & dentibus illius ad ruminandum.
 10. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.
 11. Veni dilecte mi, egrediamur in agrû, commoremur in villis.
 12. Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.
 13. Mandragora dederunt odorem in portis nostris. Omnia pomæ noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

VERSUS I. CAP. SEPTIMI.

Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calceametis, filia principis: iunctura feminum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis.

Quam diu Iuda erroris sui vinculo, siue qualibet anima peccati iugo tenebatur captiua, nulla in ea iocunditas, sed miseria videri poterat, quia & illa inter pugna literæ & spiritus, & ista inter pugnam carnis & spiritus meliore parte semper inferior erat: nam illa solam literam sequebatur, ista carnem. At vbi per pœnitentiam illa sensum spirituale agnouit & recepit, ista carnis amore calcato secundum spiritum viuere cepit, benignus Pater vtrûq; misericorditer suscipiens ostendit suum eis adiutorium impensurum, vt veram iam & plenam libertatem adeptam, & quasi victoriam de parte sibi aduersa consecuta, deuotas ei laudes carne & spiritu lætabunda persoluat. Hoc. n. ipse per Prophetam promittit dicens, reuertimini ad me, Malac. 3. & ego reuertar ad vos. Vnde & eorum conuersioni congaudens dicit Ecclesiæ, quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? In choris quippe concorditer resonantia melodiarum alternatio ostenditur, in castris vero bellatorum societas pro tuitione colligitur. Quid ergo sunt chori castrorum, nisi laudes bellatorum? Et est sensus, quia Sunamitis ista de captiuitate, sub qua

per culpam detinebatur, ad me conuersa est, tantam ei libertatis & securitatis gratiam conferam, vt nihil aliud in ea, ô dilecta videre & mirari debeat, quam pro deuietis ac depressis vitiorum motibus, & concessis virtutum profectibus lætas gratiarum actiones & quotidiana laudum præconia.

Iam quasi in vnum coniunctis duobus parietibus, ex aduerso venientibus Iudaico, videlicet atque gentili populo, quibus ostendit totam vniuersalem constare Ecclesiam, dirigitur rursus in laudem ipsius, vt prædicet in vno corpore tam diuersas suæ dignationis gratias insigniter constitutas, & ob hoc iuste & dignè sibi gratiarum actiones persoluendas. Dicit ergò *quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis.*

Per gressus actionum cursus, per calceamenta præcedentium Patrum exempla notantur.

Quid per gressus nisi actionum cursus exprimitur? quid per calceamenta, quæ ex mortuorum animalium pellibus fiunt, nisi præcedentium Patrum, & ex hac vita subtractorum exempla signantur? sicut enim calceamentis pedes tuentur, ita sanctorum Patrum exemplis mores eos sequentium defenduntur.

Quæ verò filia Principis, nisi aut Ecclesia, aut sancta quælibet anima illi per adoptionis gratiam dedita, qui est princeps Regum terræ? Pulchros ergò gressus habet Ecclesia, siue sancta quælibet anima in calcea-

Per filiam Principis Ecclesia intelligitur.

mentis, quia pulchros & reuerendos habet actus ex sanctorum Patrum gestis & documentis. Quare non inconuenientem subiungit: *Iunctura feminum tuarum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.*

Per iuncturam feminum concordia duorum testamentorum accipitur, quia tam æqualiter iunguntur vetus & nouum testamentum, vt quod vnum annuntiat in figura, hoc aliud repræsentet in veritate. Sed quid est quod hæc testimonia comparantur? Monile enim componitur ex auro & argento prætiosisq; lapidibus, & in petore matronarum ponitur, vt sit eis & pro munimento & pro ornamento. Vtrumq; autem testamentum constructum est ex diuini sensus fulgore & eloquij nitore quasi ex auro, & argento, diuersarum quoq; virtutum prædicamentis, quasi quibusdam prætiosis gemis: Et sicut Matronarum pectus monile munit & ornat, ita vtrumq; testamentum sanctæ Ecclesiæ, siue cuiusque sanctæ animæ pectus spiritualiter munit & ornat, munit quidem à vitiorum hostilitate, ornat verò virtutum pulchra varietate.

Per iuncturam feminum concordiam duorum testamentorum accipitur.

Iunctura ergò feminum eius sicut monilia, quia concordia duorum testamentorum quibus quotidie sancta Ecclesia, vel quæuis sancta anima instruitur, magnum ei conferunt tutamentum & ornamentum; tutamentum quidem

Vtrumq; testamentum quare monilibus comparatur.

quidem contra peruerfitates Hæreticorum, ornamentum autem propter decorem & pulchritudinē sensuum & eloquiorum, siue quæ in ea celebrantur virtutem Sacramentorum, & honestatem ordinū Ecclesiasticorum.

Artifex
momilium
id est testa-
mentorum
Deus est.

Quis verò est iste artifex, cuius manu ista monialia, hoc est, testamenta, fabricata sunt, nisi omnipotēs Deus, cuius volūtate, potestate, operatione hæc honestè composita, vtiliter exposita, feliciter sunt suscepta? Quare dignitas horum testamentorum valde est commendabilis, quando tali sunt auctore constituta, cuius artificium non est humanum, sed diuinum, non inuentum, sed voluntarium & potestatiuum, omnia enim quæcumq; voluit fecit, semperque eius velle, fuit etiã eius fecisse.

Psal. 13.

Omnem ergò decorem & pulchritudinem interioris hominis sui sancta Ecclesia siue quælibet sancta anima ex istorum testamentorum cōsideratione colligit, quia ibi quasi in speculo videt quid deformitatis, quid minus formositatis habeat, ibi etiam intelligit quid credendum, quid sperandum, quid amandum necessaria sibi vtilitas proponat. Vnde meritò *iunctura fæminum eius*, à sponso laudatur, quia concordia duorum testamentorū, siue duorum populorum, siue geminæ charitatis maximam & totã benè viuendi constituunt regulam, & certissimam pro conseruata re-

gula reponūt remunerationis gloriam. Et benè *iuncturam* non femorum, sed *fæminum* dixit, quia ex his concipitur, nascitur & proficit omnis sanctæ Ecclesiæ, vel cuiuslibet fidelis animæ honestas & vtilitas.

Cur fæminum non femorum dicatur.

VERSVS II.

Vmbilicus tuus sicut crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs.

VMbelicus ventris meditullii est; quid ergo est *vmbelicus Ecclesiæ*, nisi sancti Prædicatores & Doctores, qui in medio populi versantur, eundem populum sibi colligentes doctrinã & operatione? sicut enim *vmbelico* omnia adhærēt viscera, ita populus suis adhæret Prædicatoribus, ad eorum verba & exempla semper quasi ad quoddam meditullium circa se positum respiciens, vt in eorum moribus & sermonibus firmamentū sibi quoddam benè viuendi constituat.

vmbelicus
Ecclesiæ
sancti sunt
Prædicato-
res.

Sed iste *vmbelicus sicut crater tornatilis* dicitur, quia vt superflua & inæqualia morum refecent, sancti Doctores semper ad idem versantur, quando pro hoc adipiscendo, quod semper est immutabile, & idē in sui qualitate perseuerat, currunt, laborant, & alios secum trahere festinant. *Qui crater nunquam indigere poculis dicitur*, quia ijdem Prædicatores semper abundant diuinorum

Doctores
in Ecclesia
quare cō-
parentur
crateri tor-
natili qui
nunquam
indiget
poculis.

sententijs eloquiorum, quibus & ipsi per gratiam sancti spiritus debriantur, & sitibunda populorum pectora sufficienter reficere student.

Alio quoque modo, si ad cuiusque fidelis animam intendimus spiritualiter umbelicus mentis sancta dici charitas potest, quæ veluti in centro quodam posita, omnes quasi per circumferentiam virtutes tangit, quia dum nulla virtus sine charitate esse potest, omnes profectò virtutes ad eam respicientes quasi charitatis appendices esse videntur.

Charitas
umbelicus
mentis di-
citur.

Charitas
quare dica-
tur crater
tornatilis.

I. Tim. 1.

I. Ioh. 4.

Esa. 10.

Rom. 9.

Charitas
quomodo
nunquam
dicatur in-
digere po-
culis.

Pf. 22.

Sed quomodo hæc dicitur *crater tornatilis*? Apostolus dicit, quia *finis præcepti charitas ad iustitiam omnium credentium*: ergò omnis perfectio in charitate consistit, quia est *tornatilis*, nihil in se superfluitatis & obstantis vitij retinens, atque ideo perfecta & plana, *perfecta quippe charitas foras mittit timorem, quia timor non est in charitate*. Ista etenim perfectio finis est præcepti, id est consummatio, ut dicit Propheta, *verbum consummatum quod fecit Dominus super terram*.

Quomodo autem *nunquam indigens populis*? musto pleni dicebantur Apostoli quando spiritu sancto, hoc est igne diuinæ charitatis ardebant: ebrij enim erant populo illo calicis spiritualis, de quo dicit Psalmista, *& calix meus inebrians quam præclarus est*? Qui

ergò diuina charitate replentur, quomodo non semper illo in deficienti spiritus sancti madent & calent poculo? E contra terra siti arere dicitur, quæ diuinæ charitatis infusione non respergitur: vnde Dominus hæc siti arentibus clamat, dicens, *qui sitit, veniat ad me & bibat, & de ventre eius fluent aqua viue*. Igitur crater iste tornatilis nunquam indiget poculo, quia perfecta charitas nunquam eget rore cælesti, & illius summi boni desiderio. Quia verò sunt in Ecclesia Prælati & subiecti, fortes & infirmi, prudentes, & simplices, postquam in Prælatorum virtutibus Christus Ecclesiam suam laudauit, subdit quoque laudabile testimonium & obedientia & disciplina subiectorum, *venter tuus*, inquit, *sicut aceruus tritici*. Quia enim venter pars est corporis fragilis & mollis, *per ventrem fragilitas subiectorum*, qui nondum perfectionem Magistrorum consequi possunt, designatur; sed quia & ipsi quoque ad Ecclesiam pertinent, & de sorte sunt electorum, quos ille summus Pater familias *triticum suum* appellat, & in horreum suum congregari iubet, non incongruè *aceruus tritici* comparantur. Aceruus autem inferius dilatatur, superius acuitur, tota verò congeries est granorum, quasi inuicem se complectentium & portantium collatio.

Per ventrem
fragilitas
subiectorum
in Ecclesia
designatur.

Matt. 13.

Quid

Per aceruum tritici multitudo fidelium Prælati obedientium exprimitur.

Quid ergo per aceruum tritici, nisi multitudo fidelium Prælati obedientium exprimitur, qui quamuis per infirmitatem carnis & curas rerum sæcularium, circa latam & spatiofam viam aliquantulum deprimantur, tamen per obedientiam & humilitatem, fraternam quoque charitatem fide & spe ad supernæ eriguntur: nam inuicem se complectentes & adiuuantes, atque infirmitates morum & corporum tolerantes, implent illud Apostoli, *alter alicuius oneraportate, & sic adimplebitis legem Christi.*

Gal. 6.

Cur aceruus iste tritici dicatur vallatus lilijs.

Sed iste aceruus tritici, vallatus lilijs dicitur, quia per rectæ fidei odorem & peccatorum confessionem multum proficit ad æternæ vitæ candorem; in lilio enim est & odor, & candor, & medicina: odor enim est in fide & operatione, medicina in peccatorum confessione, candor in vitæ æternæ retributione.

VERSVS III.

Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli caprea.

Per duo vbera duo charitatis præcepta accipiuntur.

PER duo vbera non absurdè accipi possunt duo charitatis præcepta, per quæ anima cuiusque fidelis, per teneritudinem intimi lactis nutritur, & in spiritualis exercitij robur perducitur, ut possit cum Apostolo dicere, *omnia pos-*

sum in eo qui me confortat: nam fortis Philip. 4. est vt mors dilectio, & à charitate Christi nulla sanctos separat tribulatio. Per Rom. 8. hanc enim eunt de virtute in virtutem: Ps. 83. vnde & recte ipse charitatis præcepta duobus gemellis hinnulis caprea, quæ naturaliter semper alta petit comparantur.

Sed quare gemellis? nimirum propter ipsius geminæ charitatis, Dei videlicet & proximi concordiam & vnitatem, quia ita insimul in mente sanctorum concipiuntur, & crescunt; vt neutra possit esse prior altera, sed cum diligit Deum, diligit & proximum, & cum diligit proximum, diligit Deum. Vtrumq; enim alterius & probatium, quia sicut dicit Iohannes, *qui dicit se diligere Deum, & non diligit fratrem suum, mēdax est: atq; ideo ista duo charitatis præcepta quasi duo gemelli sunt caprea, quia & vno geratur loco & tempore, & semper ad altiora quotidiano virtutum proficiunt incremento.*

Charitas duobus gemellis hinnulis caprea quare comparatur.

Ioh. 4.

Siue duo vbera duo sunt testamenta, quibus sancta Ecclesia quotidie ad pietatis enutritur opera: quæ etiã sunt quasi duo hinnuli gemelli caprea, quia ita vnum sunt significans & significatum, vt quamuis non vno fuerint tempore in exhibitione, vno tamen sint tempore in significatione, & tanta est ipsorum testamentorum maiestas, vt de eis disputantibus, semper maior & altior occurrat subtilitas.

Item duo vbera duo sunt testamenta, & quare duobus hinnulis gemellis caprea illa assimilantur.

VER-

VERSUS IV.

Collum tuum sicut turris eburnea:
Oculi tui sicut piscina in Hesebon, quæ
sunt in porta filie multitudinis. Nasus
tuus sicut turris Libani, quæ respicit con-
tra Damascum.

Per Collū
sācti Prædi-
catores in
Ecclesia
significan-
tur.

Quia per Colli fistulam vox e-
greditur, & cibus ventri mini-
stratur, rectè per Collum sancti Præ-
dicatores designantur, qui per præ-
dicationis officium conseruis mi-
nistrant cibaria doctrinarum. Sed
considerandum quare dicatur tur-
ris, & quare eburnea: turris, inde pri-
mò, quia prædicatione Sanctorum
alta est propter sensus sublimitatè;
deinde quia ex alta mentis specula-
tione veluti ex quadam turri aduè-
tus hostis prospicitur, vt eorum in-
sidiæ præcaueantur, & hæc mentis
speculatio ex Sanctorum sumitur
doctrina Prædicatorum. Eburnea
propter candorem interius reful-
gentis sapientiæ; castam verò pro-
nuntiationem exterius resonantis
eloquentiæ, sicut in psalmo cani-
tur, quia eloquia Domini casta, & præ-
ceptum Domini lucidum illuminans o-
culos.

Psal. II.
Psal. 18.

Sancti Præ-
dicatores
quare turri
eburneæ
comparen-
tur.

Collum ergo sanctæ Ecclesiæ siue
sanctæ cuiusque anime, est sicut tur-
ris eburnea, quia illius prædicatione al-
ta, & firma, & pulchra est, & dum
mentem ad Deum erigit, ab hostiū
insidijs defendit, atque nulla hære-
ticæ prauitatis macula corrumpi
permittit; Econtra synagoga per

Prophetam dicitur, turris nebulosa, quia obscura & inuoluta est carna-
lis Iudæorum scientia, quæ quidem
turris est, propter sublimium Sacra-
mentorū quæ in ea teguntur cō-
tinentiam, sed nebulosa propter car-
nalem solius intelligentiam literæ.
Oculi tui sicut piscina in Efebon, quæ sunt
in porta filie multitudinis.

Synagoga
turris ne-
bulosa di-
citur.
Mich. 4.

Oculi sanctæ Ecclesiæ, siue po-
tius cuiusque fidelis animæ non in-
conuenienter accipi possunt, duæ
in mente quasi in capite considera-
tiones dextra læuæque intendentes,
videlicet ad paruitatem & miseriam
temporalis vitæ, ad æternitatem &
felicitatem perpetuæ & incommu-
tabilis vitæ.

Oculi san-
ctæ Eccle-
siæ, siue fi-
delis ani-
mæ sunt
considera-
tio miseriam
temporalis,
& felici-
tatis per-
petuæ.

Quæ rectè dicuntur quasi piscina
in Efebon, quod interpretatur cin-
gulum mœroris, quia profectò ex
mœrore & tristitia peccatorum, si-
ue ex desiderio æternorum bonorū
profluunt per compunctionem
veluti piscine fontes lachrymarum.
Istæ siquidem piscine profluunt ex
duplici compunctione, quæ nascū-
tur est istorum duorum oculorum
consideratione, quia dum mens fu-
tura supplicia pensat, & suorum re-
miniscitur malorum, ad pœnitentiam
compungitur, quasi ex altera
piscina irrigantur.

Sed istæ piscine sunt in Efebon, quia
ex hac geminâ compunctione, ex
vna parte pœnitentiæ, ex altera di-
lutionis cingitur mœrore, vt & ad
priora vitia ex futurorum malorū
recordatione non defluunt, & ad
virtu-

Conside-
ratio mis-
eria tem-
poralis
quare pi-
scinis in E-
febon cō-
paretur.

virtutum studia ex futurorum bonorum desiderio se fortiter stringat, iuxta Dominicum præceptum adimplens *sint lumbi vestri præcincti.*

Luc. 12.

Quid intelligatur per portam filiae multitudinis, in qua dicitur esse piscina in Efebon.

Psal. 126.

Piscina autem ista dicuntur esse in porta filiae multitudinis. Sed quæ est ista porta? nimirum exitus vitæ huius, & introitus vitæ futuræ, vnde dicitur in Psalmo viro beato, *non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta:* nulla quippe confusio erit viro sancto in exitu huius vitæ, cum ei pars aduersa obstare & nocere voluerit, quia illi in vita sua seruiuit, in quo nihil suum princeps mundi huius inuenit.

Actor, 4.

Quæ est autem *filia multitudinis*, cuius ista porta dicitur esse, nisi sancta cuiusque fidelis anima, illius videlicet multitudinis filia, cuius erat *cor vnum & anima vna?* Quæ tunc quidem in terris rudis erat & primitiua Ecclesia, sed illius præfigurabat vnitatem, quæ nunc in cælis verò & perfecta concordia, cum Christo regnat per ineffabilem & immutabilem charitatem.

Huius nimirum *multitudinis filia* piscinas illas geminæ compunctionis in sua habet porta, quia per pœnitentiam præteritorum malorum, & desiderium futurorum bonorum confidenter & feliciter de hac vita exiens intrat regna cælorum. Pulchrè ergò *oculi Ecclesiæ* siue sanctæ animæ dicuntur esse *veluti piscina in Efebon, quæ sunt in porta filiae*

multitudinis, quia dum ex peccatorum recordatione vel ex æternæ vitæ amore, per geminam compunctionem madent lachrymarum fonte, introitum sibi regni cælestis aperiunt in exitu vitæ.

Aliter *oculi Ecclesiæ* possunt non inconuenienter dici prouiso- res & Doctores eiusdem, quibus ista similitudo quoque aptari potest, vt *sicut piscina in Efebon* dicitur: qui sicut *Efebon* ciuitatem cingunt & muniunt *piscina*, ita isti cingunt & muniunt Ecclesiam cingulo mœroris, quod *Efebon* interpretatur, dum sua Doctrina & prædicatione quasi quodam salutari fonte prouocant ad compunctionem, ad confessionem, ad satisfactionem dicentes illud Euangelicum, *pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.* Pœnitentia quippe rectè dici potest cingulum mœroris, quia sic vndique cingi & muni debet vita pœnitentis, vt & commissa lugeat, & lugenda vltèrius non admittat: Ea namque vera pœnitentia est, qua sic retro-acta peccata conspiciuntur, vt futura timeantur, habeatque mœrorem ex præteritis, timorem ex futuris. Sed quia timor iste pœnitentiam habet, dum ea recordatione præteritorum & timore futurorum mœrorum animi contrahit, rectè pœnitens cingulo mœroris vitam constringit.

Sed piscina ista in Efebon sunt in Porta

Hh

ta si-

Item oculi Ecclesiæ sunt prouiso- res & Doctores eiusdem.

Matth. 3.

Vera pœnitentia qualis esse debeat.

Doctores
Ecclesie cur
comparen-
tur piscinis
in Efebon
quæ sunt in
porta filie
multitudi-
nis.

Pfal. 138.

Ibid.

ta filie multitudinis : quæ autem est filia multitudinis, vel quæ est ista multitudo? nonne sanctam Ecclesiam genuerunt Apostoli, & eorum successores Apostolici viri? quorum dignitatem intuens Psalmista, *nimis*, inquit, *honorati sunt amici tui Deus, nimis consortatus est principatus eorum*; quos non paucos, sed multos fuisse considerans, dinumerabo, inquit, eos, & super arenam multiplicabuntur. Huius ergo multitudinis filia est sancta Ecclesia, quam, ut diximus, sua genuerunt doctrina, quæ habet portam, discretionis videlicet ianuam, per quam discernit quos vel quales in suo corpore recipiat, vel à suo corpore repellat. Nam cum semper tritico mixta sint zizania, bonos quidem sibi quasi dulces cibos incorporat, malos vero veluti malos humores in corpore suo tolerat, hæreticos vero quasi venenum mortiferum à se profus alienat.

In hac ergo discretionis porta stant quotidie prouisoires siue Doctores sanctæ Ecclesie, quasi quidam oculi in capite, qui discernere sciunt per spiritum sapientiæ, qui pertineant vel non pertineant ad corpus Ecclesie, qui pisces eligendi quiue reiiciendi sunt in vltimæ stationis littore: denique fidelibus apertas vitæ ianuas ostendunt, peccatoribus vero pœnitentibus clausas aperiant, porro impijs & non pœnitentibus æternaliter claudunt.

Siue porta filie multitudinis fides dicitur, quæ est initium & quasi quidam introitus ad viam salutis, sine qua impossibile est Deo placere, quam prima fronte proponunt sancti Doctores vitam vitæ quærentibus, & ad cœlestem patriam peruenire cupientibus; quia primo debet quisque rectè credere, ac deinde rectè credens benè operari.

Sed quia portam istam filie multitudinis diximus discretionis gratiã, qua sancti prouisoires & Doctores Ecclesie vel pœnitentes admittere, vel non pœnitentes excludere sciunt, qualis ipsa discretio sit vel esse debeat, subditur, cum dicitur, *nasus tuus sicut turris libani*, &c.

Per nasum quippe quo odores fœtoresque discernimus Sanctorum discretio designatur, per quam norunt discernere odores virtutum, fœtoresque vitiorum, ut intelligant quid eligere & quid reprobare debeant. Qui nimirum *nasus sicut turris libani* esse dicitur, quia videlicet Præpositorum discretio & munita semper debet esse ex circumspectione, & in altitudine vitæ consistere, id est, in valle infirmi operis non iacere. Sicut enim turris in montem idcirco ad speculum ponitur, ut hostes qui veniunt longius videantur, sic Prædicatoris vita semper in alto debet fixa permanere, ut more narium discernat fœtores vitio-

Porta filie
multitudi-
nis fides
quomodo
dicatur.

Hebr. II.

Per nasum
Sanctorum
discretio
signatur.

Discretio
Præposito-
rum cur tur-
ri libani as-
similetur.

vitiorum, odoresque virtutum, incursum malignorum spirituum longè prospiciat, & commissas sibi animas per suam prudentiam cautas reddat. Et quia ipsa discretio mater virtutum esse dicitur, rectè *turri libani* qui candidationem sonat comparatur, quatenus per eam omnium virtutum pulchritudo custodiri intelligatur.

Quomodo intelligendum quod dicitur turrem libani respicere contra Damascum.

Sed hac turris contra Damascum respicere dicitur, quia Sanctorum vita contra vitiorum tentamenta per altam discretionis considerationem forti custodia munitur. *Damascus* quippe sanguinem bibens interpretatur, quo mundus iste rectè designatur, qui quotidie vitijs & peccatis inebriatur: sanguine enim peccata designari, Propheta indicat dicens, *& sanguinis sanguinè tetigit*, hoc est peccato peccatū accessit; & Psalmista, *libera me*, inquit, *de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.*

Osee 4.

Psal. 50.

Turris ergo ista contra *Damascum* dirigatur, quia Sanctorum vita virtutibus alta & munita, contra mundi huius voluptates forti & discreta consideratione præmunitur.

VERSUS V.

Caput tuum sicut Carmelus: & coma capitis tui sicut purpura Regis iuncta canalibus.

PER *caput* principale mentis designatur, *Carmelus* autem sciens circumcisionem siue mollis fluvius interpretatur.

Mens sancta cur Carmelo comparetur.

Rectè ergò *mens sancta Carmelo*

comparatur, quia & in diuina contemplatione alta est, & à se carnalitate morum siue cogitationum spirituali circumcisione abscidere nouit, atque diuini Spiritus infundente gratia, suauis doctrina quasi molli fluuio audientium corda irrigare studet. *Et coma capitis tui sicut purpura Regis iuncta canalibus.*

Coma capitis cogitationes mentis accipi possunt, quæ sicut *purpura Regis iuncta canalibus* dicuntur, quia quantò magis Sanctis iunguntur, & intendunt Scripturis, quasi quibusdam canalibus tanto magis accenduntur ad imitationem passionis Christi carnem suam mortificando cum vitijs & concupiscentijs, siue ipsam carnem si necesse fuerit pro Christo persecutionibus offerendo prætiosam Deo purpuram cordis & corporis martyrio sacrificantes.

Per comas capitis cogitationes mentis intelliguntur, & quare assimilantur purpuræ Regis iunctæ canalibus?

Possumus & alio modo hanc orationis particulam ipsi capiti Ecclesiæ, hoc est Domino Iesu Christo aptare, ut videlicet ex Persona sua eidem Ecclesiæ Sponsæ suæ seipsum inducat loquentem, *Caput tuum sicut Carmelus, & coma capitis tui sicut purpura Regis iuncta canalibus.* Ego inquit, ô Sponsa qui dicor & sum *caput tuum, monti Carmelo*, propter altitudinem & nominis interpretationem comparari possum, quia cum sim bonum generalissimum, nihil est quod mea natura excellentius esse possit secundum diuinitatem, porro secundum humanitatem

Caput Christus & quare monti Carmelo similis dicatur.

nihil vita & conuersatione mea sanctius, & in mea doctrina vera & perfecta cordis circumcisio discitur, atque omnis mea prædicatio verè quasi mollis fluuius decurrit, vt audientium mētes sui salubritate reficiat, & ad boni operis studia informet.

Capitis comæ sunt Apostoli, & quare assimulantur purpura Regis iunctæ canalibus.

Huius capitis tui comæ, mei sunt Apostoli, cæteri quoque mei sancti, qui mihi charitate, sicut comæ capiti adhærent, quibus purpura benè congruit, quia sicut purpura quæ vicinior canalibus est, melius tinguatur, ita illorum mens, quo magis meis vel meorum Prophetarum verbis & institutionibus vicina efficitur, eò magis ad amorem mei virtute accenditur, & in tabernaculo meo, hoc est in Ecclesia mea, prætiosa & regalis purpura, coccus scilicet bis tinctus Dei & proximi dilectione refulgere conatur.

1. Cor. II. Quilibet fidelis quomodo coma capitis Christi esse possit.

Igitur quia caput viri Deus, si huius capitis sui coma quisque fidelis virtute animi esse desiderat, sacris Scripturarum canalibus, necesse est vt sedulus scrutator inhæreat, quia ibi inuenit vnde tinguatur, vt Regis sui cœlestis per amorem intimum purpura mortificatione carnalis vitæ efficiatur.

Notandum autem quod pulchrè respondet dilectus dilectæ huiusmodi laudis præconio, decem partibus quasi decem chordis, vno resonans spiritualiter decachordo, quod ita superiori decachordo, quod in laude Sponsi Sponsa de-

cantauerat, decenter opponitur, vt illud à superioribus istud ab inferioribus modū gratissimæ melodix imponant.

Quia enim Sponsa ad Sponsum recta intentione & perfecto amore semper ascendere debet, iustum est vt de minoribus ad maiora affurgat, atque ideo à Sponso proficientis & quasi crescentis ad virtutes animi eius præconium dignanter decantatur; non quod iste profectus, virtus, & potentia sit accipientis, sed potius quia laus est Sponsi dantis & hanc ei virtutem atque potentiam suo munere tribuentis.

Cur Sponsa à Sponso laudetur, à minoribus ad maiora affurgendo.

At verò Sponsa intendens venerabiliter immensam Sponsi benignitatem de cœlo descendens, & ad nostram se infirmitatem propter nos humiliantis, laudis eius præconia à summo corporis præconio, hoc est à capite quasi à superiori orditur chorda, vt ostendat se inferius positam, semper se respicere debere ad vitam & doctrinam Sponsi sui superius sibi è regione oppositam, & ad illum per imitationem ascendere, quem cognoscit ad se per compassionis pietatem descendisse.

Sponsa cur Sponsi præconia, à summo in cepit.

VERSUS VI.

Quam pulchra es & quam decora
charissima in delitijs.

Postquam sponsus in sponsam per partes prædicauit varietatē mem-

Sponsus in sponsa vniuersitatem virtutem statura nomine appellat, & doctrinæ abundantiam vberum significatione declarat.

membrorum ex habitu mentis bonè & honestè compositorum, vnum quiddam totum exinde procreuisse ostendens vniuersitatem virtutum *statura* nomine appellat, doctrinæ verò abundantiam *vberum* significatione declarat. Quæ enim pulchritudo morum siue eloquiorum deest in toto copore sanctæ Ecclesiæ: nã cū ista ista, ille illa, alius aliã virtute resplendeat, quidam plura quidam pauciora virtutum genera possideat, q; potest esse species pulchritudinis & decoris, quã in suo corpore sancta Ecclesia non habeat? Cumque diuersi diuersa sanctarum doctrinarum eruditione clarescant, quæ potest esse veritatis vel sanctitatis scientia, quã sancta non exuberet Ecclesia? nam cum secundum Apostolum, *alij detur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alteri fides, alij gratia sanctorum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum*, omnis omnis profecto pulchritudo atque ornatus operum siue sermonum in interiori *statura* sanctæ Ecclesiæ spiritualiter refulget.

Vnde merito *pulchra & decora*, sed *in delitijs charissime* promuntiatur, quia profecto magnæ sunt deliciae animæ virtutum abundantia, & sapientiæ salutaris doctrina; sed quo magis anima his delectatur, tanto amplius diuinæ dilectionis dulcedine repletur.

Sponsa cur charissima in delitijs pronuntietur.

1. Cor. 12.

VERSVS VII.

Statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.

Cur autem huiusmodi *statura* assimilata est palma? palma nãque victoriæ signum est; quæ autem maior & gloriosior victoria quàm de vitijs & peccatis triumphare? unde autem eiusmodi mirabilis & gloriosa succreuit *statura*, nisi ex victoria virtutum & destructione vitiorum? Non incongruè ergo *statura Ecclesiæ palma assimilatur*, quia omnis eius morum honestas & probitas insignes loquitur victorias.

Statura Ecclesiæ palmæ assimilatur.

Porro *vbera eius botris assimilantur*, quia doctrina & prædicatio eius, dulci & suauiter abundat sapore sapientiæ & spiritualis intelligentiæ, & auditores suos ita inebriant, vt à mundi huius voluptatibus velut insensibiles faciat. Vt autem ostendat ipse sponsus quod pulchritudo huius *stature* maximè & principaliter proficiat & succrescat ex mortificatione carnalis vitæ, passionis suæ ei prætendit exemplum & ipsius passionis emolumentum: dixi, inquit, ascendam in palmam.

Vbera Ecclesiæ cur botris dicantur similia.



VERSUS VIII.

Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructum eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ: & odor oris tui sicut odor malorum.

Dicere Dei est aut tempora sæcularia determinare.

AC si eidem Sponsæ suæ patienter dicat, unde habes vincere, unde habes proficere? estne tuæ virtutis & industriæ, quod tantæ pulchritudinis decus tibi potes comparare? Si rectè consideres, nequaquã tuæ fortitudini vel prudentiæ alicuius boni meritum ascribes. Ego enim dixi, hoc est ante tempora sæcularia decreui & determinatè disposui, & quia per ligni prævaricationem occubui, & impotens esse cepisti, & inimicum sibi ipsi peccando inuenisti, cui postmodum prævalere non potuisti, sed quasi captiua eius dominio subiacti, rursus per ligni oppositionem perditum tibi bonum recuperare, & ab inimici potentiâ, & à captiuitate quã detinebaris eriperem, redditaque libertate inimicū sibi substernerem, & contra eius insidias prouidentiam sibi præcauendo & virtutem resistendi darem.

Ascensus palmæ fuit ascensus Christi in crucem eius fructum resurgendo apprehendit.

Idcirco dixi, ascendam in palmam, hoc est in crucem, in quam postquã de hoste triumphauero, & fructus huius passionis meæ apprehendero, atque in signum victoriæ resur-

gendo protulero, omnibus mihi obedientibus, & in meâ virtute spem habentibus huius consolationis oraculum proferam, *confidite ego vici mundum.* Tu ergo debes pugnare, & quia secura es de victoriâ me victoriam iam adeptus, crucem mecum carnem mortificando ascende ut omnis *statura* tuæ animæ assimiletur *palmæ*, & perseuerantiæ titulo æternæ mancipetur victoriæ. Ioh. 16.

Ascensus palmæ siue crucis ob quid venerando & adorando omni animæ.

Sed veneranda & adoranda omni animæ huius *ascensio palmæ*. Quare? quia magnus profecto & incomparabilis fructus eius: quid enim? nonne per hunc fructum resectum & reparatum est totum genus humanū? quis autem & qualis fructus iste fuit & est? nimirum generis humani redemptio, inimicitia erga Deum reconciliatio, quotidiana peccatorum remissio, contra insidias inimici firma defensio, mundanæ miseræ exitus, & regni cælestis introitus.

Omnis enim profectus Ecclesiæ ex tēpore passionis & resurrectionis Christi capit, atque exinde sanctitatis eius præconia & spiritus sancti dona abundantissimè profluxerunt. Unde & sequitur, *& erunt vbera tua sicut botri vineæ & vox oris tui sicut odor malorum.*

Profectus Ecclesiæ post passionem & resurrectionem Christi coepit.

Nam prædicatio & doctrina eius post remotionem umbræ per exhibitionem veritatis suauior & vberior emanauit, & post passionem & resurrectionem Christi, multos

multos diuinâ charitate ita ebrios fecit, vt omnem in eis mūdānā voluptatis humorē calore sancti spiritus excoxerit, & ad cælestis vitæ amorem accenderit.

Per guttur memoria præceptorū, per vocē prædicatio illorum accipitur.

Ex gutture verò vox egreditur, & idcirco *per guttur* memoria præceptorum diuinorum, *per vocem* ipsorum præceptorum prædicatio non incongruè accipitur: nisi enim primò in mente per memoriam teneantur, minimè foras per sermonem proferentur. Sed huiusmodi *vox sermonis malorum odori* comparatur, quia sicut per odorem res non tantum præsens, sed etiam absens sentitur, sic à tempore passionis & resurrectionis Christi per prædicationem Ecclesiæ, non tantum præsentia Domini ipsius, siue sanctorū eius facta & dicta, sed etiam præterita cognita sunt, & quotidie legendo & audiendo cognoscuntur: futura quoque bona seu mala ex his colliguntur, quando & iustorum præmia & peccatorum supplicia lōgè quasi ex quodam intimi tactus odore pensantur. Non autem ad *odorem florum*, sed *malorum vox* ista refertur, quia prædicatio Ecclesiæ quæ nunc per totum resonat mundum, non rudis vel tenera, sed matura & perfecta vnā fidem credentibus ostendit.

Prædicatio diuinorum præceptorum odori malorum comparatur.

VERSUS IX.

Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijs-

que & dentibus illius ad ruminandum.

Guttur verò sicut vinum optimum dicitur, quia memoria præceptorum diuinorum mentem sui dulcedine inebriat, & quod suauiter interius meditando bibit, vtiliter exterius eloquendo profundit: *dignum dilecto meo ad potandum*, Christus in corpore suo, hoc est in Ecclesiâ, quæ cum eo per Spiritum vnum efficitur, sicut iustitiâ, fide, & sanctitate refici, ita & potari dicitur; quemadmodum è contrario in infidelibus iustitiâ fidem & sanctitatem esurire atque sitire prædicatur. Nam in cruce pendens cum diceret *sitio*, fidem & sanctitatem infidelis populi sitiebat, quia propter eum quasi quodam æstu laboris fatigatus fuerat, quem de Ægypto multis signis & portentis eduxerat, ante quorum faciem gentes contriuerat ad quos testamenti sui & legis pactum confirmauerat, quibus terram repromissionis, urbem templumque delegauerat, pro quorum salute postremò ipsam mortem suscipere non dedignatus fuerat.

Memoria diuinorum præceptorum dicitur vinum optimum, & quare.

Ioh. 19.

Cum ergò sancta Ecclesia, siue sancta qualibet anima legem Domini die ac nocte meditatur, in mente ipsius Christus quodam dulci meditationis vino potatur, & illius sancta meditatio, & quasi suavis & digna Deo potatio. Vnde cum sponsus *guttur dilecte*, hoc est meditationem mandatorum

Meditatio in lege Domini digna est Deo potatio

Legem Do-
mini labiis
& dentibus
ruminare
est eam alijs
docendo ex-
ponere.

torum Dei, quasi vinum optimum
prædicaret, illa laudantis vocem in-
terrumpens, & cooperatrici gratiæ
adgaudens, dignum, inquit, dilecto
meo ad potandum, hoc est dignum quod
ipse sua gratia prouehat, & ad effe-
ctum perducatur. Quomodo? Labijs
& dentibus ruminando: quod enim se-
cū frequenter meditatio intelligit,
debet alijs docendo impendere, ex-
ponendo tractare, & discutiendo
retractare, quod est quasi mundi a-
nimalis proprium ruminare. In vno
enim corpore Ecclesiæ quæ vniuer-
sus Christus intelligitur, guttur est
diuinæ scripturæ meditatio, labia
ipsius scripturæ pronuntiatio, dentes
eiusdem explanatio veluti grossæ li-
teræ confractio, & ad spiritualis in-
telligentiæ subtilitatem diminutio.
Quare ipsi sponso dignum dicitur
ad potandum siue ruminandum, quia
omnis profectus Ecclesiæ siue cu-
iuslibet sanctæ animæ eius muneris
est & gratiæ.

VERSUS X.

Ego Dilecto meo, & ad me conuersio
illius.

Quandoquidem, inquit, præ-
eunte ipsius Dilecti mei gra-
tia placeo illi sanctarum scriptura-
rum meditatione, eruditione, ex-
positione, ergo volo & iure debeo
magis ei appropinquare obediendo,
bonis actibus studendo; cæte-

risque præcepta illius annuntian-
do, vt fiat hoc quod scriptum est,
appropinquate Deo, & appropinquabit Iacobi 4.
vobis. Si enim me ad ipsum conuer-
tero, tunc ad me conuersio illius, sicut
ipse dicit conuertimini ad me, & ego Zach. x.
conuertar ad vos: nulla autem muta-
bilitas in Deo, vt humano more
auerti vel conuerti posse dicatur,
sed quidem motus venientis siue re-
cedentis gratiæ in homine, quædã
conuersio siue auersio Dei appella-
tur.

Conuersio illius ad nos, est gratiæ vo-
cantis, iustificantis & glorificantis
miseratio, per quam liberum iuuat-
ur arbitrium, & bonæ voluntatis
intentio ad boni propositi perdu-
citur effectum. Vnde benè primò
dicit, ego dilecto meo, ac deinde, & ad
me conuersio illius, quia nostrum est
primò bonæ voluntatis intensio-
nem ad boni operis studium assumere,
illius bona intentione conceptum
opus per cooperatricem gratiam
ad bonum vsque finem perduce-
re.

Conuersio
Dei ad nos
est gratiæ
vocantis,
iustificantis,
& glorifi-
cantis mis-
eratio.

Quocirca quia promptam in se
sentiens voluntatem de cooperan-
tis sibi adiutorio fiduciam assu-
mit, continuo ad ope-
rationis studium accin-
gitur dicens, veni
dilecte mi.

VER-

VERSVS XI.

Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

Egrediamur inquit, quia postquam ad me conuersio tua facta fuerit per cooperantem gratiam liberè & securè possum exire, & ad præcationis officium, & ad bonæ actionis studium, vt omnis mea operatio & à te semper incipiat & per te cœpta finiatur: nihil enim boni sine te possumus facere.

Sed quo primo egrediemur? in agrum videlicet, hoc est gentem Iudæorum, quæ iam habilis est ad suscipiendum semen verbi Dei, quia iam exarata habet corda, per legem scriptam & etiam naturalem, atque ideo magis intelligere potest ex lege & Prophetis diuinæ bonitatis propositum, quo decreuit restituere genus humanum. Illis enim primo oportet loqui verbum Dei, quorum adoptio filiorum est, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum Patres ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus benedictus in sacula. In hunc ergo agrum diuini verbi semine conspergendum, egrediamur per præcationis officium, & quia primò credita sunt eis eloquia Dei, prima quoque in eis fidei, & diuinorum Sacramentorum seminaria iaciamus.

Deinde progredientes, in villis

commoremur, hoc est in gentibus, quæ à ciuitate Dei, id est Ecclesia remotæ sunt, in quibus quia tardiiores sunt ad credendum propter insolitam & inauditam fidei prædicationem, necesse erit moram facere, & frequentius verbum vitæ annuntiando ad urbanæ consuetudinis elegantiam, hoc est Ecclesiasticæ legis obseruantiam reducere. Commoremur ergo inter eas, tu ô dilecte per gratiam inspirans, ego per prædicationem adiuuans, vt ingenitam eis ignorantiam, & rudis animi simplicitatem crebra eruditione auferentes, nostram ciuilem honestatem & veram Sapientiam infundamus, per quam illius supernæ ciuitatis felices accolæ ascribi mereantur.

Cum autem hos duos parietes è diuerso venientes Iudæos, scilicet & gentiles in vna fide coniunxerimus, non duo, sed vnus erit populus, vna Ecclesia, vna Domini Sabaoth vinea, quæ Spiritus Sancti opere exulta, non iam labruscas, sed dulces faciat viuas.

VERSVS XII.

Mane surgamus ad vineas, videamus si vinea floruit, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punicæ: ibi dabo tibi vbera mea.

Ii

Ad Hab

Egredi in agrum est genti Iudæorum verbum Dei annuntiare.

Actor. 13.

Rom. 9.

Rom. 3.

Commorari in villis est

Ex utroque populo Iudæo & gentili vna fit Ecclesia, vnus populus vna vinea Domini.

Quid sit manē surgere ad vineas & videre si vinea floruit, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.

Et vineis populo & circumcissione & praputio dare vbera, est Sacramenta duorum testamentorum referare.

Ad has autem vineas ex circumcissione & praputio plantatas, manē surgamus, in exortu scilicet fidei, quando verus Sol in cordibus credentium oriri cœperit, & suæ sapientiæ claritate irradiare, & virtutis calore accendere: videamus si vinea floruit, hoc est si iam vnus Christianorum populus factus initia bonorum operum protulit, si flores fructus parturiunt, hoc est si ipsa initia ad integritatem & perfectionem aliquam assurgere conantur; si floruerunt mala punica, hoc est si tanto Dei amore flagrent, vt non solum mente, sed & corpore pro eo pati desiderent.

Ibi dabo tibi vbera mea: postquam enim hos duos populos per vnitatem fidei vnum fecerimus, & ad boni operis studium promouerimus, tunc ad laudem tui nominis, ô dilecte, Sacramenta quæ ex subtilitate duorum testamentorum tuorum munere cognouimus, eis quoque commitemus, quatenus in eis semper & ad maiora virtutum opera nutriantur, & contra mundi tentamenta roborentur, & ad futuræ beatitudinis bona appetenda magis accendantur. Confidenter quippe prædicabo, & præceptorum tuorum Sacramenta referabo, quoniam habeo spem fructificandi, & effectum boni operis consequendi. Vnde? quia mandragora dederunt odorem.

VERSUS XIII.

Mandragora dederunt odorem in portis nostris. Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

IPse nempe odor spem mihi affert prædicandi, quia credo ex odore illo consequenter prouenire vtilitatem fructus parciendi. Sed considerandum diligenter quæ sit ista *Mandragora* cuius huius *mandragora* odor. Si ad literam respicias, *mandragora* est herba aromatica, quæ ad similitudinem humanorum membrorum formata solo capite caret, cuius virtus est, vt in potum data his quos vigiliæ premunt, somnum adducat & requiem; porro steriles in ea vtantur, concipere faciat.

Si verò spirituales sensum attendas, *Mandragora* non absurde accipi potest gentilitatis conuersio, quæ quam diu in sui erroris prauitate agebatur, non inani tantum sed etiam exitiabili labore fatigabatur, sed postquam conuersa Deum agnoscere cœpit, & curis & voluptatibus reum sæcularium minus vigilare imo magis quam dormire, & à prauo labore huius mundi quiescere didicit; & quæ prius à bono opere sterilis erat, postmodum fecunda virtutibus extitit, impleta Prophetia, quæ dicit, *letare sterilis quæ non parit, erumpe & clama quæ non*

Mandragora secundum literam descriptio.

Mandragora secundum spirituales sensum significat populum gentilem.

Gal. 4.

partu-

parturis, quia multi filij deserta magis, quam eius quæ habet virum. Mandragora verò, vt diximus, cum habeat humani corporis similitudinē capite caret, quia gentilis populus cum naturaliter ratione vigeret, ad discretionem boni & mali, tamen ipsa vis rationis hac in parte in eo hebetata erat, qua creatorem suum cognoscere non valebat, quem quia in sui cognitione non habebat, quasi capite carebat.

Mandragora
item ludæos
significat.

Iudaicus quoque populus per mandragoram significari potest, qui dum ratione per obseruantiam legis vteretur, caput tamen non habebat, quia Christum suscipere recusabat; sed mandragora ista postmodum odorem dedit, quia quæ prius per infidelitatem sterilis fuerat, postea credens multos Deo filios generabat. Mandragora ergò odorem dederunt in portis nostris, quia Iudaicus & gentilis populus te, ô dilecte, in cælum ascendente, per tuam gratiam & meam prædicationem fidei Sacramenta susceperunt. Quenam autem sunt ista porte, in quibus credentem populum dicit dilecta odorem dedisse?

Mandragore
odorem de-
derunt in
conuersione
Iudæorum
& gentium.

Nimirum si diligenter consideres, agnoscere poteris per quas portas, anima Deum inuenire cupiens, paulatim vsque ad ipsa cubilis secreta progrediatur: primò namque in homine est animi conceptio, qua concipit id, cuius summam adipisci desiderat, quo con-

cepto quid vel quale sit inuestigat, donec ipsius cognitionem habeat; cognito autem eo amplectitur, & sic eo ad vtilitatem sui vtitur, vt omnem eius integritatem ad se quandoque conuertere conetur. Est ergo in vnoquoque credituro quædam porta & quasi primus ad Deum introitus, prima fidei in animo conceptio qua voluntatem credendi accipit, deinde ipsius fidei inuestigatio vt cognoscat quid vel qualiter credere debeat; postquam secundam inuestigationis portam aperitur ei tertia porta fidei scilicet cognitio, post cognitionem sequitur operatio, sine qua fides otiosa esse decernitur, benè autem operantem Deo coniungit mundi cordis contemplatio.

Per has ergo portas ad Deum venire contententes, in ipsarum portarum introitu, bonæ voluntatis odorem spargunt; sed iste odor per secundam portam inuestigatæ fidei transiens, tertiam quoque cognitæ fidei iam portam attingens, ac deinde quartam operationis portam percurrens, per quintam demum contemplatiuæ dulcedinis portam ad ipsa interiora cælestis Sponsi secreta illabitur.

Cum ergò mandragora dant odorem in his portis, euidentis est, quod Deum quærentes animæ ad fructum boni operis iam maturefcunt.

Digna ergo gratulatione Sponsa dilecto

Quæ sint
portæ in
quibus mā-
dragoræ
memoran-
tur odorem
suum dedisse.

dilecto alludit dicens, mandragoræ dederunt odorem in portis nostris, quia dum Ecclesia filiorum suorum profectum intendit, competentes Deo gratiarum actiones persoluit. Unde magis ad prædicationē accingitur, quia in eorum cordibus proficere se sperat, quos ad Deum toto corde conuersos esse considerat. Ipsum verò profectum suum non suo labori & industriæ, sed diuinæ gratiæ imputat dicens, omnia poma noua &c. vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

Per poma noua & vetera Sponsa à Sponsa seruata accipitur fructus veteris & noui testamenti ad ipsius honoris relatus.

Pomorum item nouorum & veterum referuatio est mysteriorum veteris & noui testamenti de Christi natiuitate & passione in figura & veritate ostensio & expositio.

Ad tuum, inquit, honorem seruauit, ô dilecte, omnem fructum Sanctitatis, quem ex veteris vel noui testamenti institutione cognoui, siue quem ex præceptorum informatione didici, siue quem ex Patrū vita & moribus imitando collegi. Tui enim hoc est muneris, non mei laboris, vel quod ipsa benè viuendo & docendo profeci, vel quod alij meo exemplo siue doctrina proficere potuerunt.

Siue ut alio modo dicam, omnia poma noua & vetera seruauit tibi, quia omnia quæ in veteri testamento mysticaliter facta & dicta, in nouo autem realiter exhibita leguntur, de tua natiuitate, passione, resurrectione, & ascensione, scripra docui & exposui, cunctisq; legentibus & audientibus fructum in eis fidei & bonæ operationis ostendi.

CAPVT OCTAVVM.

1. **Q**uis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris mee, vt inueniam te foris: & deosculer te, & iam me nemo despiciat.
2. Apprehendam te & ducam te in domum Matris mee. Ibi me docebis; & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.
3. Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
4. Adiuro vos filia Ierusalem, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.
5. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitauit te; ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.
6. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum; quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut inferus emulatio; lapides eius lampades ignis atq; flammæ.
7. Aqua multa non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.
8. Soror nostra paruula est, & vbera non habet.

Quid

9. Quid faciemus sorori nostra in die quo alloquenda est? si murus est, edificemus super eum propugnacula argentea: si ostium, compingamus illud tabulis cedrinis.
10. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.
11. Vinea fuit pacifico in eâ quæ habet populos, tradidit eam custodibus: Vir affert pro fructu eius mille argenteos.
12. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius.
13. Quæ habitas in hortis, amice auscultant, fac me audire vocem tuam.
14. Fuge dilecte mi, & a simulari caprea hinnuloq, ceruorum super montes aromatum.

VERSUS I. CAPITIS
octau.

Quis mihi det de fratrem meum sugentem vbera Matris mee, vt inueniam te foris: & deosculer, & iam me nemo despiciat?

SI sensum allegoricum inspiciamus, potest vox ista referri ad illos sanctos, qui ante aduentum Domini magno desiderio æstuabant videre, quod à Patriarchis & Prophetis diu prædictum nouerant, & ipsi in spiritu præuidebant futurum videlicet Incarnationem Christi, per quam vniuersalem mundi salutem prouenire non dubitant.

Dicat ergo antiquis ille sancto-

rum populus desideratiuo locutionis modo; quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris mee, fratrem, inquam, meum propter humanæ carnis susceptionem, siue generis cognationem, sugentem vbera matris mee, hoc est natum & nutritum in synagogâ Iudæorum. Et quare hoc desiderio? vt inueniam te, inquit, foris & deosculer, hoc est, vt in carne te apertè videam & amplectar, quem in diuinitatis secreto videre non possum: Et iam me nemo despiciat, imò potius veneretur & diligat propter specialem tam generosæ sobolis de meâ carne nascētis nobilitatem. Apprehendam autem te & ducam in domum Matris mee, quia hoc tuæ dignationi placuit, vt in solâ gente Iudæorum carnis tuæ præsentiam exhiberes, & miraculorum tuorum potentiam demonstrares. Vbi ergo me docebis & verbis & factis, quid in figurâ, quid in veritate intelligere debeam, & quod ipse sis finis præcepti ad iustitiam omni credenti. Sed quantum doctrinæ tuæ suauitate proficiam? dabo tibi poculum ex vino condito, quia quasi potaberis delectatione fidei & operationis meæ, quam tibi offeram ex nomine Patris & filij & spiritus sancti, & virtute fidei, spei, & charitatis. Sicut enim vinum conditum ex tribus principaliter constat, hoc est vino, melle, atque pigmentis, ita mens mea ex tuorum doctrinâ sermonū condietur fide sanctæ Trinitatis, siue vt dictum est virtute fidei, spei,

Vox antiquorum Patrum desiderantium aduentum Christi in carne.

Rom. 10.

li 3 &

& charitatis. Dabo quoque mustum malorum granatorum meorum, quia prædicatio tua siue operatio pariet in me animæ à vitijis expurgatæ nouitatē & suauitatē ex feruore charitatis & studio multiplicium virtutū.

Porro si moralem sensum consideremus, vnicuique fideli animæ vocem istam aptabimus, quæ sacræ scripturæ intenta se ipsam scientiā & alios verbo exhortationis ædificat: quæ enim sacræ scripturæ scientiam habere desiderat, totā animi auiditate his verbis ad Deum clamat. *Quis mihi det te fratrem meum surgentem vbera matris meæ?* vt quid te fratrem appello, nimirum & propter participationem humanitatis, & propter gratiam adoptionis, quā te ipsum fratrem nominas dicens, *ite, nuntiate fratribus meis: & quicumque fecerit volūtatē Patris mei, ipse meus frater, soror, & mater est.* *Quis ergo mihi det te fratrem meum,* vt mecum sis, & mecum labores per cooperatricem gratiam, *te dico surgentē,* hoc est sugere facientem *vbera matris meæ.* Hoc enim eo locutionis modo dictum sit, quo & aliō loco scriptura vtitur, ipse enim spiritus postulat pro nobis gemitibus innarrabilibus, *postulat* dicens pro eo, quod est postulare faciens.

Rom. 8.

vbera Matris nostræ dogmata sunt Ecclesie ex vtroque testamento.

Quæ autem sunt *vbera matris meæ,* & cuius matris meæ? profecto *vbera matris meæ* dogmata sunt sanctæ Ecclesie, quæ ex vtriusque testamenti paginis mentis meæ infan-

tiam nutriunt, & in robur virilis intelligentiæ perducunt. Vt quid verò tantopere te mecum esse desidero? *vt inueniam te foris & deosculer:* quid est hoc? vbi enim lates quando foris non es? nimirum in nube diei, hoc est in obscuritate & subtilitate spiritualis intelligentiæ, quam postquam illuminatione ignis tui, id est spiritus sancti, accepero, profecto te qui intus latebas, foris inuenio, *Cum autem te inuenero,* deosculor, hoc est totis mentis meæ lacertis amplector, quia tantum in percepto munere intelligentiæ delector, vt libeat cum Prophetâ dicere, *quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo.* Ps. 118.

Iam verò tuis amplexibus sic me inhærentem, & sanctæ Scripturæ mysteria sapienter eloquentem, nemo me despiciet, quia sicut scriptū est, *sapiens implebitur benedictionibus & viuentes illum laudabunt, & sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen illius erit viuens in eternum:* Et iterum, *os prudentis queritur in Ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis.* Nemo ergo me despiciet, quia audiunt, quod *vntio tui spiritus docet me de omnibus,* imo *cadentes in terram adorabunt Dominum, pronuntiantes quod verè Deus in nobis sit.* Eccles. 37. ibid. Eccles. 21. I. Ioh. 2. I. Cor. 14.

VERSUS II.

Apprehendam te, & duram in domum matris meæ. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum

poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.

Tantum autem placet hæc dulcedo palato cordis mei, ut te hoc modo inuentum, sola ad meam vtilitatem tenere nolim, verum potius, *apprehendens ducam te in domum matris meæ*, familiam scilicet sanctæ Ecclesiæ, ut quod ex tuâ gratiâ intelligo, hoc fratribus meis audire & discere cupientibus eum benevolentia communicem.

Qui alium docet seipsum docet.

Ibi ergo me docebis, quia quo plus alios docueris, tanto amplius cum eis disco: plus enim confert collatio, quam lectio. *Et dabo tibi poculum ex vino condito*, quia sic docendo vel conferendo, exponam figuram legis cum veritate & gratia euangelij, sius sensum historicum cum allegoriâ & moralitate conditum, & hoc poculum tibi dabo, quia omnem hanc scientiam ad tuum honorem & gratiam conferam.

Dabo tibi quoque mustum malorum granatorum meorum, quia dum sanctorum patientiam, & multiplicem virtutum laborem prædico, ipsa quoque exemplum laboris & patientiæ ipsorum accipio, quæ tamen omnia nec ipsorum, nec meæ potestati, sed tuæ pietati & gratiæ ascribo.

Igitur tantâ dilecti mei & fratris mei præsentia, mecumque commemorantis dulcedine & gratiâ, quasi ab omnibus mundi huius voluptatibus & curis abrepta, ad vos ô filiæ

Ierusalem conuertor, & quid in me habeam proposito denuntio, quantum ei charitate coherere ostendo. Quid inquit hoc est? *leua*, inquit, *eius sub capite meo.*

VERSVS III.

Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Bona enim omnia temporalia ab eo mihi concessa amore æternorum bonorum postpono, ipsa verò æterna totâ mente concupisco, & ad illa peruenire totâ animi virtute propono. Licet enim *in sinistra eius sint diuitiæ & gloria*, quantum ad vtilitatem & pulchritudinem creaturæ, quæ homo ad cognitionem sui creatoris ducitur, ut non sit inexcusabilis: *longitudo tamen dierum in dextera eius est*, non quæ finiatur, sed quæ immutabiliter in sui beatitudine consistat.

Leua ergo eius sub capite meo erit, sed *dextera eius amplexabitur me*, quia temporalium memoria me tenebit, non tamen ad sui delectationem & vnum perpetuum; æternorum verò desiderium totam me circumdabit, adeo ut omnes sensus meos in sui studium conuertat, & ea quæ retro sunt obliuisci, atque in ea quæ ante sunt totam me extendere compellat.

Verum

Prou. 3.

Rom. I.

Prou. 3.

Per leuam sub capite memoria temporalium sine affectu ad illa, per amplexationem dextera desiderium æternorum significatur. Phil. 3.

Verum quid hæc agit sponsus, qui pijs animi studijs atque profectibus gaudet, atque eius deuotionis & puræ intentionis dulcedine delectatur? *Adiuro vos inquit filia Ierusalem, &c.*

VERSUS IV.

Adiuro vos filia Ierusalem, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Cura rerum transeuntium impediunt contemplationem.

Nolite, inquit, filia Ierusalem dilectam à tam utili & honesto proposito suo abducere, aliqua rerum transeuntium cura, importunè ei suggerendo vestram vel sui ipsius necessitatem circa exteriora, quæ non permittunt liberum esse animum ad appetenda & perfectè conseruanda sanctæ contèplationis otia, sed hoc magis eius iudicio relinquite, *quæ ex vnctione mei spiritus docetur*, hanc habere discretionem, vt sciat quando sit utile, nunc diuinis rebus insistere, nunc vestræ infirmitati condescendere. *Siue dilectam futuram nullo modo susciteris, neq; euigilare faciatis*, compellendo minis

Dilecta quare suscitari omnino debeat, donec ipsa velit.

1. Ioh. 2.

vel promissionibus, quia Deus coacta seruitia non approbat, quin potius eam suæ relinquit voluntati, Ps. 53. quia scriptum est, *voluntariè sacrificabo tibi, &*, qui spontè se offerunt Domino, benedicuntur Domino: *nemo autem venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Si enim trahitur Ioh. 6. venit, si non venit non trahitur: ergo non compellatis eam, donec ipsa velit; tunc enim acceptabile Deo erit boni operis sacrificiū, si bonæ voluntatis condimento fulciatur.

Vos autem dilectissimæ sorores quas aliquantulum morosius & prolixius, pars Cantici huius suam modulatione tenuit, istam quasi extremam in depositione vocem attendite, considerantes quam acceptum Deo & dulce sit animæ in sanctæ conuersationis proposito quiescere, & in diuinæ contèplationis studio dormire; & è contrario quam periculosum, quamque Deo aduersum, de hoc vos proposito aliqua occasione abducere, & ad rerum temporali-

um curam detorque

re.

Parænesis ad Virgines cū epilogo huius tertij libri.

LIBER QUARTVS
COMMENTARIORVM
D. VVOLBERONIS
ABBATIS SVPER CANTICVM
CANTICORVM SALOMONIS.

PROOEMIUM.

SI tantum paruitatis meæ studiū
in hoc præcipuo genere Canti-
ci apud vestram dilectionem pro-
fecisset, vt toto spiritu concitatæ
postpositi temporalium curis cum
Apostolo dicere possētis, *Orabo spi-
ritu, orabo & virtute, psallam spiritu,
psallam & virtute*, multum profe-
ctò cor meum exultaret in Domi-
no; quia non parua hæc mea esset
gratulatio dicere cum Apostolo,
*Philip. 5. gaudium & corona mea vos estis in Do-
mino*. Si enim ad modum cantatio-
nis meæ iam aliquantulum fronde-
tis in Domino, benè collaudatis cā-
ticum, quia hoc nimirum est lauda-
re canticum, canticum experiri &
modum. Quæ autem vis est Can-
tici huius? Secundum nomen eius
quod dicitur *Canticum Canticorum*,
præcellētius & sublimius ferre mē-
tem ad amorem sui Conditoris &
perfectè ab ea deponere quicquid
ad huiusmodi speculationem ex
mundi potest rebus obstare. Si ergo
istam aliquantulum expertæ estis,
dicat vobis concordia & harmo-
nia carnis & Spiritus, quos inuicem

sibi non aduersari, est pulchrè can-
re & rectè modulari. Si ancilla ser-
uit liberæ, hoc est, si caro consentit
rationi, nō est melior, neq; suauior
cōcentus, qui sūmæ placeat diuini-
tati. Hoc nempe est cātare cāticum
nouum & huiusmodi laus est in Ecclesia *Psal. 149
Sanctorū*. Siquidē laus Dei est pia vita
& conuersatio Sanctorū, quia hoc
suum tale viuere, habēt ex Dei gra-
tia & benignitate: inde Deus laudā-
dus est non ipse homo, quia nō hoc
est opus hominis, sed opus Dei ip-
sum hominem iustificantis.

Quid. n. est *Canticum nouū* nisi ve-
nerabile noui testamenti mandatū?
quid est canticum nouum cantare,
nisi veterem hominē exuere & no-
uum induere? *Exuite*, inquit Apo-
stolus *veterē hominē, & induite nouum
qui secundū Deū creatus est in iustitia &
sanctitate*; ergo iustum & sanctū esse
profectò est canticum nouum can-
tare; omnis enim sanctitatis perfe-
ctio ex Euangelicæ institutionis a-
gnoskitur instrumento. Nā cum lex
dicat *non occides*, Euangelium docet *Exod. 20.
sine causa non irascendum*, & cum lex *Matt. 15.*

Quod sit
nouum cā-
ticum can-
tare.

Ephes. 4.

K k

dicat

Quiscantet
rectè canti-
cum Do-
mini.

dicat non mæchandum, Euangelium docet, nec in concupiscentia peccandum. Talis utiq; sanctitatis perfectio nimirum noui cantici est modulatio. Hoc canticum nouū cantat Ecclesia Sanctorum, & huiusmodi decantatione frequenti peruenit ad decantandum *canticū Canticorū*. Quid nēpe est *Canticū Canticorum* cantare nisi Dominum tota mente, tota anima, tota virtute diligere? Sicut. n. *Canticū Canticorū* dicitur, q̄ omnia alia sua dignitate superet Cātica, ita charitas dici potest virtus virtutū, q̄ oēs sui excellentia præcellat virtutes.

Quid sit cātare Canticum Canticorum.

Si ergo vos o dilectæ sorores verè & syncerè Dñm diligitis, profectò
Psa. 149. *Cāticū Canticorū* cantatis: & quia laus Dei est in Ecclesia Sāctorū, in vobis certè laus Dei erit, quæ ut credimus Ecclesia Sanctorum estis, **Benedicite ergo Dominū in operibus suis, & cantate illi in cāticis labiorum vestrorum, & cytharis.** Quæcumque. n. in vobis religionis & sanctitatis insignia sunt, eius profectò opera sunt, in quibus eum benedicitis quādo hæc omnia non vestræ industriæ sed eius gratiæ ascribitis.

Vnde illi cantare debetis in *canticis labiorum & cytharis*, ne de vobis dicatur, **populus hic me labijs honorat, cor aut̄ illorum longè est à me.** Quid. n. est cantare in *canticis labiorum & cytharis*? nonne eū Dñm laudat vox & vita? tūc. n. benè cōcinunt labiū & cythara. In cythara aut̄ extenduntur chordæ de mortuorū animalium visceribus factæ, quæ ita in ligno

Isa. 29.

Marc. 7.
 Quid sit cantare in Canticis labiorū & cytharis.

diuerso aptatur modo vt diuersam reddant vocem secundum tensionum & mensurarum diuersitatem. Quid ergo in *cythara* nisi mens iusti potest designari? in qua ex mortuorum animalium visceribus factæ extenduntur chordæ, quia in ea vitiorū mortificationes, quas ex SS. Patrum de hac vita subtractorum dictis & scriptis siue gestis didicit, præsentatur, quibus ita sensus suos interius exteriūque castigat, vt in auribus Dñi Sabaoth dulci modulatione carnis & spiritus concordia deprimat. Diuersitas aut̄ quædam vocum ibi quodammodo denotatur, quamdiu alio modo mortificatio superbiæ, alio modo luxuriæ, alio iracundiæ atque alio avaritiæ agitur, rectè pulcherrima quadā harmonia mens Domino Deo suo *cāticum nouum*, imò *Canticū Canticorū*, deletabiliter personare videtur: **In Canticis ergo labiorum & cytharis cantis**, quando & voce & opere Domino Deo vestræ sanctitatis officium impenditis. Si ergo ad vocem Cantici huius mens vestra aliquantulū excitata est, vt credimus ad amorē cœlestis sponsi, & si aurem cordis promptam habetis ad huiusmodi concentum magis ad ea quæ restāt vestra nos deuotio animabit. Nemo enim inuito Auditori libenter refert.

Extremam ergo partem quasi finalem huius Cantici chordam Spiritu sancto digitos mentis regente tangere incipiam, & in ea totam pro-

promissi tetrachordi consonantiã
Domino adiuuante deponam.

VERSVS V. OCTAVI

Capitis.

*Quæ est ista quæ ascendit de deserto
delicijs affluens, innixa super dilectum
suum? sub arbore malo suscitauit te, ibi
corrupta est mater tua, ibi violata est ge-
nitrix tua.*

Vox Eccle-
siae admir-
tis Iudeorũ
conuersio-
nem.

SI vocem istam Ecclesie admiratis
de conuersione Iudæe ascribam,
absurdum non erit; quia profecto
mirandum fuit populum duræ cer-
uicis & indomabilis cordis, post
passionem Domini cui credere mul-
tis signis diuinitatem eius attestan-
tibus noluit, quin potius post mul-
tas ei illatas iniurias cruci affixit,
subito prædicantibus Apostolis viã
salutis arripuisse & nouæ legis dog-
ma suscepisse.

Synagoga
cur desertũ
dicatur.

Miratur autem & non sine causa, quia
magnopere attendit, *quod de deserto
ascendit, quod delicijs affluens, quod inni-
xa super dilectum ascendit. Desertum enim
quoddam Synagoga fuit propter infi-
delitatem à Deo derelicta, sicut de
ea per Prophetam comminatur, Et
derelinquetur, inquit filia Syon sicut
vmbra culum in vinea & sicut tugurium
in Cucumerario, sicut ciuitas quæ vesta-
tur. Et Dominus in Euang. relinquetur, in-
quit, vobis domus vestra deserta. De hoc
ergo deserto Iudæa quando credidit,
per fidem ascendit, quia de illo val-
loso & infimo carnalis obseruantie
intellectu, ad spiritualem & subli-
mem Euangelicæ institutionis for-
mam transiuit. Ascendere autem non*

Baruch. 6

Matt. 23.
Ascensus
Iudæe de
deserto
quando
fuerit.

potuit nisi delicijs affluens, quia ad illã
nouam intelligentiam & gratiam subli-
mitatem peruenire non potuit, nisi
per virtutum affluentiam, & sanctæ
charitatis abundantiam. Sed his vir-
tutum delicijs affluere non potuit, nisi su-
per dilectum sanctæ Ecclesie, hoc est
Christum inniteretur, quia sine co-
operante eius gratia nulla potue-
runt ei prouenire sanctitatis & fi-
dei præconia.

Porro alio modo si ad vnãquãq;
sanctam animam respicias, superio-
ra diligenter attende, *vbi dilectus filias
Ierusalem adiurat, ne suscitent neque euig-
ilare faciant dilectam, donec ipsa velit.*
Quid enim putas in hac sua dormi-
tione dilectam consecutam fuisse, vt
tantopere dilectus prohibeat iam su-
scitari & euigilari? quid inquam o-
mnipotens Deus, tam pulchrum tam
delectabile, tamque gratiosum sibi
in hac eius dormitione attendit. Ni-
mirum si rectè consideres, magnum
quiddam & honestum ac admiratione
dignum dulcissimum iste dilectus pla-
cabili dignationis sue vultu intedit.
Miratur enim ascendentem, locum
quoque ascensionis, ascendentis ha-
bitum, & ascendendi præsidium. Quæ est
n. ista quasi dormientis & quiescẽ-
tis ascensio nisi de terrenis ad cœle-
stia, de mundo ad Dominum, cõtẽplatiua
subleuatio? Verum quia multum iuuat
ascensionem istam animi & corporis
solitudo, nam alia ab alia iuuatur,
quandoquidẽ metis defenditur soli-
tudo corporis, parumque pdest soli-
tudo corporis, sic circa mundi strepitum

Anima fi-
delis quo-
modo in-
telligatur
ascendere
de deserto.

Ps. 83.

versatur animus omnipotens patet fereno pietatis intuitu, de deserto ascendente animam miratur dicens, quæ est ista quæ ascendit de deserto? *Quæ est, inquit, ista quæ ascensionem in corde suo disposuit in valle lachrymarum ascendens de deserto, hoc est solitudine mentis mundi huius strepitum contemnentis, & in quiete spiritus dormientis meorumque mandatorum solummodo obseruantiam eligentis? Ex hoc enim sequitur, ut eum concipiat habitum, quo videatur delicijs affluere, quia hoc confert obseruantia mandatorum meorum, ut virtutum delicijs affluat, nec est aliud virtutibus affluere, quàm mea præcepta seruare. Quicquid enim virtutis esse vel dici potest, hoc totum in meorum præceptorum catalogo continetur.*

Anima sancta quomodo delicijs affluat.

Anima per seipsam ascendere & delicijs affluere nequit, ideoque innixa super dilectum dicitur.

Luc. 9.

Matth. 3.

Sed vnde habet hoc posse, videlicet *ascendere, delicijs affluere*? nunquid à se ipsa? minimè, quia infirma & debilis est omnis anima sine cooperatrice gratia. Ergo quod potuit, ideo potuit, quia innixa super dilectum fuit. *Quis est autem iste dilectus meus? filius inquam meus de quo vobis dixi, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Quia ergo *super eum innixa fuit*, quia eius vestigia secuta est, seruando & pro posse imitando, quæ ille per carnem exhibuit & docuit agendo, & loquendo, ideo mente ascendere, & delicijs virtutum affluere potuit.

Alio quoque modo intelligere absurdum non erit, videlicet ut *desertum* præsentem vitam, *delicias vero istas quibus dilecto affluens ascendit*, sacram scripturam accipiamus. Curenim sacra scriptura *delicia* non dicantur, in qua tantæ diuersitates intelligentiæ, ad profectum animæ veluti in vna mensa diuersa ciborum fercula inueniuntur: Sicut enim inter diuersa fercula, cibus cibo delicatior est, ita in sacrâ scripturâ inter diuersas intelligentias sensus sensu subtilior est: ibi enim legentes modo velut grossior cibus nuda pascit historia, modo sub textu litteræ medullitus quasi subtilior cibus moralis reficit allegoria, modo ad altiora suspendens velut singularis & electus cibus suauiter mentem afficit contemplatio. Quisquis enim *delicijs affluit*, in quadam sui remissione resoluitur, atque à laboris studio quasi ex lassitudine relaxatur: quia nimirum anima cum internis delicijs abundare cœperit, terrenis iam desiderijs incubare minimè consentit, sed amore conditoris capta, & suauitatis captiuitate libera ad contemplandam speciem eius deficiente suspirat, & quasi lassescendo conualefcit; quia dum sordida onera portare iam non valet, ad illum per quietem properat quem amat interiorius. De deserto ergo vitæ præsentis sæculi *anima delicijs affluens ascendit* quia dum sanctarum scriptura-

Per desertum præsens vita, per delicias quibus dilecta affluens ascendit scriptura accipitur.

rum

rum mysticis intelligentijs pascitur, ad superna quotidie contemplan- da subleuatur.

Mens sacra scriptura intenta super dilectum innititur.

Quæ tamen *super dilectum innixa* describitur, quia nisi ipsa sacrae scripturae studiosè inuestigando adhæreat, minimè ad illa sublimia spiri- tualis intelligentiæ capienda ascen- sionis suæ gradum subleuat. *Super dilectum* quippe *suum* mens sacrae scripturae intenta *innitur*, quia dum in ipsa scriptura Deus inuenitur & agnoscitur, quasi super ipsum mens agnoscens & diligentis inclina- tur.

Vox Ec- clesie de profectu animæ sanctæ exul- tantis.

Vox ergò ista potest esse Ec- clesie de profectu cuiusque sanctæ animæ exultantis & dicentis, *quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum* ? ac si alijs verbis dicat, quæ est ista quæ tanto studio dilecto meo Do- mino Iesu Christo meditatione sanctarum scripturarû intenta adhæret, vt earum mysticis intelli- gentijs, veluti quibusdam delicijs affluens, ad amorem vitæ æ- ternæ pro contemplationem po- tens sit ascendere.

Quare mox subiungit. *Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.*

Postquam dilectus dilectam, hoc est fidelem animam pro virtu- tis statu & habitu ipsius munere collato approbavit, repentè ad eam ipsam facit Apostropham, re- ducens ei in memoriam boni status victoriam, quatenus in maiorem

diuinæ charitatis coalescat grati- am. *Sub arbore*, inquit, *malo suscitavi te*: ac si diceret, si animaduertis quid in primo parente fueris, vnde cum toto humano genere quasi ex traduce contraxisti culpam, non frustra mihi studiosius adhærebis, cum attendis qualem te modo fe- cerim, vel quantam contulerim gratiam. *Sub arbore enim malo susci- tavi te*, quia vt in meâ perseuerares gratia, conditionis tuæ tibi for- mam prætendi, & vt sub mea disce- res esse potestate, obedientiæ te le- ge constringi. Quando enim dixi ad Adam, *de omni ligno paradisi come- de, de ligno autem sciendi boni ac mali ne comedas*, quasi adhuc tepidum & ignarum suscitavi, & monui ad rationis benè vtendæ officium, vt disceret se aptare ad disciplinæ, & obedientiæ stu- dium. Sed quid ? transgressus est præceptum, & contemp- sit disciplinæ & obedientiæ bo- num.

Suscitatio fidelis ani- mæ sub ar- bore malo quæ fuerit.

Gen. 2.

Vbi ergo corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua: quomodo? E- ua à seducta sed vita est, persuasit viro, & præsumperunt ambo de ligno vetito: *corrupta est er- go & violata sub arbore mala ma- ter suæ genitrix tua: corrupta in exteriorum sensuum incontinen- tia, violata per consensum spiri- tus & animæ in inobedienciæ culpa; vidit enim & concupiuit, obediuit serpē- tis persuasioni, & tangens de fructu veti- to comedit, & viro comedendum porrexit.*

Vbi mater & genitrix nostra cor- rupta & violata fuerit.

Kk 3 Hoc

Iacobi. 1. Hoc ergo peccatum postquam consummatum fuit, mortem generauit, & huius mortis pœna, quasi de hac tuorum priorum Parentum radice progressa, in totius humani generis posteritatem est diffusa.

Igitur in primis parentibus tuis te suscitauit, & ad virtutum studia prouocauit, sed tui in ipsis parentibus tuis magis ad vitia declinasti, & morti obnoxia fieri non timuisti.

Verum cum tali modo perditus esses, quis te salutem restituit? quis te talem qualis modo videris fecit? nonne ego pro te mortem suscepi, & te ab illa morte redemi? nonne iterum te sub arbore malo, hoc est sub crucis ligno suscitauit, & ad tantam vitæ honestatem & pulchritudinem erexi?

Arbor mali lignum crucis est.

Sed ut hanc vitæ honestatem & pulchritudinem inuiolatam custodias, necesse habes ut in mea charitate forti animo persistas.

VERSUS VI.

Pone me, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio: dura sicut inferus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammæ.

Duo hic signacula proponit dilectus dilectæ, vnum videlicet super eos ponendum, alterum su-

per brachium: quid enim sunt hæc duo signacula cordis scilicet & brachij nisi custodia cordis & custodia operis? de signaculo enim, hoc est, custodia cordis scriptum est, *omni custodia custodi cor tuum quoniam ex ipso vita procedit*: de signaculo verò, hoc est custodia operis scriptum est, *in omnibus operibus memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*.

Et benè hæc duo homini in omni vita sua necessaria sunt, primaque custodia si neglecta fuerit altera petit: nam sicut bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, ita malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. Quicquid enim foras in opus procedit, in corde prius conceptum est, atque ideo si cordis custodia negligitur, ne ratione regatur, quicquid foris in opere ostenditur, irrationabile iudicatur. Si cor ratione componitur, honestum est quod inde in opus profertur, quia secundum statum & qualitatem mentis, omnis actio vel bona vel mala intelligitur agentis.

Quid est ergo quod dicit sponsus sponsæ, pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum? quæ custodia potest esse tuta & secuta sine Deo? nisi enim Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilant qui custodiunt eam: ideoque Psalmista precatur, *custodi me Domine ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me*. Quia verò sicut nihil boni operis absque eo inchoari,

Signaculum cordis & brachij, est custodia cordis & operis.

Prou. 4.

Eccles. 7.

Luc. 6.

Pf. 126.

Pf. 16.

Ps. 126.

choari, sic nec perfici potest, dicit idem psalmista, nisi Dominus aedificauerit domum, in vanum laborant qui aedificant eam: Idcirco etiam necesse est, vt signaculum Dei super brachium ponatur, ne boni operis aedificatio destruat.

Rectè ergo sponsæ dicitur, pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, quia non potest recta cogitare vel facere, nisi diuina gratia aspirante & gubernante; neque hæc ad finem perseuerando producere, nisi eadem gratia se custodiente. Quando enim clausa, & quasi signata sunt opera sanctitatis, ne aliqua prauitate corrumpantur, tunc reuera, signaculum Dei super cor & brachium animæ cuiusque positum, non inconuenienter accipitur.

Signaculum Dei sanctitatis impressio est.

Siue dicamus signaculum Dei sanctitatis impressionem, quæ super cor & brachium cuiusque animæ, sanctè & iustè cupientis viuere ponenda est. Quando enim vita & conuersatio siue doctrina Domini Iesu Christi imitanda, siue obseruanda sanctæ animæ proponitur, rectè signaculum eius super cor & brachium eius figitur, vt

1. Cor. 15.

sicut portauit imaginem terreni, portet & imaginem cælestis. Nonne cum Dominus diceret discipulis suis, discite à me, quia

Matth. 11.

mitis sum & humilis corde, quasi dicere videtur, ponite me vt signaculum super cor vestrum? Ibi

enim quasi figuram mansuetudinis & humilitatis, cordibus eorum impressam relinquere voluit: at verò cum diceret, exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, nonne visus est dicere, ponite me vt signaculum super brachium vestrum? Ibi enim eis relinquere voluit figuram quandam & imaginem bonæ operationis & officiosæ charitatis, quam & ipsi postea suis auditoribus docendo & operando imprimerent. Vnde & Apostolus ad Philipenses scribens, & signaculum siue sigillum sanctitatis ex sua mente eorum mentibus imprimere volens, fratres, inquit, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplina, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.

Ioh. 3.

Philip. 4.

Dicit ergo sponsus, id est Christus, sponsæ suæ, hoc est fidei animæ, pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum; ac si ei alijs verbis dicat, quicquid in mea doctrina, quicquid in meis operibus legis, in mente tua reponere, & actibus comple, vt ex eis formam & imaginem sanctitatis accipias, per quam omnem veteris hominis figuram, quam sub

arbore

arbore malo peccando assumpsit, deponas. Et quare? quia fortis est vt mors dilectio.

Benè & congruè cum præmississet dilectus dicens, pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, continuò subdit, quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut inferus æmulatio, quia cū ipse Deus sit charitas, sicut Iohannes dicit, Deum super cor ponere, est eius charitatem habere, super brachium verò ponere, est per eandem charitatem bonam operari, quia sicut scriptum est fides per dilectionem operatur. Charitas autem radix est omnium virtutum, quia sicut de vna radice multi rami prodeunt, ita de vna charitate multe virtutes generantur. Si ergo charitas multas virtutes generat, & nemo virtutes in se nutrit nisi qui Deum diligit, profectò charitatem habere, Deum est habere, atque idcirco ipsius super cor & brachium positio, bona & honesta est per dilectionem operatio.

Quid est autem quod Deum incarnari & mori fecit, nisi charitas? sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam: itaque, vt signaculum super cor & brachium suum, vnaquæq; fidelis anima Deum ponit, quando ad imitationem ipsius, sicut ipse pro ea animam posuit, ita ipsa pro eo laborare, & si causa poposcerit, mortem quoque subire non dubitet. Vnde bene ipsa dilectio fortis, vt mors dicitur, quia mentem que verè

Deum diligit, tanta vi accendit, vt pro eo mori non dubitet, quem aliquo amore rei sæcularis ostendere timet. Ipsa .n. charitas que perfectè possederit, ab amore rerum sæcularium funditus occidit: fortis ergò est vt mors dilectio, quia sicut mors vitam temporalem perimit ita dilectio Dei in mente iusti amorem huius mundi interficit, & quem intus perfectè charitas imbuerit, ad exteriora omnia carnaliter appetenda velut insensibilem reddit.

Dura quoque sicut inferus æmulatio est, quia imitatio operum Christi tam valida est à peccatis hominem absolueret & iustificaret, sicut inferus est validus peccatores cruciare: quæ tamen æmulatio ex ardore charitatis procedit, quæ tantam vim doloris ex desiderio supernæ importat, sicut inferus ex recordatione malorum suorum peccatoribus quos cruciat.

Vnde subditur, quia lampades eius lampades ignis atq; flammarum, vt in electorum cordibus ipsa charitas, non simpliciter calor, sed ignis & flamma esse intelligatur.

VERSUS VII.

Aque multe non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Quia tanta vis eius est, in mente cuiusque Sancti, vt sicut immensum

I. Ioh. 4. Deum super cor ponere, est charitatem habere, super brachium ponere est per charitatem bonam operari.

Gal. 5. Greg.

Ioh. 3.

Dilectio quare dicitur fortis vt mors

Charitatis præconiū.

Æmulatio cuius dura sicut inferus dicitur

Charitas non simpliciter calor sed ignis & flamma est.

mensum ignem æquæ non possunt extinguere, ita feruorē charitatis à mente sancti, multæ tribulationes mundi non possunt auferre: vnde quidam qui hoc igne charitatis ardebat dicit, qui nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia, persecutio an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos: certus sum enim, quia neque vita neque mors, neque

Rom. 8. Angeli neque principatus, neque potestates neque virtutes, neque dominationes, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Vnde rectè subditur, quasi dederit homo omnem substantiam domini sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Charitas facit terrēna omnia despiciere.

Cur enim sancta anima, pro amore Dei omnem substantiam suam non despiceret, quæ semetipsum ita despicit, vt propter eandem charitatem Dei, mortem non timeat? Si enim omnia illa quæ Deus non est, causa dilectionis eius despicit, quid est quod eidem dilectioni præponere possit? cumque nihil sit in cælo, quod charitati quæ Deus est, ipsa præponat, profecto non parum sed nihil est si omnem substantiam propter eam despiciat. Sequitur ergo summum bonum esse charitatem, si nullum bonum ei præponi potest.

Charitas summum bonum est.

VERSVS VIII.

Soror nostra paruula est, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostre in die quo alloquenda est?

Quia supra Dilectus charitatis eminentiam commendauerat, & quale vel quantum bonum ipsa charitas esset, ostenderat, quomodo ad eam perungi possit, nunc demonstrare intendit; quia cum tantæ sit excellentiæ, tantæ dignitatis, non facilis est via apprehendere illam, & tenere in pace perpetuæ securitatis. Necessaria ergo sunt ad eam obtinendam constantia vel fortitudo animi, scientia sanctarum scripturarum, & perseverantia boni operis. Quare dicit dilectus de dilecta, hoc est Ecclesia, siue qualibet sancta anima quam sororem appellat, propter fidem & bonam operationem, quia paruula sit, & vbera non habeat; datque protinus consilium, quid pro hac imperfectione sit agendum.

Ad charitatem obtinendam necessaria sunt, fortitudo animi, scientia scripturarum, perseverantia boni operis.

Soror, inquit, nostra paruula est: vnde paruula est? quia adhuc, tenera est in fide, in sensu, in verbo, & ratione, in mentis fortitudine, & bonæ vitæ actione. Et vbera non habet: quomodo vbera non habet? intellectum sacre scripturæ, quæ in duobus testamentis continetur, nondum habet, quia quamuis legat & audiat, quod

Paruulam esse & vbera non habere fidelē animam, est teneram esse in fide & intellectu scripturæ care-re.

litera ostendit & sonat, nondum tamen scientiam spiritualis intelligentiæ accepit, in qua omnis vis & ratio rectè loquendi & disputandi consistit, sine qua nec docendi nec prædicandi virtus obtineri potest. Quapropter prius *euacuare debet quæ sunt paruuli*, & ad perfectionem tendere credendo & operando, vt postquam vbera habuerit per integram cognitionem duorum testamentorum, tunc demum officium docendi & prædicandi congruè arripere possit.

1. Cor. 13.

Quid ergo faciemus, inquit, *sorori nostræ*, in die quando alloquenda est? *Cum soror nostræ adhuc paruula sit*, atque idè alloqui non possit, crescat tamen quotidie, & ad perfectionem cupiat peruenire, quando tempus eam alloquendi venerit, dicatur ei, *surge prope amica mea, ostende mihi faciem tuam*, *sonet vox tua in auribus meis*, quale inueniemus consilium in die discretionis iam habitæ, intelligentiæ quoque & scientiæ, ac vitæ honestæ?

Cant. 2.

VERSUS IX.

Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

DVæ sunt Prælatorum qualitates, vna eorum qui publicæ prædicationis officio intenti,

contra hæreticos & quosque reprobos, *se quasi murum pro domo Israel*, hoc est, Ecclesiâ, *opponunt*: altera eorum qui solum Doctoris officium gerentes & contemplatiuæ vitæ inhærentes subiectos suos ad bonæ actionis studium, verbo & exemplo accendunt, quibus sunt quasi *ostium*, quando eis introitum regni cælestis rectè docendo & benè operando ostendunt.

Prælatorum
duæ sunt
qualitates.
Ezech. 13

In ecclesiâ
alij murus
alij ostium
sunt.

Quid ergo faciemus sorori nostræ, in die tali quando alloquenda est, & admonenda, vt iam surgere incipiat ad prædicandum siue docendum? Duo eam oportet habere huic officio necessaria, *murum* videlicet & *ostium*, vt sit constans & docta, hæreticis resistens & populum Dei erudiens: *murum* enim habebit pro defensione, *ostium* pro introductione.

Si ergo murus est, quid faciemus? *ædificemus*, inquit, *super eum propugnacula argentea*: propugnacula enim sunt necessaria contra hostium insidias, sed quare argentea? quia *eloquia Domini argentum igne examinatum*. Propugnacula ergo argentea diuinorum eloquiorum sunt munimenta, quæ in mente Prædicatoris per scientiam sanctarum scripturarum sunt ædificanda. *Si, inquit, murus est, ædificemus super hunc murum propugnacula argentea*; si, inquit, inter aduersa & prospera spiritum habet fortitudinis

Psal. II.
Propugna-
cula argen-
tea diuino-
rum elo-
quiorum
sunt muni-
menta.

dinis & tantæ constantiæ, vt quasi murus stet pro iustitiæ defensione, domus ei etiam sanctarum scientiam scripturarum, ex quarum sententijs velut quibusdam propugnaculis, contra hæreticorum siue peruersorum hominum prauitates dimicare, & veritatis rationem defendere possit.

Porro si ostium est, & ad hoc studiosa inuigilat, vt auditores suos verbo vitæ erudiat, & ad bonum viuendi modum introducat, quid faciemus? *compingamus*, inquit, *illud ostium tabulis cedrinis*: pictura enim literas nescientibus pro lectione est. *Quæ est ergo materia picturæ huius, quæ in hoc ostio ponenda est, nisi vita & conuersatio Sanctorum?* quando enim quisque Prælarus, causa ædificationis subiectis suis proponit exempla Sanctorum, profectò in eorum mentibus quasi pingit, quid amare, quid timere, vel qualiter vitam suam ad eorum imitationem componere debeant.

Picturaliteras nescientibus pro lectione est.

Tabulæ cedrinæ sanctorum defignant.

Vnde & ipsa pictura tabulis cedrinis dicitur componenda; Cedrus quippe impurribilis est naturæ, & idcirco tabula cedrinæ rectè sancti intelliguntur, quia nulla vitiorum putredine corrumpuntur, imò bono odore replent Ecclesiam quia Christi bonus odor sunt in omni loco.

Tabulis cedrinis ostium compingitur, quando quisque Prædicatorum, prædicationem suam vir-

tutibus Sanctorum quos pro exemplo inducit, confirmat, vt æternæ vitæ ianuam vel imitantibus aperiat, vel contemnentibus claudat.

quando prædicatio, virtutibus Sanctorum pro exemplo inductorum confirmatur.

Igitur sancta Ecclesia siue sancta quælibet anima, quæ ad sponsi sui dilectionem tendit, dum adhuc paruula & tenera est in fide & scientia, in moribus & disciplina, si perfectionem illam adipisci desiderat, quæ plenam in se Dei charitatem pariat, necesse erit cum animi constantia diuinorum eloquiorum habere propugnacula, in doctrina quoque & bona vita, felici stare perseverantia. Cum enim vbera prædicationis & doctrinæ habuerit, vt alios quoque nutrire & ad perfectionem perducere possit, quasi ex debito videtur debere, vt hoc quod ex Dei gratia habet, proximis etiam communicet, sicut dicit Apostolus, *quia Græcis & Barbabis, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me, promptum est & vobis qui Romæ estis euangelizare.* Vnde mox post adeptam scientiæ gratiam, ad ostium prædicationis sponte se exhibens sponso suo constanter respondet, *ego murus, & vbera mea sicut turris.*

Rom. 1.

VERSUS X.

Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

CAusam enim collatæ sibi gratiæ ostendit, videlicet *reperitionem pacis*, per quam ad profectum sui & aliorum constanter prædicando & operando tēdere satagit: cum enim *malitia sit vita hominis super terram*, quando est in pugna, & aduerfantium vim patitur, quomodo pro aliorum defensione staret, qui pro sua ad huc laborat? Necessè ergò habet primo in seipso sentire pacem & quietem, & intimam adipisci securitatem, & tunc demum ad defensionem aliorum *murum esse*, primò scire se ipsum instruere, regere, & docere, deinde ad aliorum profectum vbera suæ doctrinæ extendere, quod etiam cuiusdam pacis signum est, quia cum mens propter ignorantiam laborat, & pro scientia adipiscenda secum confligit, adepta iam scientia, postquam diu secum pugnat, magnæ profectò fructum pacis & quietis assecuta esse comprobatur.

Quia illum docere cupit prius seipsum docere debet.

Quam ergo pacem dicit se reperisse, & vbi? nimirum pacem illam qua exuperat omnem sensum, quam ipse sponsus suis amatoribus reliquit dicens, pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: quæ enim pax isti paci præfer-

Philip. 4.

Ioh. 14.

ri potest, quæ hic quidem incipit, sed ibi aternaliter manet? ipse namque Christus pax est, de quo dicit Apostolus, *ipse est enim pax nostra qui fecit vtraque Eph. 2. vnum*; vnde & hanc dicit se reperisse coram eo. Ex quo, inquit, *facta sum coram eo quasi pacem reperiens: ibi enim pacem reperit, vbi e-* ^{Vbi sponsa pacem reperit.} um qui vera pax est, præsentem agnouit. Quomodo autem eum reperit præsentem & agnouit: quomodo verò eo præsentem pacem inuenit? tali nimirum modo, quo ipse docuit qui suis dicit, *habete sal in vobis, & pacem habete Marc. 9. inter vos.* Docturus enim de pace habenda, non sine causâ præmisit *habete sal in vobis*: nullo quippe modo pacem istam consequi quis potest, nisi mentem habuerit sale sapientiæ conditam; vt enim quidam dicit; *sapientia est stultitia caruisse*, quia sicut sal aufert putredinem à carne, sic sapientia stultitiam à corde: condimento autem ^{Sal sapientiam denotat.} sapientiæ oblata stultitia à corde, quæ generat putredinem vitiorum, citò ad pacem istam pertingitur, quâ inter carnem & spiritum omnis pugna sopitur, nihilque caro desideret quod spiritui repugnet: sicque pace ista in hac vita reperta, ad illam quandoque perueniet, quæ nullo est fine aufferenda. Quomodo autem pugna ista auferrur, vt pax

Ioha. 16. pax concedatur, nisi coram eo. nisi presente illo qui suos sic pugnatos consolans dicit, *cōfidite, ego vici mundum; ac si diceret, quia ego vici, per me & vos vincetis?*

Rectè ergò spōsa dicit, *ex qua facta sum coram eō, quasi pacem reperiens, ego murus, & vbera mea sicut turris: quia ex quo eius gratia viri carnales affectus, & spiritali sum pace confortata, possum pro aliorum quoque salute stare, & verba exhortationis constanter edicere. Vbera nempe mea sicut turris, quia tantum ex diuina gratia in verbo exhortationis excreui, vt possum iuxta Prophetam montem excelsum ascendere, & exaltare in fortitudine vocem meam, vt euangelizem Ierusalem. Nèpè murus sum ad defendendum & custodiendum populum Dei, & vbera mea sicut turris, vt possum ex alto prospicere, & à longè futura annuntiare.*

Quare spōsa vocetur murus, & vbera sua sicut turrem. Esa. 40.

VERSUS XI.

Vinea fuit pacifico in eā qua habet populos: tradidit eam custodibus; vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Magnoperè considerandum, quis iste pacificus, vel quæ sit vinea pacifici, qui verò populi, vel qui custodes, siue quis fructus vinea istius.

Christus quare dicitur pacificus. Psa. 75. Pacificus iste Dominus est Iesus Christus, propter causas superius prænotatæ prænotatæ pacis: pacificus appellatur, cuius in pace factus est locus, quique nos in pace vocauit,

soluens inimicitias in carne suâ, legem mandatorum in decretis euacuans, vt duos cōderet in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem, vt reconciliaret vtrosq; in vno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, & veniens euangelizauit pacem his qui longè, & pacem his qui propè. Ephes. 2.

Illuminato oculo interioris hominis diligenter inspiciendum, quā congruè, quā verè, & vnice pacificus iste sit, qui tales & tantas, tamque longas inimicitias soluit in carne sua, factâ reconciliatione per sanguinem suum inter Deum & hominem, non temporali sed æternâ, cuius reconciliationis miranda & adoranda maiestas tunc magis agnoscitur, quando inimicitia quæ, litas & quantitas pensatur. Quantâ enim inimicitiam primus homo contraxit erga Deum per inobedientiæ malum, vt non solum felicitatē illam paradyfi, in quo positus erat amitteret, verum etiam mortem præuaricationis vlticem suscipere? Sed huius inimicitia pōdus per successionem humanæ propaginis ex augmento malitiæ & nequitia succreuit, vt ipse conditor sicut dicit scriptura, *tactus dolore cordis intrinsecus diceret, pœnitet me fecisse hominem, & idcirco data iudiciali sententia, excepto Noe qui tunc solus cum vxore & filijs saluatus est, vindice aqua totus consumptus sit mundus.* Gen. 6.

Quis autem huius tantæ inimicitia pondus resolveret? nunquid

Non Angelus sed solus Deus potuit pro peccato Adæ satisfaccere.

Pax temporalis in natiuitate Christi cuius figura fuerit. Luc. 2.

Salomon figura huius fuit Pacifici Christi.

Angelus? sed angelus æque vt homo creatura Dei gratia Dei indigebat, & creatura creaturam ab huiusmodi necessitate liberare non poterat. Venit ergo ipse conditor creaturæ, nullius indigens, omnipotens, & huius inimicitæ parietem destruere, reconciliationis autem & pacis veræ æternum pactum statuere sine aliquo obstaculo omnimodis sufficiens. Qui quoniam per diuinitatem videri non potuit, vt visibilis fuerit, per humanitatem venit, cui nascenti signo temporalis pacis totus occurrit mundus, annuntians & prædicans insigne illius summæ & æternæ pacis per eum constituendæ; vnde & in eius natiuitate clamabant Angeli, *gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

Quis ergo magis & verè pacificus, quam iste talis & tantæ pacis æternæ conditor æternus? Salomon quidem qui ex nomine suo dictus est *pacificus*, Salomon quippè interpretatur *pacificus*, temporalem pacem Rex temporalis Deo concedente habuit, quatenus domum Deo nullo impediante ædificaret, sed suo nomine, & opere, & tempore hunc verum pacificum præcessit, sicut nox diem, umbra veritatem, qui vt sibi domum sanctam videlicet Ecclesiam conderet, signum huius mirandæ & conseruandæ pacis quasi in funda-

mento posuit, *pacem*, inquit, *relinquo vobis, pacem meam do vobis.*

Ioh. 14.

Huius pacifico fuit vinea, sancta videlicet Ecclesia, quæ idcirco non incongruè vinea nuncupatur, quia si cultura siue natura vineæ attenditur, non paruam sui profectus vtilitatem, ex eius similitudine sibi attrahere videtur. Quis nempe modus est culturæ quæ vineæ adhibetur? putationis tempore recisis inutilibus sarmentis quasi purgatur, deinde circumfossa erigitur, & ad palos religatur; porro si naturæ eius qualitatem attendas, videbis quia primò viuam defigit radicem, deinde quia flexibilis & caduca est, quasi brachijs quibusdam, ita clauiculis quicquid comprehendit, stringit, hisque se erigit & attollit. Quænam est in Ecclesia siue in qualibet anima putatio, nisi vitiorum de cordibus amputatio? quæ autem circumfossio, nisi per compunctionem & confessionem peccatorum, ad mentem reductio? quasi enim sarculo quodam compunctionis moles terrenorum operum ad memoriam reducitur, vt per confessionem & satisfactionem mens exonerata, melius in bonis actibus fructificare possit. Quid autem agit huius officij minister qui penitentem suscipit, eique confitentem modum penitentia imponit? manu certè consolationis & spe diuinæ miserationis erigit, & quale deinceps

Vinea pacifici id est Christi Ecclesia est.

Modus culturæ vinearum quomodo Ecclesiæ conueniat.

Officium Confessorij.

inceps vitæ propositum teneat, per sanctorum exempla proponit, quibus se quasi ad palos religatus, ne cadat sustentare debeat,

Iuxta naturam vitis profectus Ecclesiæ consideratur.

Porro iuxta naturam vitis, Ecclesiæ siue cuiuslibet animæ profectus consideratur, quia postquam fidei radice plantata & fixa fuerit, repressa humilitatis propagine, ne aliquibus procellis vel tempestatibus sæculi possit reflecti siue deduci, quasi clauiculis & circulis, amplexibus charitatis proximos quosque complectitur, & in eorum compunctione requiescit.

Talis ergo vinea fuit vero pacifico, Domino nostro Iesu Christo, non quod modò non sit, vel in futuro esse non debeat, sed fuit dictum accipere debemus in præscientia & prædestinatione ipsius, sicut alibi scriptum est de omni creatura, quod factum est, in ipso vita erat, quia in eius præscientia omnia iam erant & viuebant, quemadmodum in mente alicuius artificis rei faciendæ forma vel exemplar est, cuius similitudinem manus operantis imitatur, ut rem in apertum producat.

Ioh. 1.

Act. 4.

Vinea autem fuit in ea, subauditur pace, quæ habet populos, quia Ecclesia non de vna gente Iudæorum, sed de omnium est nationum populis collecta, in vnitatem fidei, dilectionis &

pacis, sicut scriptum erat eis cor vnum & anima vna: porro notandum quod non dicit, in ea pace quam habent populi, sed quæ habet populos, ut magis attendatur gratia vocantis, iustificantis, glorificantis, quam labor & studium volentis, currentis, comprehendere nitentis; quia sicut dicit Apostolus, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: ipse est enim pax nostra qui fecit vtraque vnum, & ea pax quæ exuperat omnem sensum. Cum ergo ista pax habet populos, non potest aliquod schisma, siue aliqua dissensio vnitatem fidei illorum irrumperere, quin firmiter in ea pace ita cohæreant, ut electissima vinea vero pacifico Domino nostro Iesu Christo fiant: nam si ipsi haberent pacem sine habente eos pace, non firma radice tenerentur, quia illi paci complantati non essent, in qua in idipsum dormirent, & requiescerent. Quæ dormitio & requies post hanc vitam datur in idipsum, quia videbimus eum sicuti est, & non est ibi transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, sed pacem quam semel acceperimus, in æternum sine aliqua permutatione seruabimus.

Vinea Domini bur in ea pace dicatur esse quæ habet populos.

Rom. 9.

Eph. 2.

Philip. 4.

in Ps. 4.

1. Ioh. 3.

Iacobi. 1.

Sed hos populos quos habet ista pax, quamuis primo loco accipere debeamus vniuersalem Ecclesiam ex Iudæis & gentibus congregatam, secundo tamen loco non incongruè accipere possumus particularem Ecclesiam, per diuersa professio-

Per populos quos habet pax vniuersalis & particularis Ecclesia accipitur.

fectionum genera in ipsa vniuersali constitutam, quæ etiam *vinea Domini* potest dici, & eadem pace & vnanimitate debet colligari. Porro si ad indiuidua descendamus potest non absurdè dici *vinea Domini* aliqua fidelis & Deo seruiens anima, cuius cultor Spiritus sanctus est per gratiam, quoniam secundum formam superius positam, quam vniuersitati diximus congruere, singulari quoque non inconuenienter videtur competere, videlicet vt hoc eius sit studium vitia & peccata veluti inutilia sarmenta manu pij laboris per cooperatricem gratiam rescindere, terrena opera per compunctionem & confessionem, quasi per circumfessionem ad mentem reducere, sicque pœnitendo & bona opera agendo acceptum Deo fructum adferre.

Vinea Domini anima fidelis est.

Custodes vinearum sunt Apostoli eorumque successores.

Tradidit eam custodibus, custodes huius vinearum, hoc est sanctæ Ecclesiæ, fuerunt sancti Apostoli, siue eorum successores Apostolici viri, quorum studij & diligentia fuit, eam in sanctitate & iustitia erudire, & à malorum operum atque prauorum dogmatum peste, verbo & exemplo defendere, non quod eorum proprij fuerit operis, quicquid in hac custodia consecuti sunt profectus, sed quod ministri & officiales fuerint diuinæ operationis & efficientia, sicut dicitur à Domino in

Num. 6. Numeris ad Aaron; vos ponite nomen meum super filios Israel, ego Dominus benedicam eos: ac si alijs verbis dicat,

vos per ministerium vobis traditum gratiam meam verbo & opere transfundite hominibus, meum erit, ipsius gratia bonum in eis ostendere & ad effectum perducere.

Verbum autem *traditionis*, quod hac enuntiatione prolatum est, non absque formidine attendendum, omnibus Ecclesiarum Prælati atque eorum subiectis, quia & illos ad prudentiam, & istos ad obedientiam virtutem cautos & sollicitos esse præmonet. Loquitur autem Prælati Apostolus, attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo: porro subiectis, obedite, inquit, propositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris, vt cum gaudio hoc faciat, non gementes, hoc enim non expedit vobis. Vos ergo hoc est Prælatos, cum sollicitudine, prouidentia, & istos, hoc est subiectos cum humilitate, obedientia attentos facere debet, propter verbum *traditionis* huius, quo dicitur, *tradidit eam custodibus*.

Si ergo Deus Ecclesiam suam tradidit custodibus, valde timendum est, ne, si custodes custodiam negligunt, & custodiendi custodes despiciunt, vel custodiae repugnant & detrahunt, illum qui custodes posuit, & custodiam statuit, grauius offendant. Isti nempe custodes Deus speculatores appellat, sicut ipse Prophetæ loquitur, speculatorem dedi te domui Israel, quæ vides, annuntiabis eis ex me;

Prælatos Ecclesiæ quam deccat esse attentos super sibi commissos, & subditos è contra obediētes

Aët. 20.

Hebr. 13.

Periculum Prælatorum quantum sit.

Ezech. 3.

me, quæ vides, inquit, annuntiabis esse ex me, hoc est, quæ oculo mentali intelligis, siue oculo corporali aspicias, corrigenda vel emendanda annuntiabis eis, exhortatione, consilio & præcepto, ex me, hoc est secundum rationem & modum quem tibi aspirando præmonstrauero. Et in huius custodiæ traditione ipsis custodibus siue speculatoribus periculum, & modum euadendi periculum Deus proponit, dicens, *si dicente me ad impium morte morieris, & non annuntiaueris ei, ipse quidem in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Ecce periculum: Modus verò euadendi periculum istud, sequitur in eo quod dicit, *si autem annuntiaueris impio, vt ab iniquitate sua conuertatur, & ille tenon audierit, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autē animā tuā liberaſti.* Hoc ergo custodibus, hoc est Prælati in Ecclesia periculum pro negligentia, securitas pro vigilantia proposita est, vnde maior eos cura & sollicitudo erga officium sibi creditum tenere debet.

Modus euadendi periculum Prælatorum.

Ezech. 3.

Subiectorū quantum sit periculum ex inobedientia & contemptu Prælatorum.

LHC. 10.

Porro priuatorum siue subiectorum non minus, imò grauius est periculum pro contemptu & inobedientia; quia cum Prælati ex infirmitate & negligentia plerumque peccent, isti ex superbia & temeritate delinquant, & illorum contemptus & reuerentia Dei est contemptus siue reuerentia sicut ipse dicit, *qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit:* & ad Pro-

phetam, quem dicit se speculatorem domini Israel dedisse, ideo, inquit, *te non audiunt, quia audire me nolunt, quia domus exasperans est.* Mala & metuenda appellatio, vt domus indisciplinatorum & inobedientium, domus exasperatrix nuncupetur, & alio loco *dura ceruice & incircumcisi corde* dicantur, quia spiritui Sancto resistent. Qui enim verbo disciplinae & honestatis resistent, Dei verbo resistent, *verba autem Dei spiritus & vita sunt*, atque ideo Spiritui Sancto resistent. Vnde Propheta quia Dei verbo resistere damnabile vidit, *bonitatem & disciplinam se doceri à Deo postulauit, eò quod mandatis eius crediderit & obediens fuerit.*

Præcepit autem sermo diuinus in sacra lege de filio contumaci & proteruo atq; inobediente, vt apprehensum parentes ducant ad seniores ciuitatis & ad portam iudicij, ne scilicet suam præcipitent sententiam, sed sapientes adhibeant in testimonium: nam scire debent, quia prima generis nostri quam omnes luimus culpa est inobediētia, & quia cōtumacibus & proteruis nullam iustitia Dei reponit veniam, sed sicut scriptum est, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Semper enim rales ad portam Iudicij examinandi sunt, vt si in sua contumacia vel temeritate permanserint, & obedire noluerint, à consortio fratrum eijciantur; si verò pœnituerint, & humiles & quieti fuerint,

M m

rint,

Ezech. 3.
Domus exasperans domus inobediētiū est.

Act. 7.

Ioh. 6.

Psal. 118.

Deut. 21.
Lex veteris testamenti de filio inobediente.

I. Pet. 5.

Porta iudicij in Ecclesia qua sit ad qua in obediētes examinari debent.

rint, denuo recipiantur. Hæc est enim porta iudicij in ciuitate Dei hoc est sancta Ecclesia, vt contumaces & rebelles si corrigi nolunt, ferro excommunicationis tanquã putrida membra à corpore Ecclesiæ præcidantur, de quibus scriptum est, à nobis quidem exierunt, sed non erant ex nobis: porò pœnidentes & suæ malitiæ finem imponentes, tanquam curata & sanata membra in corpus Ecclesiæ reponantur. Igitur cætera quidem peccata toleranda sunt in domo Dei, contumaces autem & proteruos filios, seueritas Patrum sapientum obruit, vt auferat malum de medio sui, cum autoritate legis Domini quam memorauimus; imò proprio exemplo Dei, qui inobedientes primos homines de paradyso expulit.

Verbum igitur traditionis, quod de Domino vineæ pronuntiatur, non negligenter sed diligenter & cum timore cogitandum & pensandum est, quia vtrobique neglectum vel contemptum, siue à Prælati siue à subiectis ad tradentis respicit iudicium. Vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Diligens & studiosus inspector huius Capituli perpendere debet, quis vel qualis, aut quantus sit huius vineæ fructus qui tanti prætij æstimatur, vt pro eius assecutione non decem, aut viginti, aut triginta, sed

determinatè mille sunt argentei deferendi, & qui hos deficiens, comparare hunc fructum possit non quilibet potens & diues, siue officialis vel priuatus, sed absolutè vir dici, & esse debeat.

Quis igitur fructus est iste? nimirum quidã ille qui velut tribus pulchritudinis coloribus depingitur, videlicet potètia, sapientia, bonitate: potentia quidem qua nihil efficacius, sapientia qua nihil rationabilius, bonitate qua nihil dulcius. Nam potentia nulla impossibilitatis vel infirmitatis lege constringitur, sapientia nihil admittit quod rationis virtute careat, bonitas tanta dulcedinis multitudine affluit, vt nihil supra. Præterea huiusmodi fructus attactus & vsus efficax & saluberrimum sanitatis toti homini præbet experimentum. Sed vbi hoc in creaturis & visibilibus inuenitur? nunquid in Angelis? scriptum est autem, quia & in Angelis suis iniquitatem reperit. Creatura enim corruptioni & mutabilitati subiacere potest, quod autem non potest, immutabile & incorruptibile esse necesse est.

Porò tres pulchritudines huius fructus diximus tales esse, vt nihil supra se suscipere possunt, potest tamen aliquid infra esse, quod ex earum affectione vel participatione dicatur aliquo modo potens, sapiens & bonum esse, sed

Fructus vineæ Dei, Deus est.

Iob. 4.

Fructus vineæ Dei tres habet pulchritudines.

Iob. 2.

Gen. 3.

sed non substantialiter potentia, sapientia, bonitas. Quod enim susceptibile & participabile est, non idem est quod suscipiens & participans: nam suscipiens & participans est, quando nec suscipit nec participat, atque ideo mutabilitati subiacet & potest corrumpi: porro susceptibile & participabile in sui semper essentia immutabiliter consistens nunquam potest corrumpi; nulla autem creatura susceptibilis & participabilis est. Deus igitur est. Cum ergo quærimus, *quisnam fructus huius vineæ sit*, & omnes eius virtutis & pulchritudinis circumstantias attendimus, procul dubio Deum esse postremo concludimus. Susceptione autem ex participatione hoc consequitur rationalis creatura, ut quandoque transeat in incorruptionem & immutabilitatem, non naturâ, sed gratia, atque ita ex homine operante & Deo cooperante, quasi nascitur & crescit fructus iste, qui est premium omnium ad Dei regnum pertinentium, & appellatur vera beatitudo. Vera autem beatitudo ipse est **D E U S**, quem habere & quo frui æternaliter esse verè beatum esse. *Fructus igitur iste D E U S est.*

Creatura quomodo in corruptio- nē suscipiat.

Esa. 63.

Fructus vi- mez Dei qualis sit, &

Porro de qualitate huiusmodi fru- tus quid dicemus, cum de ea

scriptum sit, quod *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit*: Veruntamen superius eundem fructum tribus distinxi- mus coloribus, quod magis ad qualitatem pertinet, non quod differentia colorum diuersum faci- at fructum, sed quod hæc diuer- sitas ita inseparabiliter vni sub- stantiæ cohæreat, ut nullam pro- prietatis virtutē & efficaciam aliquo modo adimat. Sicut enim, verbi gratia, in vno aliquo subiecto tres conueniunt colores, & vnus nomen habet ut dicatur rubeus, alter albus, tertius viridis, vna tamen sub- stantia & eadem est, quæ hos continet; sic in isto fructu, cum aliud non sit potentia, aliud sapi- entia, atque aliud bonitas, vnus tamen & idem est fructus, & v- nam atque eandem virtutem & efficaciam ubique habet, videlicet posse, sapere, vegetare, quæ tamen efficiunt ut nihil boni sit, quod eius plenitudini desit.

quomodo à quidditate eius differat

De quantitate verò huius fructus quid dicendum est, cum tanta immensitatis sit, ut nullo circum- scribatur loco, nullo concluda- tur termino? videtur tamen quæ- dam spatia habere, non secun- dum se, sed secundum participans: nullum autem huius rei partici- pans esse potest, nisi rationa- lis creatura. Porro rationa-

Fructus vi- nez Dei quâ- tus sit.

Rationalis creatura, a- lia spiritua- lis alia cor- poralis.

lis creatura, altera spiritualis est, ut Angelus & anima, altera corporalis ut elementa, & quæ ex his composita sunt. Sed quia non est huius loci de corporalis rei dimensionibus disputare, quæ linea, superficie, vel solido corpore constituentur, fructus autem iste de cuius

Ioh. 4.

quantitate dicere cœpimus, non corporalis sed spiritualis est; *Deus enim Spiritus est*, de cuius quantitate quia incomprehensibilis & incircumscriptus est, nec cogitare nec dicere aliquis potest, videamus tamen nunc, quæ sint spatia quæ habere potest non secundum se, sed secundum participans.

Deus non secundum se, sed participans spatia sua habere possit.

Quicquid enim honestatis, sanctitatis, bonitatis, disciplinæ vel scientiæ habere potest participans anima, de participabili Deo quasi per profluentem in se gratiæ sumit vigorem; atque per hoc videtur habere participans aliquid longius vel breuius, latius vel angustius, altius vel inferius, secundum quod illi placet distribuere, qui *dat unicuique gratiam secundum mensuram fidei*. Vnde Apostolus ad illos loquens quos ad huiusmodi dimensiones suscipiendos hortabatur, *in charitate*, inquit, *radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, altitudo, & profundum.*

Rom. 12.

Quia verò fructus iste, de quo loquimur, de radice charitatis nascitur & crescit, & ad maturitatem quasi ad perfectionem pervenit, non quantum ad capabilem Deum, qui semper perfectus, sed quantum ad capace[m] hominis mentem, qui augmento & detrimento subiacet, ut hoc modo proficiendo Deum quandoque comprehendat, cum quo suo modo perfectus & incommutabilis fiat, primo videamus de ipso nostro Domino Iesu Christo, quomodo iuxta humanitatem de radice charitatis omnes has in se suscepit dimensiones, longitudinem videlicet, latitudinem, altitudinem, & profundum: *quis enim maiorem eo charitatem habuit, qui animam suam pro quibus suis posuit?*

Ioh. 15. 10.

Si autem ponamus oculos mentis, in genere & qualitate passionis eius, videbimus omnes has dimensiones in ea venerabiliter & laudabiliter contineri, & hoc exemplo omnem Christianam animam utiliter promoueri. In figura quippe crucis, notandæ sunt quatuor dimensiones istæ, scilicet longitudo, altitudo, latitudo & profundum, quæ ex radice charitatis Christi in totum protenduntur mundum, significantis & monentis omnem animam, quæ eius passione redempta fuerit, si prædictum fructum hoc est æternam beatitudinem consequi voluerit, eiusdem charitatis dimensionibus, iuxta modum & mensuram sibi concessam, ad eam pertingere debere.

Christus in cruce quatuor dimensiones charitatis, longitudinem, latitudinem, altitudinem, & profundum habuit.

Fructus vineæ Dei procedit de radice charitatis.

Quia verò fructus iste, de quo loquimur, de radice charitatis nascitur & crescit, & ad maturitatem

LATA

Lata enim debet esse charitas, quia usque ad dilectionem inimicorum extendi debet, sicut Christus in cruce pendens pro inimicis oravit, dicens, *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciant: longa debet esse, quia non horaria, sed usque ad finem vitæ, sicut de Christo scriptum est, cum dilexisset suos, in finem dilexit eos; tantam quippe perseverantiam debet habere charitas, ut pro nullâ tribulatione vel angustia deficiat: alta debet esse, propter causam finalem, ut scilicet attendat propter quid agat vel patiat, hoc est propter æternam beatitudinem, quæ est fructus iste, de quo loquimur, propter quem semper sursum intendere, & in cælo conversationem habere monetur: profundum debet habere, quia nunquam absque timore debet esse, sed semper attendere, quod quicquid ex latitudine, longitudine, & altitudine consequitur, non ex suis meritis, sed ex Dei misericordiam habet, & ideo quia ignorat occultum & profundum Dei iudicium, quare vnum eligat, & alterum repellat, & semper finis incertus est, dum multi vocantur, pauci eliguntur, nunquam sine timore debet esse.*

Itaque quoniam in Christo habitat omnis plenitudo corporaliter, & ei non ad mensuram dat Deus spiritum, omnes autem sancti de plenitudine eius accipiunt, gratiam pro gratia; videntur ad harum dimensionum spatia,

suo quique modo vel mensuram pertingere, secundum quod eis dat, qui plenarie habet, & de sua plenitudine dare potest quantum voluerit.

Porro quia charitas veluti centrum in medietate posita omnes quasi per circumferentiam virtutes tangit, omnis enim virtus ex radice charitatis descendit; cumque omnis motus sex species habeat, fit namque ante & retro, sursum & deorsum, dextrorsum sinistrorsum; ad quamcunque partem mens hominis intentionem dirigit pro consequendo eiusmodi fructu, semper originem omnis boni motus à charitatis vigore accipit. Et quia ipse homo minor mundus dicitur, ad instar maioris mundi quatuor constat elementis, quatuor quoque mensuratur partibus, quibus continetur totus, si ad Dei similitudinem conferendam fuerit institutus, videlicet prudentia, iustitia, temperantia, fortitudine.

His quatuor partibus à centro mentis, hoc est charitate æqua distantiam porrectis, quicquid virtutis in anima potest esse, quasi circumferendo tangis & concludis.

Hæc ergo aliquo modo esse potest mensura siue dimensio, quam potest habere fructus iste participabilis, non secundum se, ut dictum est, sed secundum participans, ut quandoque à participante sicuti est adeptus,

Charitas aliarum virtutum centrum est.

Homo minor mundus dicitur.

Mensura fructus virtutis Dei quæ sit.

Luc. 23.

Ioh. 13.

Item beatitudo fructus vineæ Dei est.

Mat. 20.

Colos. 2.

Ioh. 3.

Ioh. 1.

tus, omnem deinceps adimat dimensionis in crescendo passibilitatem siue mutabilitatem, & conferat perfectè æternam impassibilitatem, immutabilitatem, immortalitatem.

Igitur iste fructus vera est beatitudo, vera autem beatitudo est Deus, cuius qualitas & imensitas incõprehensibilis est. Sed quia iam cognouimus, qui sit fructus prescriptæ vineæ, videamus nunc de offerente, qui sit, quia vir dicitur esse, nec aliter nisi vir sit, offerre possit. Vir quippe à virtute dicitur, & qui pro tanto fructu afferre debet, oportet vt virtutum pulchritudine & gratiâ respicere deat, quia non erit accepta oblatio, quã nulla virtutum commendat claritudo. In ratione enim dati & accepti ea debet esse forma vt talis sit in dante habitus compositio, & honestatis atque disciplinæ gratia, vt in accipiente pariat beneplacitum & hilaritatem vultus, & munus reddat acceptius. Et si hoc disciplinæ & honestatis bonum mortales inter se affectant, & approbant homines, quid putamus Deum omnipotentem & immortalem velle & quærere à nobis, cuius natura bonitas, sanctitas, honestas singularis & disciplina est? Ergò qui tali Domino offert, indutus debet esse fortitudine & præcinctus virtute: fortitudine quidem mentis ad coercenda & repellenda vitia & peccata, virtute animi ad bona opera agenda & exercen-

Quare dicitur Vir, qui pro fructu vineæ Dei affert mille argenteos.

Pf. 92.

da. Non enim recta est oblatio, quam culpæ repellit obfuscatio, quia & Cain Dominus dixit, si rectè offeras, rectè autem non diuidis, peccasti. Gen. 4. Rectè quidem obtulit, qui fruges terræ Deo dedit, sed non rectè diuisit, qui cor in malo detinuit, & oblationem suam inuidiæ peste maculauit: scernere enim debuit bonum à malo, quia nulla participatio lucis ad tenebras, nec possunt in conspectu Dei simul esse veritas & falsitas, æquitas & malitia. Rectè quidem obtulit, quia cui debuit, Deo obtulit, sed non rectè diuisit, quia quod erat melius Deo negauit, quod vilius dedit: non enim satis Deo charus est, imò Deo indignus est, qui rem suam illi quidem offert, seipsum autem sibi retinet.

Talem ergò virum Propheta describit in primo psalmo, vbi huiusmodi habitum viri & propositum repræsentat, quem psalmum quia intelligentibus notus est, quicunque hunc virum assumere cupit, iugiter meditetur, & opere exerceat: alio quoque loco hunc eundem virum breuiter commemorat dicens, beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis, & cætera, hoc est enim quod hunc virum efficit & beatum, quia virtutis est timere Deum, & mandata eius considerare & seruare; beatitudinis verò, quod propter hoc, potens in terrâ erit semen eius, & iustitia eius manet in seculum seculi.

Pf. 3.

Descri-

Quid per mille argenteos accipiendum, quos Vir offert pro fructu vinee Dei.
Es. II.

Es. 18.

2. Tim. 2.

Gen. 1.

Descripto offertore, quem Virum decet esse, videndum nunc quid sit, quod pro tali fructu vir offert & afferre debet. Mille, inquit argenteos: millenarius numerus pro perfectione ponitur; argentum autem castorum eloquiorum purum & lucidum designat sensum, sicut scriptum est, *eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum.* Sed quid possumus dicere *argenteum* de hoc argento formatum & inscriptum? si diligenter inspiciamus, quid est quod format, vel inscribit in mente hominis imaginem Dei, imaginem sanctitatis & iustitiae, nisi *praeceptum Domini lucidum illuminas oculos*, oculos videlicet hominis interioris? Vbi autem praeceptum Domini audimus, & vnde cognoscimus, nisi ex sancta scriptura quae est eloquium Domini? Haec ergo scriptura bene intellecta format, & quasi quandam inscriptionem facit in mente hominis, ut cum electione sanctae scripturae charitatem perfecte assumpserit, *de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta*, argentei cuiusdam monetam suscipiat, hoc modo inscriptam, *ad imaginem & similitudinem Dei.* Hanc enim formam ipse rerum conditor homo i creando imprimendam instituit, dum dicit, *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, quod est dicere, *faciamus hominem viventem rationabilem, Deo simi-*

lem: cuncta etenim animantia duplici honore praecellit hominis conditio, dum dicitur *ad imaginem & similitudinem nostram*; ad imaginem videlicet, ut sit rationalis, ad similitudinem nostram, ut rectus sit sectando iustitiam Dei. Horum altero scilicet rationalitate carere non potest, alterum, hoc est divinae rectitudinis vel iustitiae similitudinem nisi per gratiam assequi non potest: sed ea qua carere non potest homo facultas rationalitatis instrumentum est, siue oculus quidam ad quaerendam similitudinem Dei. Est ergo inexcusabilis, cum ad Dei similitudinem non peruenerit, quia videlicet bono instrumento ad hoc, propter quod sibi datum est, uti noluit.

Hominis conditio duplici honore cuncta animantia praecellit.

Verum cum primum fecit Deus hominem, non solum rationalem, sed & similitudinis suae fecit honore pollentem, *Deus enim, inquit, scriptura, fecit hominem rectum, ipse vero implicuit se multis questionibus.* Nunc autem seductus perdidit quidem honorem similitudinis Dei, se facultas rationis in eo permansit, per quam reuocantem audire, & ad restorationem sui ducem ac praeceptorum valeat sequi. *Argentum* ergo huiusmodi diuinus & summus ille trapezeta in animam hominis inscripsit, quando eam rationalem & suae sanctitatis participem fecit. Quo- circa.

Eccles. 7.

circa debitor est homo Deo, ut quia
 Deuseum hoc duplici honore infi-
 gniuit, intelligat debitum suum,
 videlicet ut rationis capax, ip-
 sa ratione duce semper ad Dei si-
 militudinem per sanctitatem profi-
 ciat, *ne si non intelligat, comparetur iu-
 mentis insipientibus, & similis fiat illis.*
 Hoc denique debitum quia homo
 debeat Deo ostendit Dominus in
 Euangelio, quia cum tentaretur à
 scribis & Phariseis dicentibus, *si li-
 cet censum dare Cesari an non,* respon-
 dit, *ostendite mihi numisma census;* qui
 cum ostendissent dixit, *cuius est hæc
 imago & superscriptio?* quibus respõ-
 dentibus, *Cesaris, reddite,* inquit, *quæ
 sunt Cesaris Cesari, & quæ sunt Dei
 Deo.*

Hac ergò sententia sua demon-
 strat Dominus, & demonstrando
 docet, ut sicut iustum est homini
 mortali ea quæ illius sunt, & quæ
 ab illo donata sunt, tributaria sub-
 iectione reddi, ita iustū imò iustif-
 simum est, Deo omnipotenti & im-
 mortali ea quæ illius sunt, & quæ ab
 illo concessa sunt homini summa
 deuotione & humili subiectione
 deferri: Sunt autem homini à Deo
 concessa ratio & intellectus quibus
 ita uti debet, ut ad Dei similitudi-
 nem benè viuendo proficiat, atque
 hanc superscriptionem argentei in
 anima & mente sua ex sanctitatis
 fulgore suscipiat, *ad imaginem & si-
 militudinem Dei.*

Igitur huiuscemodi argenteum vnū
 vel duos, siue tres aut plures, secun-

dum mensuram donationis Dei a-
 liquis fidelis offert, ut compareret
fructum illum, hoc est vitam æter-
 nam, quando fide quæ per di-
 lectionem operatur, tendit &
 proficit ad Dei similitudinem:
 Sed mille affert argenteos, qui perfe-
 ctæ sanctitatis claritate, Dei a-
 deptus est imaginem & similitudi-
 nem.

Siue *millena vnitas* vnā signi-
 ficat fidem, vnum baptisma, v-
 num Deum qui operatur om-
 nia in omnibus, & qui fru-
 ctum illum, hoc est æternam de-
 siderat vitam, oportet ut ve-
 ram & rectam fidem teneat &
 doceat, vnum Deum & vnum
 hominem habeat & colat, no-
 men Christianitatis quod in bap-
 tismo suscepit, fide & operibus
 exornet, veram, Catholicam,
 & vnā diuinam scripturam le-
 gat, doceat, amplectatur, &
 sequatur; Igitur cum hæc de se-
 meripsâ dilecta ad gratiam & glo-
 riam dilecti dicit, continuò dile-
 ctus respondens ait: *vineam meam coram
 me est.*

Millena
 vnitas quid
 significet.

VERSVS XII.

*Vineam meam coram me est: mille tui pa-
 cifici, & ducenti his qui custodiunt fru-
 ctus eius.*

Vineam, inquit, *meam coram me est,* hoc
 est cognosco & approbo meam
 vineam. Quid sit esse
vineam Do-
mini coram
eo.

vineam, ex hoc quod gratiam plantationis meæ in ea inuenio quam si non inuenirem, coram me esse non posset, nec mea vinea dici posset. Nam de vobis, qui vinea mea dici & esse potestis, per Prophetam locutus sum, quia aspiciam vos & crescere faciam, multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum: qui enim coram me sic sunt, vt præsentia mea & visione digni sint, bonorum operum claritate fulgentes illos agnosco & custodio, quia oculi Domini super iustos, sicut è contrario, qui me postponunt contemnendo, illos quoque & ego postpono reprobando, atque ideo adiutorium gratiæ meæ non impendendo.

Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius: ex opposito illius vineæ, quæ in prauum conuersa est, de qua dicitur, quia expectaui vt faceret vnam, fecit autem labruscas, melius huius capituli sensus patebit. Dicit enim Dominus per Osee de ea, sub specie meretricis, & fodi eam mihi, quindecim argenteis, & choro hordei, & dimidio choro hordei: Sacramentum autem in his numeris absconditum est pulcherrimum; hinc in mille argenteis, illic in quindecim argenteis, & choro hordei, & dimidio choro hordei, cuius videlicet hæc summa est, quod ista & virgo sit & viro coniuncta, illa autem neque virgo neque viro coniuncta: huius namque virginitatem vnitas millena, coniunctionem verò siue

nuptias binarius centenus significat. Arithmetici verò siue Abacista melius norunt quod dicitur, & qua ratione vnitas Virgo pronuntietur, vsu habent in suis tractatibus, quod videlicet in semetipsa multiplicata nihil creat, quia semel vnus, vnus est, quod nulli alij numero contingit: nam cæteri numeri in semetipsos ducti alios creant, vt bis duo quatuor, & ter tria nouem: porro nuptias huius centenus designat binarius, & hoc felicissimum est, quia dilecta hæc quæ ex fide est, & semper viro coniuncta est, & semper virgo permanet, semper generat, semper tamen virgo permanet.

E contra illius viduitatem simul & corruptionem illud designat, quod præteritum eius neque in vnitate mansit, neque ad binarium peruenit, cum dicitur, fodi eam mihi quindecim argenteis & choro hordei & dimidio choro hordei. Si argenteos attendas, neque decem sunt argentei quæ esset vnitas decena, neque viginti qui esset binarius decenus, sed sunt quindecim, in quo videlicet numero plus vnitate, minus est binario: similiter neque vnus tantum chorus hordei, neque duo sunt chori, sed chorus & dimidius hordei, plus monade, minus binario. Itaque & illi hoc infelicissimum est, quia neque virgo est, neque virum habet.

Igitur mille tui pacifici argentei,
 Nn hoc

Leuit. 26.

Psal. 33.

Esa. 5.

Osee. 3.

In mille argenteis, & quindecim argenteis, choro hordei, & dimidio choro hordei quid figuratur.

Osee. 3.

Quid per mille pacificos intelligatur.

Eph. 2.

Instrumenta pacis quæ sint.

hoc est omnes sermones in vna fide consonantes, numerus enim iste millena vnitas est, & pacem hoc est remissionem peccatorum facientes vel adquirentes sunt tibi; quandoquidem vnum Dominum, nam fidem, vnum baptisma habere, est in Catholicâ Ecclesia esse, vbi datur remissio peccatorum per pacem, id est Christum, *qui est pax nostra, qui fecit vtrâq; vnum.* Sancta etenim scriptura, quæ hæc tria resonat & docet, totam huius pacis summam in se continet, quia quicquid legis, de Deo, de fide, de Christianitatis religione est, & omnia Ecclesia sacramenta ex his sunt constituta, & qui ea habet, sicut habere debet, pacem illam consequitur, quæ non sentit bella vitiorum; cumq; hac pace ad virtutum abundantiam profecerit, data sibi remissione peccatorum, ad illam perpetuam & nunquam finiendam pacem pertinet, vbi nullus labor, nullus dolor, nihil omnino erit, quod ei aduersari possit.

Sunt igitur tria ista huius pacis instrumenta, quia omni animæ ad hanc tendenti semper considerandum cui credat, quid credat, quomodo credat. Si enim quæras cui, vel in quem credere debeas, Deus tibi proponitur; si verò quæris quid credere, Ecclesiæ tibi sacramenta ostenduntur: porro si quæras quomodo credere debeas, Christianitatis tibi religio præ-

scribitur, *fides enim sine operibus otiosa Iacobi 2. imo mortua est, & sine fide impossibile est Hebr. 11.*

Deo placere. Proinde vt diximus propter istarum trium rerum vnitatem, quæ veram æternamque constituunt & acquirunt pacem, rectè quidem huic vineæ mille dicantur esse *pacifici.*

Sed *ducenti his qui custodiunt fructus eius*, cur esse dicantur? primo quidem videndum, *qui sint huius fructus custodes*, deinde quid velit eis datus numerus iste *binarius centenus*, de quo supra paulùm prælibauimus. *Custodes huius fructus* primo loco dicere possumus eos, qui in Ecclesia Dei præsunt verbo & opere, & ne per hæreticos aliosq; peruersos homines fructus iste à fidelium mentibus rapiatur, lingua manuq; hoc est doctrina & operatione student obsistere, nunquam steriles esse, sed in seipsis & in alijs semper virtutum sobolem procreare. Secundo verò loco generaliter omnes Christiani *huius fructus custodes* esse debent, quia hoc ab eis exigit Christiana religio, ne malè viuendo vitam æternam perdant, sed semper cum Deo vnus spiritus existentes, ex hac spiritali coniunctione bonorum operum fecunditate cumulentur, sicque tandem virginali coniugio in cœlestibus nuptijs quas hic significat *binarius centenus*, cum Deo in sempiternum perfruantur. Cuius coniugij dos erit duplex

Quid per ducentos accipiendum qui dicuntur custodire fructus vineæ Dei.

Binarius centenus caelestes significat nuptias.

duplex stola videlicet beatitudo corporis & animæ, quam etiam potest significare binarius centenus, quia & centenarius in dextera manu eiusdem beatitudinis exprimit coronam.

VERSVS XIII.

Qua habitas in hortis, amici ascultant, fac me audire vocem tuam.

Post multa & diuersa pulchrè & laudabiliter prolata dilecti & dilectæ colloquia, quasi summam & finalem epithalamij huius deprensens vocem idem dilectus, tanquam eruditæ iam, & ex consortio sermonis eius ad plenum edoctæ proclamat, atque vt specie sua & pulchritudine quam ex hac eruditione assumpsit, procedat in exemplū aliorū denūtiat. *Qua habitas*, inquit, *in hortis*, qui sunt *horti*, nisi amenitas scripturarum vel delectatio virtutum? nihil enim iocundius floret, vel dulcius olet, quam circa riuos & fluentia siue germina sanctarum scripturarum, & pulchram delectabilemque ac salubrem varietatem virtutum. Vtrobique enim laudabilis & cœlestis est disciplina, hic in discendo, ibi in faciendo. *Quid autem est in his hortis habitare*, nisi sanctæ legis frequenti meditatione & virtutum exercitatione requiescere? cuius enim voluntas in lege Domini est, & in lege

eius meditatur die ac nocte, simpliciter Gen. 27. cum Iacob domi habitat, hoc est in mentis suæ tranquillitate secura stabilitate moratur, nihil varium, nihil mutabile in fidei vel morum identitate recipiens: at contra in his hortis non habitat, qui cum Esau Ibidem. rerum secularium venationi intendens, circa mundi strepitum per sylvas cogitationum vagatur, neque unitatem fidei, neque morum integritatem conseruans.

Igitur ô dilectæ, qua in his hortis simpliciter ac salubriter habitas fac me audire vocem tuam. Qualem vocem? vocem pij sermonis, vocem virtutis, vocem benè & rectè docentis, vocem iustè & piè viuentis: sicut enim vox magna est prædicatio vera & recta, sic & vox magna est conuersatio pia & sancta. Vox magna est humilitas, vox magna est obedientia, vox magna est castitas, vox magna est patientia, vox magna & sonora est charitas, & quot virtutibus sancta anima radiat, quasi tot magnis vocibus ad Deum clamat.

Et quare volo audire vocem tuam? videlicet vt te verbo & opere clamantem, sicut scriptum est, filij qui nascentur & exurgent, audiant & narrent ea filiis suis, vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant. Et quid est meum audire? nimirum approbare, acceptare, & meo adiutorio

Nn 2 dig-

Quid sit quod dilectus petat audire vocem dilectæ.

Pf. 77.

Per hortos amenitas scripturarum vel delectatio virtutum intelligitur.

Quid sit habitare in hortis.

Pf. I.

gò modo dum caro ita spiritui subijcitur, vt nihil infra se cupiat, solum quod supra se est quærat, hæc est vox quæ delectabiliter sonat in auribus meis, imo hoc est *canticum Canticorum*, quo nihil dulcius in hac mortali vita cantare potest homo mortalis & passibilis, quali voce & quali cantico semper rapitur ad illam ineffabilem dulcedinem capiendam, quam *nec oculus vidit, nec auris audiuit*, cuius assecutio perficiet hominem immortalem & impassibilem. Hanc nempe vocem & hoc canticum, dum Angeli & omnes sancti mei auscultant & audire desiderant, ad eandem gloriam quam isti hoc est Angeli adepti sunt; & illi hoc est homines sancti per fidem, spem, & charitatem se adepturos non dubitant, te quoque quæ nondum adepta es, secum adipisci peroptant, atque pro hoc mihi incessabiliter supplicant. Quid tandem ad hanc vocem dilecta respondet? *fuge dilecte mi, & cætera.*

VERSVS XIV.

Fuge dilecte mi, & assimulare præpæ hinnuloꝝ, ceruorum, super montes aromatatum.

SI attentè inspiciamus magna hæc vox, humilis corde, siue ad totam Ecclesiam referamus, siue ad quamlibet Deo deuotam animam: cur enim sancta Ecclesia siue quæ-

Vox Ecclesie siue sanctæ animæ in hac vitâ.

libet sancta anima hæc ad Deum non vtatur voce in præsentī vita? dicit nempe vnus sanctorum, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Quid iste persensit, qui cognoscendi, & prophetandi imperfectionem in hac vita præsentī pronuntiauit? quod enim ex parte est, perfectum non est; sed hanc imperfectionem dicit euacuandam, quando in futura vita venerit quod perfectum est: huiusmodi autem imperfectionem si rectè consideres, nimirum huius dilecti fuga est.

Porro quicquid in sacramentis Ecclesie agitur, magna & profunda mysteria continet, quæ omnia huius dilecti potentiam, virtutem & gratiam prædicant. Sed quis est qui de his ad plenum disputare valeat? Vnde dilecta præ huiusmodi magnitudine attonita, ex parte cognoscit, & ex parte prophetat, sed quia ad plenum comprehendere, non valet, deficit, & dilecto vt fugiat non pro neglectu, sed pro defectu proclamat: fugæ enim subtilium rerum in discussione sacramentorum dilecti huius fuga est. Nam quando vim eorum & efficaciam ad plenum enarrare vel discutere non possumus, fugit nos iste dilectus: item cum sacræ scripturæ faciem intendimus, sed eam plenè peruidere & arcana thesaurorum eius introire non possumus, profecto fugit nos iste dilectus.

Fuga dilecti quæ sit.

Quare dilecta dilecto fugam suadeat.

Nn 3

Sed

Dilectus
fugiens re-
tinendus
non est.

Lucta Ia-
cob cum
Angelo
quid nos
doceat.
Gen. 32.

Quid sit
claudicare
in bonam
partem il-
lud inter-
pretando.

Sed fugientem non temerè reti-
neamus, verùm quicquid in Sacra-
mento, vel sanctarum scriptura-
rum subtilitate comprehendere nõ
possumus igni comburamus, hoc
est, sancto spiritui reseruemus, &
ne in sensum hæreticum nimis dis-
cutiendo incidamus, fugere dile-
ctum sinamus. Nempe iuxta ex-
emplum *Beati Iacob qui cum Angelo*
luctatus est, nos quidem cum verbo
Dei luctari monemur, sed postquã
data benedictione tactu nerui
claudicamus, fugere Dei verbum
permittamus: quid namque est lu-
ctari cum verbo Dei, nisi infatiga-
biliter sensum sacræ scripturæ in-
uestigare? quid denique victorem
à victo benedictionem postulare
& suscipere, nisi ipsius sensus intel-
ligentiam quærere & inuenire? *Sed*
victor à victo benedictione accepta fœ-
more emarcente claudicat, quia is qui
sacram scripturam Deo inspirante
benè intellexerit, omni carnis vo-
luptate restinctâ, in actiua & con-
templatiua vitâ proficit, & grandi-
quidem spiritus commodo, sed
magno carnis suæ vincit detrimen-
to. *Deniq; is claudicat qui vicit, quia te-*
tigit qui victus est, neruum fœmoris eius,
& emarcuit; quomodo claudicat?
videlicet vno pede terræ innitens,
alterum à terrâ suspendens, id est a-
ctiuam vitam pro cura subditorum
non omnino relinquens, & con-
templatiuæ præcius dulcedine to-
tis viribus inhærens.

Iste claudus salit vel ascendit

sicut ceruus, terramque vix tangere
dignatur, nam *conuersatio eius in coelis* Phil. 3.
est: veruntamen ex parte, vno enim tã-
tum pede nunc interim illuc suspẽ-
sus est, donec veniat quod perfectum est. I. Cor. 13.
Et idcirco quia nunc perfectè cõ-
prehendere non potest, rectè dicit,
fuge dilecte mi. Cum ergò sensum
verbi Dei in monte cum Domino
loquentes, mente percipimus, illud
Apostoli attendamus, *noli altum sa-* Rom. 11.
pere sed time, ne dum dilectum fu-
gientem incautè prosequimur, in
peruersi dogmatis foueam dilaba-
mur. Item hoc modo *dilectum fugere*
dicimus, quia semper est incompre-
hensibilis: nam istud concedendum
est maiestati eius vt nõ possit com-
prehendi, semperq; sit desideratus
ac desiderabilis, nosq; lateat, quàm
diu sumus in hoc corpore, *quàm* Psa. 39.
magna sit multitudo dulcedinis eius, quã
abscondit timentibus se.

Dicamus ergò ei *fuge, fuge, cau-*
tus nobis ac prouidus, ne vnquam
dum viuimus, nos comprehendisse ar- Philip. 3.
bitremur, sequentes vt comprehen-
damus. Siue hoc modo dicat quæ-
uis fidelis anima & sapiens Deo
humili & deuota mente, *Domine*
non sum digna vt intres sub tectum meũ, Matth. 8.
non sum digna vt in me ostendas a-
liquod frequens præsentia, vel visi-
tationis tuæ miraculum: fuge, in-
quit, dilecte mi, non quæro in præ-
senti vitâ gloriam sed desidero gra-
tiam, non quæro claritatẽ miracu-
lorum, sed opto remissionem pec-
catorum: fuge, inquam, dilecte mi; &
saluus

Quid per saltus accipiatur, quos dilecta vult vt dilectus faciat similes saltibus capreae aut hinnuli ceruorum super montes aromatum.

Psal. 143.

2. Cor. 2.

Mons Apostolus vnde dicatur. 2. Cor. 12.

saltus huiusmodi similes saltibus capreae, aut hinnuli ceruorum effice, non super me, sed super montes aromatum, super excelsa merita Sanctorum atque perfectorum. Non est meum de diuinitatis tuae arcano, de altissimis praceptorum tuorum documentis, de profundis Sacramentorum tuorum mysterijs tractare vel disputare, sed illorum potius qui montes excelsi possunt dici propter eminentiam sapientiae & virtutum, qui tacti spiritu tuo sancto fumigant tuum bonum odorem, vt possint dicere cum Apostolo, Christi bonus odor sumus Deo in omni loco, atque ideo recte dicuntur montes aromatum.

Et quid mirum, si te ego infirmitatis meae conscia fugere dico, cum ipsi motes magni & docti, in ipsorum tuorum operum, siue praceptorum, vel etiam Sacramentorum consideratione obstupescant, & te nunquam fugere sinant? nam vnus istorum montium, qui vsq; ad tertium caelum porrectus fuerat, & quae non licet homini loqui audierat, fugientem te, dilectum persequi timens, o altitudo, inquit, diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viae eius! quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis

prior dedit illi & retribuetur ei? quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in saecula saeculorum. Rom. II.

Idcirco dilecte mi fuge, non vt me omnino derelinquas, sed quod hic, qui incomprehensibilis es, adipisci non valeo, in futura mihi vita, vera & aeterna beatitudine sine fine concedas. Similis esto capreae, hinnuloq; ceruorum super montes aromatum, hoc est, etiam perfectorum Sanctorum intellectum incomprehensibili diuinitatis tuae cognitione transcendere: siue in eorum cordibus tales factus, vt de virtute in virtutem proficiant, quia quoties electi de bonis ad meliora, de virtutibus ad virtutes proficiunt, quasi quosdam in eorum mentibus saltus fecit Deus, quatenus his paulatim gradibus siue saltibus, ad illum summum & perfectum perueniant statum, in quo videatur Deus Deorum in Syon, vbi possint incessabiliter dicere & cantare in auribus Domini Sabaoth non simpliciter canticum, sed Canticum Canticorum, hoc est cognoscere & percipere illud summum & optimum bonum in saecula saeculorum.

Saltus Dei in cordibus Sanctorum quid boni causet.

Psal. 83.

Amen.

* * *

Para-

*Paranesis Authoris Epilogi loco ad sacras Virgines, quibus hæc Commentaria scripsit
& inscripsit.*

ECce dilectæ sorores, ut potuimus Vobis cantauimus, & quantum ille noster summus præceptor donauit, sub cuius disciplina omnes sunt, qui rectè & benè canendi scientiam quærunt. Sed quia rectè & benè canendi scientia triplici cõstat instrumento, videlicet *corde, ore, & opere*, contuincor peritus non esse Cantor. Ore quidem cantare possum, sed si reliqua duo defuerint, omnis meæ cantionis species corã Domino inanis erit: siquidem *corde & opere cantare*, potest Deo placere, etiam si non cantet ore; ore autem solummodò cantare, non etiam corde & opere, impossibile est Deo placere posse. Porro qui vult perfectam habere canendi scientiam, & summam ipsius cantionis nosse dignitatem, trium istorum oportet semper habere facultatem. Quam Apostolus se nosse & habere ostendens, *psallam*, inquit, *spiritu, psallam & mente*. Nam *spiritu psallere est*, & verba spiritualia memoriter proferre, quod est ore cantare; & ad opera spiritu concepta procedere, quod est opere cantare; *mente verò psallere est*, vitalem verborum sensum mente percipere, quod est corde cantare.

Rectè canendi scientia requirit triplex instrumentum.

1. Cor. 14

Quid sit psallere spiritu & mente

Dato autem instrumento ad rectè & benè canendi scientiam consequendam opus est, ut etiam sciamus, quid primò sit in canendo sciendum, & quale Canticum, ut perueniamus ad *Canticum Canticorum*. Primò quippe discere & cantare nos oportet Canticum illud nouum, de quo cantando hortatur nos Spiritus sanctus in psalmo; *Cantate*, inquit, *Domino Canticum nouum, laus eius in Ecclesia Sanctorum*. Si Relatiuorum qualitatem consideres, ubi dicitur *nouum*, consequitur ut & *vetus* sit. Sed primò videamus quid sit *vetus Canticum*, ut ex eius agnitione melius *nouum* intelligamus.

Vetus illud Canticum vetus homo Adam cantauit & docuit, sed *nouo Canticum* quod postea auditum est, valdè oppositum & contrarium, & eã distantia distans, quæ est inter mortificans & viuificans. Et quod est illud Canticum? nimirum illud, quo vetus ille homo factori suo reclamauit, & contra iustitiam & pietatem vociferatus est, videlicet superbia, inobedientia, & peccati sui excusatio. Iustum quippe fuit ut factori & rectori suo subditus esset, & obediret, miserum autè fuit, quod post culpam se non recogno-

Quale Canticum sciendum, ante Canticorum Canticum. Psa. 149.

Canticum vetus quod sit.

gnouit, neque de pietate Dei præsumpsit sed contemptor culpæ suæ pœnam in omnem suam posteritatem exul paradyfi transfudit. Huius Cantici flebilem tragœdiam multi quanto plus cantant, illius præsumptionem & negligentiam imitando, tantò maiorem impositionis mortis exsoluunt vindictam.

Canticum nouum quod sit.

Huic autem Cantico oppositum est illud nouum Canticum, Canticum pacis & lætitiæ, Canticum vitæ & iustitiæ, Canticum virtutis & salutis, quod præcinuit ille nouus homo, & non tantum simpliciter homo, sed Deus & homo huiusmodi nempe præcentore qui dixit, *discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris*, monemur nouum humilitatis cantare Canticum. Porro exemplo ipsius Domini, de quo dicit Apostolus, *Christus factus est obediens Deo Patri vsq; ad mortem*, monemur suaue obedientiæ cantare Canticum. Ad vocem quoque eiusdem noui præcentoris qui dicit, *penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum*, monemur non declinare cor nostrum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis; quia hæc est grauissima, imò miserrima vox veteris hominis impœnitentis, vox inquam veteris & dolore pleni Cantici: quin potius conuerso modo eiusmodi Cantici & in nouum mutato, laboriosam quidem quantum ad corpus, sed salubrem quantum ad animam, spiritus contribu-

Matth. II. *milis corde, & inuenietis requiem animabus vestris*, monemur nouum humilitatis cantare Canticum. Porro exemplo ipsius Domini, de quo dicit

Philip. 2. *Christus factus est obediens Deo Patri vsq; ad mortem*, monemur suaue obedientiæ cantare Canticum. Ad vocem quoque eiusdem noui præcentoris qui dicit,

Matth. 4. *penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum*, monemur non declinare cor nostrum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis; quia hæc est grauissima, imò miserrima

Ps. 146. *vox veteris hominis impœnitentis, vox inquam veteris & dolore pleni Cantici: quin potius conuerso modo eiusmodi Cantici & in nouum mutato, laboriosam quidem quantum ad corpus, sed salubrem quantum ad animam, spiritus contribu-*

lati melodiam, quatuor modorum genere, hoc est cōpunctione, confessione, satisfactione, perseuerantia. Deo concinamus, & in quatuor ipsorum modorum finalis videlicet cogitationem, locutionem, actionem, & consuetudinem, quotidie deponamus.

Siquidem, *vtriusq; Cantici*, hoc est Veteris & noui isti sunt finales, cogitatio, locutio, actio, & consuetudo, & secundum præcedentis speciem modi depositionem suscipiunt; siue & elegiacam quantum ad vetus, siue suauiem & musicam quantum ad nouum. Musica nempe depositio est, quæ fit rationabile vocum siue tonorum, coniunctione, dispositione, tenore, & hanc magis, imò semper suscipit nouum Canticum propter rationabilem motum mentis, bene & pulchrè canentis, & ad bonum finem cogitando, loquendo, agendo, consuetudo semper tendentis. E contra Elegiaca hæc, est tristis & misera depositio est, quæ fit irrationabili & inæquali motu mentis; & quia confusa est huiusmodi cantionis species, in suauiem & immitem depositionis generat qualitatem.

Finalis vtriusq; Cantici quinam.

Musica depositio canticum nono conuenit.

Veteri Cantico Elegiaca depositio conuenit.

Est ergo inter huiusmodi duo Cantica eadem distantia, quæ est inter vitam & mortem; quia vetus occidit, nouum autem viuificat. Et hoc à simili: Nam dicuntur quædam marinæ bestię, quæ syrenæ nuncupantur, quæ dum nauigantes dulcedine cantus sui alliciunt, & attra-

Distantia noui veterisq; Cantici.

Canticum vetus comparatur syrenis bestiis mirianis, & quare.

Oo hunt

hunc, subito incautos & negligentes submergunt: Hoc autem modo dum carnales quicquid in huius mundi pelago quasi nauigantes carnalis vitæ dulcedine & peccati delectatione tenentur, repente salutem animæ suæ negligentes, & conuerti per pœnitentiam nolentes ab immundis spiritibus ad æternam mortem rapiuntur. Et hic est veteris Cantici modus, quia à spiritu superbiæ & inobedienciæ inchoans, in æternæ damnationis barathrum, grauissimo & miserissimo cordis impœnitenti sono extremam deponit vocem.

Canticum nouum Dauidi Orpheæ & Amphioni comparatur.

3. Reg. 16.

Porro ex alia parte ea similitudo est, quæ nobis ostenditur ex diuina & humana scriptura. Ex diuina quidem qua scribitur *David cythara sua furorem Saulis mitigasse*: Ex humana vero qua scribitur *Orpheus cantu suo lenisse tygres & leones*; & *Amphion sono testudinis saxa mouisse*, quod significat noui Cantici hanc esse Virtutem, vt contra salutem suam furentes mitiget bestiales hominum mentes & dura mortalium corda, rationali verborum & sensuum motu, ad bonum viuendi modum, & rationabilem morum honestatem componat. Et iste est noui Cantici modus, qui à spiritu humilitatis & obedienciæ inchoans, in æternæ beatitudinis gaudium altissimo & lætissimo cordis innocentis siue pœnitentis sono vltimam deponit vocem.

Sicut ergo contraria sibi sunt, vi-

ta & mors, ita sibi contraria sunt vetus & nouum Canticum iuxta qualitates personarum quarum auctoritate vtrumquod; Canticum initium accipit & finem. *Veteris* siquidem *Cantici* author est Diabolus, *noui* vero *Cantici* author est Christus. Quocirca contempto Authore mortis, Authorem vitæ sequamur, cuius delectabilem & suauissimum sanctitatis concentum iugiter attendentes, ineptas syrenarum voces, hoc est, stultas malignorum spirituum persuasiones surda pertranseramus aure.

Veteris noui; Cantici quis sit Author.

Officina autem & mansiones, in quibus instrumenta huius noui & salubris Cantici parentur & seruantur, & in quibus ipsum Canticum audiamus & discamus, & cantandi consuetudine & exercitio perueniamus ad illud Canticum Cantorum, cuius suauitas & dulcedo nunquam deficiet, sunt *dilecta Domini tabernacula*, de quibus quondam diuinus ille, *qui dixit se auditorem sermonum Dei, & visionem Dei intuentem, qui cadit, & sic apertos habet oculos percunctatus est.*

Officiæ quæ sunt, in quibus noui Cantici instrumenta parentur & seruentur.

Quam dilecta, inquit, *tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel: vt valles nemorose, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi Cedri propter aquas: fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas.* Veri autem Israel ac spiritalis Iacob peregrinantis vel militantis in præsentis sæculo, tabernacula sunt Religiosi, & secundum

Num. 24. Quid per tabernacula Iacob & tentoria Israel significetur.

disci-

disciplinam Christi benè dispositi Ordines, videlicet Ordines coniugatorum, continentium, viduarum atq; Virginum secundum vtrumq; sexum. Hæc planè tabernacula singula in suo proposito pulchra sunt;

Et quam pulchra tabernacula, quam pulchra tentoria? Vt valles nemorose, vt horti iuxta fluuios irrigui. Ita similitudo ex alijs scripturæ locis perspicua est: siquidem in Isaia Dominus derelictæ quondam gentilitati, spiritualium virtutum merita tanquam deserto arbuſta promittens, dabo, inquit, in solitudine cedrum & spinam myrtum & lignum oliuæ: pinnam in deserto abietem, vlmum & buxum simul, vt videant & sciant, & recogitent & intelligat pariter. Ergo pulchra tabernacula tv valles nemorose. Valles, propter humilitatem, nemorose propter diuersarum pulchritudinem virtutum.

In his enim tabernaculis Dei, hoc est professionibus sanctis, sunt Cedri, hoc est sancti fide & opere incorrupti & imputribiles, atq; odore virtutum redolentes: sunt spine verbo & exemplo alios compungentes, & ad bona opera prouocantes: sunt Myrtus proximorum tribulationes per compassionem verbo consolationis temperantes: sunt Oliuæ misericordiæ & pietatis actibus perfluentes: Sunt Abietes contemplationi virtute ad alta semper surgentes: sunt Vlmis quamuis seculares & minus fructificantes

alios tamen benè viuentes suis facultatibus sustentantes & adiuuantes: sunt Buxus quamuis ad alta virtutum non surgentes, neq; fructum facientes, parentum tamen fide semper viuentes. Sunt ergo hæc tabernacula Domini vt valles nemorose, quia hoc ex humili corde, actu quoq; & habitu infimo contrahunt, vt rantarum vberitate virtutum vireſcant atq; florescant.

Sunt etiam vt horti iuxta fluuios irrigui, sicut alibi dicitur. Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum cuius non deficient aquæ. Et in eisdem Canticis. Hortus conclusus, fons signatus, fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Ecce Tabernacula pulchra vt horti iuxta fluuios irrigui, quia ex humore spiritus sancti semper sunt viuentes & florentes sermone & actione, & assidua diuinorum præceptorum meditatione.

Sunt quoq; Cedri, propter aquas quod psalmista ostendit, qui cum dixisset, rigans montes de superioribus suis, & cætera, continuè subsequutus, saturabuntur: inquit, campi, & cedri Libani quas plantauit. Ergo pulchra Tabernacula vt Cedri propter aquas, id est, iuxta aquas videlicet in quibus passeres nidificant, quorum abundantiam cum sint diuites homines, pauperum supplet inopiam.

Igitur hæc Tabernacula sunt, Oo 2 natuſaus.

Esa. 41.

Tabernacula Iacob cur vallibus nemorosis comparata.

Qui spiritaliter significantur per Cedros.

Qui per spinas. Qui per Myrtum. Qui per lignum Oliuæ. Qui per Abietes. Qui per Vlmum.

Qui per Buxum.

Tabernacula Iacob cur hortis irriguis assimilentur. Esa. 58. Cant. 4.

Tabernacula Iacob cur Cedris iuxta aquas similia.

Cur dicantur Tabernacula quæ fixit Dominus.

vt Tabernacula qua fixit Dominus, quia omnis ista eorum pulchritudo, ornatus & compositio, opus est Dei omnipotentis, sua gratia illa collocantis, promouentis, decorantis & sustentantis.

Fluet aqua de situla eius, & semen eius erit in aquas multas. Quæ est situla eius? imo, quæ est Aqua eius? & cuius eius? nimirum veri Iacob, hoc est supplantatoris; siue Veri Israel, hoc est mentis Dominum videntis, quorum nonnulli in his tabernaculis hoc est professionibus habitant. Cuius situla est Christus, de quo hauritur Aqua, id est sancta scriptura. Per eum quippe sancta scriptura aperitur, imo ab illo sitis excitatur, vt hæc aqua desideretur, ab illo sensus aperitur, vt scripturæ intelligantur. Fluet ergo aqua de situla eius, id est vera manabit intelligentia scripturarum de Christo eius. Quid deinde? Et semen eius erit in aquas multas. Quod est Aqua de situla eius, hoc est multitudo aquarum de semine illius. Nam semen illius semen patris eius Abrahæ, illius videlicet, qui vere Pater excelsus, siue pater multarum gentium, Christus est.

Hoc semen illius erit in aquas multas, id est, hoc semen fundit aquas multas. Bibendo experti sumus, quod vere in aquas multas sit semē illius. Qui in me credit, inquit, flumina de ventre eius fluēt aqua viua. Itē, qui biberit ex aqua, quā ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vi-

tam æternam: Hoc inquam gratia eius bibendo experti sumus. Ecce enim de hac situla, quæ est Christus ipse, multa sancti Spiritus in vna Ecclesia dona percepimus, multa & largissima scripturarum, fluenta possidemus.

Igitur in his Tabernaculis Domini nouum illud semper resonat Canticum quod cantant horum Tabernaculorum habitatores septem vocum differentijs, regente canticum spiritu sancto sua septiformi gratia, videlicet sapientia & intellectu, consilio & fortitudine, scientia & pietate, atq; timore Domini. Porro ex his septem vocum differentijs, diuersæ fiunt beatitudines quasi octo modorum species; videlicet humilitas, mansuetudo, luctus siue tristitia secundum Dominum, pax, misericordia, munditia, iustitiæ appetitus, patientia. Et iste canticus; siue laus Dei non est nisi in Ecclesia sanctorum, quia quod sancti sunt, & quod sciunt & possunt hoc vnde sancti sunt, Dei solius gratiæ munus est. Et tales quotidie exeūtes de Ægypto huius mundi, contemptu propriæ voluntatis tenentes cytharas Dei, hoc est carnis mortificationem, non solum cantant Canticum nouum, sed & Canticum Canticorum: quia hoc modo ad illam ineffabilem Dei charitatem proficiunt, quæ est virtus virtutum, & ex qua procedit, & in qua continetur omnium Virtutum plenitudo.

Vos itaq; dilectæ sorores quia Tabernaculis

Septem vocum differentia, quibus nouum Canticum dicitur 7. sunt dona S. Spiritus.

Charitas Virtutum Virtus est & plenitudo.

Vos

Tabernaculis
Dei habitatis, hoc nouum semper concin-
nite Canticum, humilitate, castitate,
patientia, obedientia, carnis mortifica-
tione, Dei & proximi dilectione: canta-
biles vobis sint iustificationes Domini
in loco peregrinationis vestre; vt quan-
doq; de Aegypto huius seculi exeuntes, &

ad terram promissionis peruenientes atq; I. Cor. 2.
bonis ipsius terra, qua nec oculus vidit, Esa. 64.
nec auris audiuit, nec in cor hominis as-
cēdit, eternaliter perfruētes, cū omni sua-
uitate & dulcedine sine intermissione
cantetis, non solum Canticum nouum,
sed & Canticum Canticorum,
per omnia secula seculorum. Amen.

*Finis Commentariorum super Canticum Cantico-
rum Salomonis.*

Ad maiorem Dei gloriam.

00 3

INDEX

INDEX RERVM VERBORVM

ET SENTENTIARVM MEMORABILIVM

quæ quatuor his libris continentur.

A.

A ron interpretatur Mons fortitudinis. pa. 11		qui fiat.	218
Aaronis virga florida quid præfigurauerit.	33	Amicus quasi Amici custos dicitur.	204
Aaronis vestimenti ora fideles nouissimi temporis sunt.	12	Amicus nuncupatur Deus dicitur & est.	ibid.
Accubitus Regis quis sit.	66	Amaræ cur Ecclesiæ comparetur, & dicatur pulchra vt Luna &c.	217. 218.
Accubitus Regis & sinus Patris vel humanæ naturæ assumptio vel sanctæ mentis inhabitatio.	68	Amicorum ad vocem sponsæ auscultantium alij visibiles alij inuisibiles.	151
ad Accubitum Regis peruenire volenti quæ necessaria sunt.	69	Anima non debet se ignorare.	47
Adiuuare dilecti quid sit.	97	Animæ simplices in Ecclesia cur filiz non filij Ierusalem appellentur.	121
Aceruus testimonij SS. Patrum institutio est.	141	Animæ quales Reginz appellentur.	214. quæ concubinæ.
Adolescentularum nomine fideles accipiuntur animæ.	285	Animus à mundi cuius remotus desertum nuncupatur.	126
Affirmationis simplicem negationem sequitur affirmatio armoraria.	61	Anima fidelis quando per desertum ascendat.	128
Agri, lecti, molæ nomine ex quibus vnus dicitur assumendus & alter relinquendus quid significetur.	16	Anima rationalis quatuor habet affectiones.	226
Agar Ancilla & Sara libera figura fuerunt, Ciuitatis terrestris & cœlestis.	26	Anima sponsæ ad locutionem sponsæ quomodo liquefacta sit.	184
Agni paschalis immolatio.	48	Anima fidelis delicijs affluens & super dilectum innixa quomodo dicatur ascendere de deserto.	213. 254.
Agni sanguis super vtrumque posteriori & super liminaribus quando ponatur.	49	Animam fidelem paruulam esse & vbera non habere.	259
In altari cor nostrum figuratum est.	12	Antichristi tyrannus quanta.	51
Aloe & Mirra carnis mortificatio signatur.	167	Non Angelus sed solus Deus pro peccatis Adæ satisfacere.	264
Amor dilectæ ad dilectum relatiuus est, quoru est dici ad conuertentiam	113	Altitudinem mundanarum tres species per tria nomina montium designantur.	150
Amoris diuini & fraternæ charitatis signa quæ sint.	78	Apostolus Paulus quam vocem dederit ex hortis.	278
Amicus & sodalis in quo differant.	75.	Apostoli barba sunt Aaron.	33
Amica formosa Columba quæ sit.	105. 139	Apostoli montibus comparantur.	116
Amphionis lusus & Orphei cantus moraliter quid designent.	124	Apostoli pigmentarij fuerunt.	193
Amara nocturna auis sonat.	151	Per abierem significantur contemplationis virtute ad alta semper surgentes.	285
Amici & Charissimi quos dilectus inuitat ad comedendum, bibendum & inebriandura		Apostoli contra Matrem qualiter pugauerint.	30
		Apostoli Martyres, Sacerdotes, significantur per doctissimos Israel ambigentes lectulum	227

INDEX RERVM

Salomonis. 132
 Aquæ viuentes quæ sunt, & quare dicantur fluere imperu de Libano. 169
 Aquilo alperitatem minarum lenitatem blandimentorum Auster significat. 170
 Aquilone vel Austro perflante Hortum Domini, quomodo aromata illius dicuntur fluere ibid.
 Aquilo Diabolum, Auster S. Spiritum significat. 170
 Æstas alius corporis alius cordis. 39
 Ascensus mentis non fit nisi per desertum. 117
 Ascensus palmæ fuit ascensus Christi in Crucem. 240
 Aspiratio Dei pro æterna felicitate, & inclinatione vbrarum, pro indeficiente nocte huius mortalitatis accipitur. 148
 Auster aduenire & hortum Domini perflare nequit, nisi surgat & recedat aquilo. 171
 Auola aromatum & mens humilis virtutibus redolens. 207
 Auolare Dei quale sit. 211
 Axa filia Galebs petens irriguum inferius & superius, quod figurauerit. 63
 B.
 Baptismus duplex est. 74
 Baptismo & pœnitentiâ incorporamur Christo. 150
 Bases aureæ sunt sapientia & bonitas, quibus columnæ marmoreæ, id est misericordia & veritas. 198
 Beatitudo fructus vineæ Dei est. 271
 Beatitudo corporis & animæ duplici stola exprimitur. 13
 Bellatoribus spiritualibus vtile considerare, proportionem inter veritatem & figuram pugnam & pugnae causam, victorem & victricem. 52
 Binarius centenus nuptias cælestes significet. 275
 Bibere vinum cum lacte, & comedere fauam cum melle dilectus quando dicatur. 174
 Botrus dulcedinem resurrectionis Christi significat. 70-74
 Botrus per exploratores de terra promissionis portatus, figura Christi fuit. 71. Christus Botrus Cyprian vineis Engaddi. 72

Bonum quod ducit ad summum bonum a patre apprehenditur. 116
 Bonum animæ consistit in duobus. 159
 Bonum substantiue & adiectiue dicitur. 159
 Bona opera sine fide, spe, & charitate esse non possunt. 157
 B. Virgo cur campo comparetur. 85
 Per Buxum significantur, qui quamuis ad alta virtutum non surgant neque fructum faciant, parentum tamen fide semper virent. 285

C

Canticum nouum quid sit. 285
 Canticum vetus quid sit. 282
 Recte canendi scientia triplex requirit instrumentum. ibid.
 Quale Canticum sciendum ante Canticum Canticorum. ibid.
 Cantici noui & veteris finales qui sint. ibid.
 Cantico nouo dispositio Musica, veteri cantica elegiaca conuenit. ibid.
 Cantici noui & veteris distantia. ibid.
 Canticum vetus comparatur Syrenis marinis bestijs, nouum vero Dauidi Orpheo & Amphione. 284
 Cantici veteris Author Diabolus, noui Deus est. ibid.
 Cantici noui instrumenta, in qua officina parentur & seruentur. ibid.
 De Canticorum diuersis generibus, vide Praefationem Generalem Cantare Canticum nouum in terra aliena, quid sit. 95
 Quis recte cante Canticum nouum & canticis labiorum & cytharis. 251
 Cain recte obtulit, sed non recte diuisit. 272
 Cauda in sacrificio olim offerri, quare precepta. 40
 Castitas virginalis, proportior est castitate virginali & coniugali. 189
 Caprea quatuor, & ceruus tria habet notabilia naturæ, quæ fidelis anima haberi debet. 97
 Cancelli per quos dilectus in pariete generali prospicit, antiqui PP. fuerunt. 102
 Cancelli item & fenestra sunt Euangeliorum & apostolorum documenta. 103
 Cauerna maceris, Christus. 108
 Cella.

INDEX RERVM.

- Cellaria Dominica tres specialiter species 23
 Cellaria Regis sunt lex & Euangelium. 21
 Cellaria hæc pauci, domum multi intrant.
 ibid.
 Cedar interpretatur tenebræ. 26
 Cedrus quatuor, & cypressus duas habet proprietas. 83
 Christus quare dicitur pacificus. 263
 Christus veraciter & vniuersæ quando sumatur. 130
 Christas in Cruce quatuor dimensiones charitatis, longitudinem, latitudinem, altitudinem & profundum habuit. 270
 Chrismatis excellentia. 72
 Charitas verbum trityllabum, quia Deus qui charitas, est vnus in maiestate, trius in personis, & septenarius in donis.
 Charitatem timet Diabolus. 209
 Charitas aliarum virtutum centrum est. 171
 Charitas oleo comparatur. 11. 17
 Charitas boni operis radix est. 67
 Charitatis excellentiæ. ibid.
 Charitatis encomium. 24. 67. 210. 218
 Charitas virtutum virtus & plenitudo est. 186
 Charitatem obtinendam necessaria sunt, fortitudo animi, scientia scripturarum, perseverantia boni operis. 219
 Charitas quare dicitur crater cornatilis nunquam indigens poculis, 212
 Ciuitas Dei & Diaboli quæ sit. 44
 Circumcisio transitus rubri maris, legis datio, carnaliter pugnantium fuga & victoria, spiritualiter quid significauerint. 13
 Cyprus in Ecclesia quæuis sancta & anima. 166
 Coeli primi nomine humilitas, secundi charitatis, tertij contemplatio accipitur. 5
 Cælum tertium quale fuerit in quod Apostolus se raptum memorat. ibid.
 Corda cum manibus ad Deum leuare, est credere & operari. 24
 Cognitio sui, diei, ignorantia sui homo fit iustus vel iniustus. 44
 Contraria duo vno eodemque tempore, in vno eodemque subiecto simul esse possint. 45
 Columna nubis, & ignis, itemque virga Moysis miraculorum operatrix quid significauerint in Ecclesia militante. 48
 Compunctio quatuor habet qualitates. 59
 Compunctio procedens ex amore præstantior est illaquæ est ex timore. ibid.
 Compunctio duos sunt genera. 181
 Contemplationis tres sunt partes, naturalis intelligibilis, & intellectibilis. 59
 Contemplationis pars intelligibilis, ad naturalem & intelligibilem incomparabilis est. ibid.
 Comæ capitis quod est Christus, sunt Prophetæ vel Apostoli. 190
 Columnæ animæ iusti quatuor sunt virtutes cardinales. 133
 Columbæ ad fenestras suas sunt Prælati Ecclesiæ. 140
 Columbarum oculos absque eo quod intrinsecus later, habere quid sit. ibid.
 Cæcus coloris ignei charitatem significat. 143
 Collum sponsæ sublimem doctorum et orationem significat. 145
 Cursus sponsæ vel fidelis anima quis qualisue debeat esse. 15
 In cursu, modus, qualitas, intentio, & vtilitas considerari debet. 17
 Cursus qualitati & labori sua respondet requies. 18
 Cubare quomodo & in quibus Deus dicatur 37
 Custodes vinearum qui sint. 30. 31. 32
 Custodes murorum tollentes pallium sponsæ qui sint. 186
- D
- Damascus interpretatur sanguinem bibens. 237
 Dauid aute arcam saltans præuidit per incarnationem Christi, sacrificium, fide, & operibus instruendum. 23
 Dauidis saltans ante arcam figura fuit saltus spiritualis Prælatorum Ecclesiæ, & in quo ille consistit. ibid.
 Deus est bonum generalissimum. 28
 Deus tribus modis dicitur aliquid indicare. 33
 Deus quatuor modis hominem trahit. 14
 Deus cum sit illocalis, quomodo moueri dicitur 197

INDEX RERVM

- Deus non secundum se, sed secundum participans quæ possit habere spatia. 270
- Deum super cor ponere est charitatem habere, super brachium ponere est per charitatem bonum operare. 258
- Desertum quid sit 125. Synagoga cum desertum dicatur, & ascensus Iudææ de deserto quando fuerit. 255
- Desertum in stagnum aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum quando Deus posuerit ibid. Qui altum docet seipsum docet, 249
- descendere in infernum cum annis suis quid sit. 52
- Dentes & Capilli animæ cogitationum subtilitates, sunt duras scripturarum propositiones infringentes 214
- Dentes in Ecclesia S. scripturæ expositores sunt. 141
- Decoloratio solis in quo consistat. 27
- Dies alius naturalis, alius actualis, alius intelligibilis, & alius æternalis. 38
- In die naturali, actuali, intellectualli, quid sit mane, meridies & vespera. 34
- Dies intellectualis nō modo particulariter in aliquo, sed vniuersaliter in vnoquoq; homine constitui potest. 43
- Dies desponsationis, quo Salomon hoc diademate coronatus, tempus incarnationis & passionis Christi fuit: dies vero lætitiæ cordis eius tempus resurrectionis. 137
- Dilectio secundum carnem duplex est. 90. dilectionis diuinæ & humanæ differentia. 113.
- Dilectio Dei quæ ordine distinguatur. 91
- Dilectus in allocutione dilectæ boni oratoris officium imitatur. 104
- Dilectus quomodo pascatur inter lilia vsq; ad aspirationem dei & inclinationem vmbra- rum. 113
- Dilectæ dilectum quod petat reuerti & simulari capræ quid figuret. 115
- Dilectio quare dicatur fortis & mors. 258
- Dilectus si in nocte quæritur nō inuenitur. 117. quid sit dilectum per vicus & plateas quæ- rere. 118
- lectæ inquisitio, & dilecti in domū matris, & e ubi ulū genetricis introductio quæ sit. 130
- Dilectus quādo dicatur onere in hortum suum & comedere fructum pomorum suorum. 172
- Dilecti crura sūt misericordia & iustitia. 158. & quare columnus marmoreis cōparētur. ibid.
- Dilectus ex dilecto, Deus de Deo est. 187. cur dicatur electus ex millibus. ibid.
- Dilectus pascitur inter lilia; quia munda cogitatione & operatione delectatur. 208
- Diadema Regis Salomonis, quæ coronauit eum Mater sua quid sit. 135
- Diabolus cur nocturna auis, dens vigiliarum, & anathema vocetur. 151
- Digitus sponsæ pleni sunt mirræ probatissima, quando virtutum eius opera sunt discreta charitate diuina & fraterna. 183
- Dormitio spiritualis explicatur. 97
- docenti alios quæ necessaria sint. 108. 262
- dormitio & vigilantia secundum respectum ad interiora simul esse possint. 175
- dormitio sponsæ & cordis eius vigilātia quæ sit ibid.
- domus exasperans, domus inobediētū est. 267
- ducenti qui custodiunt fructus vineæ dei quæ sint. E. 276
- Ecclesia præfert & præfertur. 25
- Ecclesia & sancta anima, quare dicatur nigra & tabernacula Cedar. 27
- Ecclesiam quomodo sol decolorauit. 32. In Ecclesia alij prædicant solo verbo, alij exēplo, alij verbo & exemplo simul. 61. 62
- Ecclesia præsens continet ciuitatem Dei & Diaboli. 50
- Ecclesiæ alij incorporantur per conuersionem alij perfatis factionem, nonnulli per conuersionem & satisfactionē simul. 62. 63
- Ecclesia amica & bis pulchra vocetur. 76
- Ecclesia vniuersalis & omnes particulares sunt domus Dei. 82. Ecclesia gentium cur vocetur deserta. 125. Ecclesia corporis, Christus capiti comparatur. 129. Ecclesia horto concluso idque iterato cur assimuletur. 162. 164
- Ecclesia fons signatus, quare, à quo, & vnde dicatur. 165
- Ecclesia sicut generaliter fons hortorum, ita quibusdam specialiter puteus aquarum uiuentium est. 169
- Ecclesia mons Libano comparatur. 201. dicitur

INDEX RERVM

- tur electa vt cedri. 201. cur perfecta & col-
 lumba vocetur. 215
 Engaddi, fons hædi interpretatur & significat
 baptismum. 73
 Epithalamium hoc sponsi & sponsæ despon-
 sationem totaliter respicit. 137
 Equitatus Domini fuit populus Israeliticus. 48.
 Equitatus Domini Ecclesiæ est. ibid.
 Equitatus antiquus & nouus quis sit. 49. Equi-
 tatus Domini antesignanus Christ. est. ibid.
 Equitatus Diaboli synagoga infidelium est. qui-
 bus præsidet in equo pallido. 50. quis sit fru-
 ctus. 52
 Equi dei sunt. S.S. & qualiter illis præsideat in
 equo albo. ibid.
 Equitatus dominicus à Pharaonico in quo dis-
 cernatur. ibid.
 Egredi in agrum est genti Iudæorum verbum
 Dei annunciare, commorari in villis & gen-
 tibus prædicari. 243
 Exultatio & lætitia in quo differant. 23
 Exempla præcedentium P. P. pellibus anima-
 lium mortuorum figurantur. 27

F.

 Facies sponsæ publicæ Ecclesiæ conuentus est,
 qui varia professionum dignitatum & ordi-
 num qualitate distinguitur. 139
 Facies dilectæ quæ sit 109. Faciei eius ostensio
 in quò consistat. 110
 Fenestræ & cancelli per quos dilectus ad nos
 prospicit diuinitas eius sunt. 102
 Famur vnus cuiusq; ensem spiritualiter habe-
 re debet. 195
 Ferculum quod sibi fecit Salomon Ecclesia est.
 136. item qua Ecclesiã, scripturam significat,
 cur ex lignis libani factum memoretur. ibid.
 columnæ feruli Salomonis cur argenteæ
 &c. dicantur. 141. 133
 Fideles ac infidelibus vt discernantur, discretio
 necessaria est. 42
 Fidelis animæ nigredo & formositas diuersi
 mode explicatus. 26. 28
 Fides trifariam diuiditur, & quæ dicatur, fides
 ficta, mortua & probata. 4
 Fides pedes, spes manus, charitas os Domini
 osculatur. 7
 Fides & operatio sunt partes constitutiue ami-
 citiæ Dei. 75
 Fides, spes, charitas, per myrram, thus, & vni-
 uersum puluerem pigmentarij figurantur. 127
 Fidelis animæ sub arbore malo sulcitiatio quæ
 fuerit. 255
 Filiæ quæ sint inter partes Ecclesiæ siue fidelis
 anima tanquam inter spinas dicatur com-
 morari, 86
 Filiæ Ierusalem sunt animæ infirmæ. 204. Filiæ
 Ierusalem sunt animæ ad supernæ visionis
 pacem tendentes. 97
 Filiæ Ierusalem cur adiurentur à sponsa an-
 nunciare dilecto, quod amore langueat. 186
 Filiæ, & non filij Sion cur iubeantur, egredi ad
 videndum Regum, Salomonem in diade-
 mate. 135
 Filiæ Ierusalem causas quarunt, cur sic à dile-
 cto sint adiuratæ. 187
 Fluxus aquæ de situla quid significet. 285
 Flores & mala quibus sponsa fulciri petit quid
 significant. 91
 Fortis animi Exempla in lege scripta, 39
 Formula ex qua contrarietas equitatus Dei &
 Diaboli ex diametro colligi potest. 56
 Formositas intima quæ sit & quibus constet
 partibus. 66
 Foramina petræ vulnera sunt Christi. 108. item
 4. Euangelia. ibid.
 Fons Hortorum cur vniuersalis appelletur Ec-
 clesia. 168
 Fructus vineæ Dei Deus est. 268. Fructus hic
 tres habet pulchritudines. ibid.
 Fuga dilecti, quæ sit, & cur suadetur à dilecto.
 267
 Fugiens dilectus retinendus non est. ibid.
 Frumentum, vinum & oleum mystice à Do-
 mino quando accipiatur. 21
 Frumenti grano Christus pulchrè cõparatur. 22
 Fructus spirituales inæqualiter à nobis partici-
 pantur. G 86
 Galaad interpretatur aceruus testimonij, & si-
 gnificat S. Scripturam. 141
 Genæ, oculi, capilli, dentes, collum, vbera in
 Ecclesia qui sint. 139
 Genæ in Ecclesia disciplinatorum verecundia sig-
 nificat, 144. cur malo punice cõparatur. ibid.
 Per Genas dilecti continentur accipiuntur. 192.
 & cur genæ istæ assimilentur areolis aro-
 matum confitis à pigmentarijs. 193

Gene-

INDEX RERVM.

- Genetrix cui Ecclesia dicitur non antiquorum
 PP. Ecclesia est. 215
- Germinatio malorum punicorum, volunta-
 tem pro Christo patendi signif. 221
- Gemelli Fœtus duo sunt testamenta. 142. 147.
 præcepta & cõsilia, amor Dei & proximi. 214
- Gladij sermones Dei sunt. 134
- Gloria, & honore, Christus quando coronatus
 sit. 136
- Gratia quibus modis resuscitetur. 200
- Gratiæ geminatæ osculum sancta anima quali-
 ter expetat. 2
- Septem Gratiæ Spiritus S. & quod vniuscuiusq;
 sit munus describitur. 77
- Gratiæ vocantis, iustificantis & glorificantis
 miseratio, Dei ad nos conuersio est. 212
- Guttis noctium & rori dogmata Hæreticorum
 comparantur. 177
- Guttur dilecti S. Scripturæ sonus accipitur 202.
 per guttur memoria præceptorum, per vo-
 cem prædicatio illorum accipitur. 211. cur
 vino assimiletur H. ibid.
- Hæretici cur vulpes dicantur 110. cur vulpes
 paruulæ. ibid. quando capiantur Deo cur
 capiendi sint. ibid.
- Habitus dilecti natura est, quæ aliter ad se, ali-
 ter ad corpus illius, quod est Ecclesia, se ha-
 bet. 203
- Hæreticorum varia tabernacula sunt synagoge
 sathanæ. 46
- Hædi quos significant. 44. quid sit pascere
 Hædos iuxta tabernacula pastorum, & e-
 gredi & abire post greges. 46
- Hæretici anathemæ sunt. 154. Hemor anathe-
 ma sonat. 151
- Hinnulo cervorum & capræ cur Christus as-
 simuletur. 101
- Hinnulo cervo velocior est, significat Christum
 agiliorem Patriarchis in virtutibus de quo-
 rum stirpe descendit. ibid. Hinnulis capræ
 gemellis sponsæ ybera cur assimulentur. 147
- Homo quid potuerit ex lege natura. 38. quid
 potuerit ex lege natura. 38. quid possit ex li-
 bero arbitrio. 113. Homini lex scripta quid
 contulerit. ibid. Homo minor mundus di-
 citur. 271. hominis conditio duplici honore
 cuncta animantia præcellit. 273
- Homo totus dicitur corpus & anima, pars ali-
 qua totius est cor, & quare totus homo di-
 catur dormire, cor solum vigilare, 176. ho-
 mo quatuor constat elementis. 225
- Homo ex felle habet quod sit irascibilis, ex
 splene risibilis, ex iccore concupiscibilis, ex
 corde rationabilis. ibid.
- Hordei chorus, & dimidij hordei chorus quid
 signif. 275
- Per hortos amœnitas scripturarum intelli-
 gitur. 277. quid sit habitare in hortis. ibid.
- Horti conclusi & fontis signati emissiones pa-
 radiso malorum punicorum cum pomorum
 fructibus quare comparentur, 165
- Hortus nucum vniuersitatem g. humani sig-
 nis. 221
- In hortum suum quare dilectus descendat. 207
- Humilitas authoris. 123. Humilitas per fistulã,
 pœnitentium habitus per cynamomum ex-
 primitur. 166. 167
- Humanitas Christi in dilecto cur ventris nomi-
 ne exprimat. 196
- Humanitas Christi an ebori comparatur. ibid.
- Hyems senectutem, autumnus iuuentutem, æ-
 stas adolescentiam, ver pueritiam designat.
 225. per hyemem & imbrem, qui transit,
 per flores & tẽpus putationis quod aduenit,
 quid intelligatur. I. 105
- Iacob cū Angelo luctans quid nos doceat. 280
- Ierusalem est triplex. 208, cur sponsa dicatur
 pulchra & ibid. cur Ierusalem pulchritudo
 dilectæ comparetur. 209
- Ierusalem superna mater est, cui Ecclesia vna
 dicitur. 215
- Ierusalem visio pacis dicitur. 208. & quomodo
 spiritualiter videatur. 112
- Ierusalem superna est mater credentium, huius
 filij fuerunt Apostoli. 30
- In Ieiunio quomodo debeat caput vngi, & fa-
 cies lauari. 16
- Ignis in Syon & caminus in Ierusalem quando
 sit. 41. Incrementum aliud naturale aliud
 affectuale. 12. Incrementum naturale affe-
 ctualis significatiuum est. 13
- Intentio quasi quidam mentis oculus est. 20
- Introductio Regis in cellaria est spectabilis ex
 parte trium, personæ introducens, loci, &
 modi introducendi. 21
- Pp 2 Intro 2

INDEX RERVM

- Introductionem** hanc sequitur gratiarum actio. 23
- Introductio dilecti in domum** ad vitam actiuam, in cubiculum ad contemplatiuam ordinatur. 121
- In Incarnatione Christus similis factus capreae** aut hinnulo ceruorum. 115
- Incaruatio Domini cur facta dicatur** super montes Bethel. 16
- Intrinfecus latens est vis charitatis** soli Deo patens. 144
- Inebriari ab vbertate domus Dei** qui dicantur 175
- Innocentiae verae definitio.** 179
- Inimicitias quales & quantas Christus solue-** rit. 263
- Instrumenta pacis quae sint, & per mille pacifi-** cos qui intelliguntur. 276
- Inuidiae definitio.** ss. inuidia & equitatus Dia- boli inseparabiliter iungantur. ibid.
- S. Iohannis Euangelistae Encomium.** 11
- Iugum quomodo dicatur computruisse à facie** olei. 6
- Ismaelis lusus cum Isaac** figura fuit persecu- tionis Ecclesiae. 26
- Ismael interpretatur ex auditio Dei.** ibid.
- Iustitia habitus, iniustitia priuatio est.** 43
- Iudaici populi & Christiani differentia** 72.
- Ignorantia populi Iudaici qualis fuerit.** 222
- Iudaei primo fuerunt filij, post facta sunt ligna** infructuosa. 87
- Iudaea cur desertum dicatur.** 126. cur hortus nucum appelleretur. 220
- Iudaeorum argumentum** quo cõtendunt probare legem nouam non fuisse necessariam. 222. eiusdem refutatio. ibid.
- Iunctura foemini, concordia duorum testa-** mentorum est, & quare monilibus com- parentur, quibus illorum sit artifex. 230
- Iusti & reprobi dicuntur ciuitas Dei & Diabo-** li per metoniam. 50
- Iustorum congregatio equitatus & curus** Dei sunt. ibid.
- Iuxta quatuor indicandi modos, quorum .fit** re & intellectu, 2. re & voce, 3. intellectu & voce, fidelis anima petit sibi indicari man- sionem diuinam. 34.5
- L.**
- Labiae sponsae vtriusque testamenti praedicator** sunt. 160
- Labia sponsae diuini verbi praedicatorum sunt, &** quare vitae coccinae comparentur. 143. 193
- cur faui distillant dicantur similia.** 161
- La uia bona temporalia, dextera aeternalia fi-** gnif. 93
- per Lauam passio per dexteram resurrectio fi-** guratur. ibid.
- Laua sponsi cur sub capite sponsae memore-** tur, & dextera sponsi dicatur sponfam am- plexari. 93. 249
- Legis Domini meditatio digna Deo potatio** est. 241
- Legem Domini labijs & dentibus ruminare,** est eam alijs docendo exprimere. 2. 2
- Lex vetus vino mordaci quare comparetur.** 8. 10
- Lege scripta quae non egerint.** 39
- Lex noua hominis quid contulerit.** ibid.
- Leonum cubacula corda sunt peruersorum.** 153
- Lectuli nomine requies dupliciter designatur.** 80. 117
- Lectulus virorum SS. & studium vitae contem-** platiuae. 81
- Lectulus Dei triplex describitur, in iustis, in v-** tero B. Virginis, & in sepulchro. 81. 82
- Lectulus Salomonis tripliciter accipitur.** 129. 131. Lectulum Salomonis ambientes cur sexaginta finite ponantur. 132
- Liberum arbitriũ defenditur & explicatur.** 14
- Lilium inter spinas fuit Christus inter Iudaeos,** & est Ecclesia inter filias huius saeculi. 85
- Lilium inter spinas fuit B. Virgo inter filias Sy-** nagoga, & debet esse fidelis anima inter fi- lios malitiae. 86
- Liljs distillantibus myrram primam, Praedi-** catores comparantur. 194
- Libanus interpretatur candidatio.** 136. 149. 202. species dilecti cur Libano monti assimule- tur. 200. Libani montis descriptio. 201
- Ligna vniuersa Libani virtutes omnes sunt.** 167
- sub Lingua sponae cur lac & mel esse dicatur** 161
- Locutio indeterminabilis in Lege & Prophe-** tis, determinabilis fit in Euangelio. 3
- Locu-**

INDEX RERVM.

- Locutiones diuinæ varij sunt modi. ibid.
 Locutio nouissima vnde dicatur. ibid.
 Loca quo dilectus dilectam introducit quomodo differant. 19
 Locus exterior & obest & prodest loco interiori. 115
 Locus sepositus desertum dicitur. ibid.
 Lotio pedum sponsæ quid figuret. 181
 Lucernæ opera bono designant. 17
- M.
- Margarita quomodo ante porcos mittatur. 47
 Maius & minus Deo displicet in pondere. 19
 Manibus Domini osculum quando detur. 6
 Maria Magdalena triplex osculum à Deo consecuta est. 7
 Mane pueritia, Meridies iuuentus. Vespera senectus est. 40
 Mali descriptio 43. Malum est negatio boni. 61
 Martyrium duplex est. 60. ita & duplex fasciculus myrræ 70
 Manus sponsæ mirram distillare, & opera eius mortificationem carnis redolere. 83
 Martyrium an castitati præferendum non facile dijudicari potest. 93
 Maceria doctrina Apostolorum virorum potest intelligi. 109
 Mater cuiusque fidelis est S. Ecclesia. 120
 Mamme & vbera quomodo differant. 156
 Manus Dei cur aureæ & plene iacinctis memorentur. 193. cur tornatiles. 194
 per Manus dilecti intelligitur omnis virtus potentie eius. 181. Mulsio manus dilecti per foramen qualis sit. ibid.
 Mandragoræ gentiles & Iudæos significant in quorum conuersione odorem in partem dederunt. 145
 Mulsio tripliciter fit. 175. Modus culturae vinearum que modo Ecclesie conueniat. 164
 Memoria passionis & ascensus purpurei fasciculi Salomonis. 134
 Mens Iusti est domus Dei. 17
 Meridies in quo sponsus cubat anagogice tantum dicitur. 37
 Mille clypei ex domo Dauid pendentes, sunt vniuersa virtutum documenta nos munientia. 145
 Millesima vnitas vnani significat fidem, vnani
- Baptisma, vnum Deum, qui operatur omnia in omnibus. 174
 Mille Argentei quid significant. 175
 Militiæ spiritualis audacia à quibus accipitur. 135
 Montes pardorum corda sunt peruersorum 153
 Montes in quibus dilectus dicit se venire salutes sunt eminentes virtutes. 100
 Mors per fenestras ascendit, cum per sensus corporis concupiscentia veniens habitaculum mentis intrat. 33
 Monilium descriptio. 64. foramen in quibus gemmæ in monilibus includuntur quid significat. ibid.
 Mortificatio spiritualis instrumenta. 73. mortificationem spiritualem sequitur resurrectio spiritualis. 74
 Modulatio interioris hominis per septiformem S. Spiritus gratiam, quasi per septem discrimina vocem constituitur. 95
 Musica siue valet ad commouendos, componendos, siue pacandos animos, ita & consideratio modi quo hoc Canticum Cantorum decurrit. 21
 Murenula quid sit, vnde dicatur. 64. cur dicitur argento vermiculata. 65
 Myrræ fasciculos ab Apostolo describitur. 70
 Myrræ amaritudinem passionis Christi significat. 70. dilectus sponsæ cur non simpliciter myrræ, sed fasciculus myrræ dicatur. ibid.
 Myrræ fasciculus cur inter vbera dicitur commemorari. ibid. Myrræ succus multis medetur infirmitatibus. 71. Per myrrum significatur, proximorum tribulationes per compassio verbo consolationis temperantes. 285
- N.
- Nardus quid sit & significat charitatem. 67.
 nardi proprietates charitati applicantur. 68
 Nardi exhibitio in re & in Sacramento à M. Magdalena facta fuit. 69. Nardus & myrra quando offerantur. 74. per Nardum SS. discretio signatur, item curilla turri Libani quæ respicit contra Damascum reparetur. 2. 6. 2. 7
 Nomen sponsi qualiter effusum & dilatatum sit. Nomen Matris & filiorum æquiuocè quibus conueniat. 29
 Nomen dilectæ Ecclesie vel anime sanctæ vnde
- Pp 3. fortia

INDEX RER VM

- fortiatur. 179. item cur amica immaculata, foror, & columba vocetur ibid. Numerus senarius perfectionem denarius decalogum significat. 133. 213. Numerus sexagenarius apud Arithmeticos superfluous est. ibid.
- Numeri sexagenarij partes ibid. octogenarius cur diminutus. 213. Numeri sexagenarij & octogenarij quæ sit consonantia. 216
- Nutrimenta vberum suorum dupliciter porrigit Ecclesia. O. 157
- Obletamenta mudi, significatur per vinu. 185
- Oculi dilecti cur dicantur esse sicut oculi columbæ super riuulos aquarum quæ lacte sunt lotæ, &c. 192. Oculi Ecclesiæ, seu fidelis animæ sunt consideratio miseræ temporalis & felicitatis perpetuæ. 234. item cur illæ piscinis in Ezebon comparentur. ibid.
- Oculi sunt prælati Ecclesiæ. 140. 235. Oculus dexter & sinister quid. 153. Odor vnguentorû sponsæ, super omnia aromata est. 5. 159
- Officium confessarij. 264. Oleum vasa & lampades in Euangelio quid significet, 4
- Oleu effusum est dilatio nominis Christi. 10
- Oleum in vasis habere est lætitiã bonorum operum in conscientijs habere. 29
- Per oliuam significantur, misericordiæ & pietatis actibus per fluentes. 285.
- Operis boni sacrificium, Deo tunc erit acceptabile, si bonæ voluntatis condimento fulciatur. 250. Ordo in charitate triplex est. 90
- Oratorium officiu est appositè dicere ad persuadendû, finis verò persuadere dictione. 96
- Ordinum varietas est ornamentu Ecclesiæ. 140
- Os Dei filius Dei dicitur. Osculans Deus Pater est. 2. Osculum Spiritus S. accipitur. ibid.
- Oscula diuersa inferioris generis præcesserunt osculum oris Dominici. 5. Osculum oris Dominici cur ex abrupto sponsa expetat. ib.
- Ostij pessulum aperire dilecto quid sit. 185
- Alij ostium alij murus in Ecclesia sunt, 260
- P
- Pax temporalis in Natiuitate Christi quid. 264 quam pacem Christus annuntiauerit 3. Pacem vbi sponsa repererit. 262
- Palma signum victoriæ est. 191
- Pascere quos Deus dicatur 35. signa eorum quos pascit. 36. Pascua cõpetentia Deus suis proponit quibus. 37. Pasci in lilij quid sit. 148
- Particulariter prædicata suscipiunt magis & minus. 36
- Paries post quem dilectus dicitur stare, significatur naturam humanam assumptam. 103
- Persecutores SS. dens vigiliarum dicuntur. 11
- Paries originalis peccati quando destrui captus 101. retro parietem vtrumque originalis peccati & actualis quomodo Deus stet. 102
- Pedes Domini quando dicamus osculari. 6
- Persecutionis Ecclesiæ seu fidelis animæ grauitas ab extraneis inferitur. 29
- Persecutio & nigredo peruersis, formositas vero electis, & quare. 26
- Petrus in monte Thabor, cur exauditus non fuit. 46
- Piscina in Ezebon, cingulu maroris dicitur 234
- Porta iudicij in Ecclesia quæ sit, ad quam inobedientes examinandi. 267
- Pomorum nouorum & veterum sponso à sponsa reseruatorum expositio. 264
- Populo & præputio & circumfisione in vineis vbera dare. 246
- Potentia Dei timorem, benignitas verò amorem nobis ingerit. 213
- Pœnitentia vera qualis esse debeat. 235
- Præceptum de charitate vino comparatur. 89
- Probatio dilectionis exhibitio est operis. 4
- Prærogatiua rationalis creatura. 15
- Prædicatio per cantum, opera per saltum designatur. 23
- Prædicatio & incorporatio hoc loco quomodo accipitur. 61
- Prædicatores Ecclesiæ vnde materiam sumere debeant prædicandi. 64
- Prædicaturus qualis esse debeat. 180. in prædicatione nõ fauor sed honor Dei spectari debet. 110
- Prædicatio quia iuxta diuersitates mentium suscipitur, secundum eiusdem temperari debet, vt cum fructu suscipiatur. 174
- Prælator Ecclesiæ quam deceat esse attentos super sibi commissos. 266
- Proprietates symphonix διακασον quæ sit. 208
- Propugnacula & clypei quomodo differat. 164
- Propugnacula argentea diuinorum eloquioru sunt munimenta. 290
- Præla

INDEX RERVM.

- Prælatorum periculum quale. 266. modus periculum euadendi. 267
- Propugnacula quibus domus Dauid dicitur ædificata sublimiam sententiarum manimentata sunt. 145
- Professiones Ecclesiasticæ cur vocentur voces caprarum. 141
- Proximi dilectionem necessario præcedere debet dilectio Dei. 90
- Pugnam in bonam & malam partem suscipitur. 29 Pugna filiorum Matris contra Ecclesiam. fit modis. 30. 32
- Pugnæ carnalis & spiritualis diuersitas vnde sumatur. 54
- Pugnæ spiritualis fortitudo & dilectio. ibid.
- Puillanimitatis in sponsa obiurgatio. 44
- Pulchritudo sponsæ in genis & collo eius constituitur. 57
- Pulchritudo sponsæ genarum cur turturi assimilatur. 63
- Pulchritudo Ecclesiæ consistit in quatuor. 217 diuisio & indiuisio pulchritudinis per genera subalterna. 58
- Pulcherrima omnium mulierum vniuersalis Ecclesia dicitur. 187
- Pulchritudinem dilecti decem præconijs dilecta exponit. 188
- Pfallere spiritu & mente quid sit. 282
- Q.
- Qualitatis quatuor sunt species: habitus & dispositio: potentia & impotentia: passio & patibilis qualitas figura & forma. 19
- Qualitates Prælatorum sunt duæ. 260
- Qualitates in Ecclesia conuersantium tres sunt, perfectorum munus perfectorum & imperfectorum. 213
- Qualium mulierum dilecta dicatur pulcherrima. 205
- Quatuor qualitatis species secundum diuersitatem voluntatis spectantur in cursu vitæ humanæ. 19
- Quatuor modis fit metaphora. 162
- Quatuor virtutes Cardinales physicis necessaria. 226. item quæ affectiones plus vel minus dominantur in his qui de physica tractant ibid.
- Quadratura spiritualis est, fides, spes, charitas, & operatio. 177
- Quod natura animæ quatuor constat virtutibus Cardinalibus. 178
- Per quadrum debet esse mensurata perfectorum vita. ibid.
- Quadriga Aminadab quatuor figurauit Euangelia. 223. eius quadrigæ auriga S. Spiritus. ibid.
- Quadriga iuxta moralitatem, homo habet aliam ex parte corporis, & aliam ex parte animæ, prioris auriga est Deus, posterioris Diabolus. 224
- Quadriga Dei & Diaboli quatuor mouetur speciebus. 227
- In quindecim Argenteis quid figuretur. 275
- Quomodo dilectus quæretur & non inueniatur. 184
- Quomodo dilecta dilecto aperiat. 183
- R.
- Rationis vis quadrifariam diffunditur. 226
- Reconciliationis causam qui & qualiter egerint. 6
- Reconciliator hominis idem qui & creator ibi.
- Recti sunt diligentes, & in quo dilectio illa consistat. 25
- Religionis totius perfectio consistit in tribus, in surgendo properando & veniendo. 105
- Relatiua tribus modis dicuntur. 120
- Regnum & Sacerdotium à Iudæis in pœnam translatum est. Regina & filia Syon quæ sint, quæ videntes Ecclesiam laudant, & beatissimum prædicant. 216. 217
- Rerum transeuntium curæ impediunt contemplationem. 250. Res propter Christum relictas, quomodo centuplatæ recipiantur. 52. Rota in medio rotæ, nouum est testamentum inter vetus. 46. Resurrectio corporis & animæ duplici stola in Ecclesia significantur. 41. Quid per riuos, pascua, & montes significetur. 37. Rubicundus & candidus non modo in se, sed in suis membris dilectus. 195
- Rubor & Candor quomodo Christo principaliter conueniant. 189. item quomodo Ecclesiæ conueniant. ibid.
- S.
- Samaritanus infundens oleum & vinum Christus est. 22
- Sancti quicquid habuerunt boni traxerunt à Christo. ibid.
- Salo.

INDEX RERVM.

- Salomon int̄pretatur pacificus. 27. Salomō
 figura fuit pacifici Christi. 284.
- Sanctitatis diuersæ numerantur species. 37
- Sal sapientiam denotat. 622
- Sanctorum & stellarum comparatio. 36
- Sacræ Scripturæ expositores, assimulantur gre-
 gibus tonfarum, ascendentiū de lauacro. 141
- Sanctus deus vigiliarum sonat. 151
- S. Scripturæ cur dicantur comæ, sicut elææ
 palmarum, nigra quasi coruus. 191
- Saltus dei in cordibus SS. quid boni causet.
 281 quid per saltus accipiatur. quos di-
 lecta vult dilectum faceres similes salti-
 bus caprea aut hinnuli ceruorum super mō-
 tes aromatum. ibid.
- Septem vocum differentia, quibus nouum
 Canticum dicitur, septem sunt dona S. Spi-
 ritus. 286
- Sensus exteriores quomodo nutriendi. 157
- Seraphin interpretatur ardens. 154
- Scriptura S. cur murenulis non murenæ com-
 paratur. 65
- Scripturarum sententiæ capreis & ceruis cur
 assimulentur. 121
- Scriptura quando dicatur stare & moueri. 133
- Schala ad summum bonum perueniendi. 5
- Signa hominis sani & infirmi. 225
- Solitudo alia corporis alia animi. 124
- Signaculum cordis & brachij est corporis &
 cordis custodia. 256
- Signaculum dei sanctitatis impressio est. 257
- Per spinas significantur verbo & exemplo
 alios compungentes, & ad bona opera
 prouocantes. 285
- Spiritus aduersus carnem, & caro aduersus spi-
 ritum concupiscentiæ. 227
- Spiritus S. pretiosissimi vnguenti confector est.
 68. pigmentarius est. 127
- Spiritus sanctus est ordinatus status ecclesiasti-
 ci. 106
- Spiritus malus in Saul pfallendo quomodo mi-
 tigatus fuerit. 123
- Sponso cum oleo & lampadibus obuiam ire, &
 debitum Deo rependere gratiarum actionē
 cordis & oris iubilatione, & operum exhi-
 bitione. 24
- Sponsa in pulchritudine colūbæ comparatur,
 quia felle carere, neminē lædere, grana me-
 liora seligere, pullos alienos nutrire. &c. 76
- 108
- Sponsus essentialiter, sponsa accidentaliter
 pulchra dicitur. 80
- Sponsa sub vmbra desiderabili, cur dicatur se-
 disse & non stetit. 87
- quare sponsa se vocet murum, & vbera sua si-
 cut turrem. 263
- Sponsæ commendatio à decore omnium
 membrorum in facie. 138
- Sponsæ vocanti cur dilectus nō respōdeant. 185
- Syon speculatio interpretatur. 41. 135
- T
- Tabernaculum domini continet, vnam au-
 ream habentem manna, virgam Aaronis &
 tabulas testamenti. 46
- Tabernacula Jacob & tentoria Israel quid sig-
 nificent. 284
- Tabernacula Jacob cur vallibus nemorosis cō-
 parētur. 285. cur dicatur fixisse dominus: ib.
 Tabulæ cedrinæ SS. designant. 261. tabulis
 cedrinis ostium compungitur, quando præ-
 dicatio virtutibus SS. pro exemplo induc-
 rum confirmatur. ibid
- Testamentum nouum vmbra vetus æstui
 comparatur. 87
- Testamenti noui & antiqui regnum & sacer-
 dotium crura dilecti dicuntur. 198
- Templum veteris & Ecclesiam noui testamēti
 mōs figurat. 201. Terra nostra quæ sit in qua
 vox Turturis audita dicitur, 107. Per terram
 cymbalum alarum quid intelligatur, & qua-
 re hæc terra dicatur trans flumina Aethio-
 piæ, & cur dicatur Væ &c. 11. Terribilis vt
 castrorum acies ordinata quibus & vnde di-
 catur. 209. Tentatio Christi in deserto, quid
 figurauerit. 126. Thure oratio exprimitur.
 149. item cur Thus colli & myrra montis
 nomine prædicetur ibid. Timor antecedit
 amorē. 58. Timor alius filialis alius initialis
 &c. 79. Timores nocturni quid significant.
 130. Tractatio non est animæ Deum sequi
 nolentis compulso. 11.
- Trahi quid sit explicatur per simile. 15
- Transire & declinare dilecti quid sit. 184
- Tritici aceruus multitudinem fidelium Præla-
 tis obedientium significat, & cur aceruus
 esse dicatur vallatus lilijs. 238

In S. Tri.

INDEX RERVM

In S. Trinitate distinctio est in personis non in operibus. 2
 In S. Trinitate gradus non est. 90
 Turtur, tres habet proprietates, & quomodo ille de genis sponsæ spiritualiter prædicatur 58. Vox Turturis Euang. prædicationis est. 105
 Turturis vocem, Christus, B. Virgo, S. Ioannes quomodo habuerint. 106
 Turris nebulosa synagoga est. 234
 Tunica talaris Ioseph est opus bonum vsque ad consummationem. 49

V.

Vbera duo sunt remissio peccatorum & distributio donorum. 8
 Vbera Ecclesiæ sunt cognitio veritatis & amor virtutum. 156
 Vberum sponsæ pulchritudo in quo censitant. 157 cur pulchriora vino dicuntur. 158
 Vberum diuinorum memoria causa exultationis & lætitiæ in sponsa. 24. 248
 Venter distinctus saphyris est castitas corporis ornata castitate mentis. 196. quid per ventrem intelligatur, qui dicitur ad tactum sponsi intremiscere. 182
 Vestimenta sponsæ odori thuris quare assimulantur. 161
 Veritatis cognitio & veritatis amor sibi inuicem colligantur. 156
 Venire Dei quid sit. 100. videre vel cognoscere Dei quale sit. 221. 228
 Vino dogmata sæcularia significantur. 10.
 Vinum myrratum in Cruce Christi oblatum quid præfigurauerit. 71.
 Vineæ florentes, & odorem dantes, gentes sunt, quæ audito fidei verbo boni operis odorem spargunt. 106
 Vineæ domus Israel dicitur propter distinctionem tribuam. 221
 Vineæ Domini quomodo colenda sit ad similitudinem aliarum vinearum. 266
 Vitæ actiuæ vel contemplatiuæ quando vacandum, superiorum iudicio relinquendum est. 121
 Vineæ Soreck interpretatur electa siue pul-

chra. ibid.
 Vigiles custodientes ciuitatem, S. Doctores sunt. 118
 Vigiles qui sint qui sponsam inuentam vulnerauerunt. 186
 Vitiatorum diuersorum, diuersa reprimendorum ratio. 135
 Videre pro intelligere capitur. 135
 Vita contemplatiua & via ad actiuam. 109. vitæ solitariæ laus. 69
 Vini cum lacte potatio, & faue cum melle comestio quid significet. 175
 Vir quare dicatur qui fructu vineæ Dei affert mille argenteos. 275
 Vir dicitur à virtute. ibid.
 Virga Moysis fuit figura ligni crucis Christi. 49
 Virtutis definitio. 227. virtutum contra vitia oppositio. 88
 Vitulus nouelles mentem nouiter ad Deum conuersam significat. 12
 Vituli nouelli siue hominis noui constitutiua partes recensentur. ibid.
 Vituli huius nouelli cornua, sunt animi constantia, ibid. alia cornuum sign. 19
 Per vnum significantur sæculares & minus fructificantes, alios tamen bene viuentes suis facultatibus sustentantes & adiuuantes. 285
 Via angusta quæ sit. 89. via lata quæ sit. 118
 Umbra laborem dies præmium significat. 148
 Umbelicus Ecclesiæ sunt Prædicatores. 231
 Unguenta quæ sint, vnde sponsi vbera habent fragrantiam, vt unguentarius quis sit. 9. unguentorum diuersa species.
 Unctio pedum & capitis Christi spiritualiter quomodo fiat. 69
 Unctio interior animæ est antidotum. 10
 Unguenta prima charismatum spiritualium dona sunt. 167
 Vno crine colli, & vno oculorum quo sponsa cor sponsi vulnerauit, quid significetur. 154. 155
 Vna Ecclesia, vnus populus, vna vinea, ex utroque populo Iudæo & gentili sit. 243
 Vox sponsæ vt sonet in auribus sponsi, mens debet concordare voci. 110
 Vox Ecclesiæ Iudæorum conuersionem admiran-

INDEX RERVM.

mirantis.	253	Vox Ecclesie de profectu animæ S. exultantis.
Vox magna quæ	277	255
Vocis dulcedo & decor faciei sponsæ in quo	110	Vultus & habitus ostensio, vox mentis est.
sonfilitat.		ibid.

FINIS.

Errata grauiora sic corrigito.

Pag. 2. Deus Pater. 3. quam ipse per se. quam verò pacem. 4. perfectium. 5. sic feruent charitatis. purgatis. dispensatio. 7. beatitudine donamur. 10. adduxit lex. 19. mobilis. 21. fores. 21. zelo rectitudinis. 23. arca. 25. in marg. media huius versus coniungi. tortitudinis. 26. melior est illa. 27. ferus. nitentibus. 32. creaturæ mater. eiecta fuerat. 33. tanto præmio & reuerentia. 34. p. emitteretur. 37. iuxta vtrorumque. dignationis. 39. eligerent. conseruanda. 41. ætatum. diei. participant. 43. sodaliis. 44. Deus dilexerit. malum priuatorium. 47. decenter. orationum. munere estis. 48. quæ. inspicere. 50. albi. terram. corda. 58. gemitum. 60. sitiens. 61. castum esse. prauitatis. incorporatio verò. scientia. 63. non quod nihil aliarum. 70. mentalis. & ore ad salutem suam. 72. præcedat. fasciculum multarum. 81. capitis. 84. tempus. dilecte mi. 85. abter. profecto. vnam. 87. incendio apta. 88. in marg. Alia versus tertij. connexio versus. 89. illum lectionis. istum vigiliarum. illum ieiuniarum. & in toto virtutem quasi sub quodam diuo latissime vernantium prato diuersi diuersas gratiarum. 90. ordinem charitatis. 96. quod canit. 2. Cor. 2. quorum. 97. præpediente. 101. dilecta. 105. feruens. 107. in fossa. 110. auribus mens. pulchre. exprimitur. tantum. morum. 111. vultus. 112. Sorèch. 113. dilecta dilecti dilecta. 119. donec non pro. 120. misera. 125. torrentis. 124. quo vellet. 125. accedere. 128. humiliati. 131. dicitur Salomonis. 135. quia si de corporalitate. 137. superata. 138. fœtibus. Sanir & Hermon. 140. rectam. 145. partis. miseroque. 146. recitantur. 148. & nox. duplici distinxit modo. facta. 149. montem. 150. recompensatiua. cum per bonum. 154. supernam. 155. arca Dei. 156. cognitionem. quos erudit. nutrimenta. 161. ab animato ad inanimatum. ab inanimato ad inanimatum. 167. cinerei. 171. profecto. 175. est plena. ritum. 176. aut omnino. 179. eum. 184. in transitu. 185. supra se. 197. dignè. 192. prædicati. 193. participantium. areolæistæ redolent. res. 197. candet. 199. vnde. 201. furripere. & se ipso. ac per hoc. 203. cantionis. 204. custos. 208. Musici. 213. qui perfecti. qui minus perfecti qui imperfecti. 211. testa. 223. tersa. 229. ludæa resonantis. 232. de obedientia. 233. generantur. 240. captiuitate. 244. steriles si. 250. quid ad hæc. 255. Eua à serpente seducta est. 256. sed tu. perit. super cor. 258. offendere. 261. demus ei. 262. militia ablata. 263. vici. 264. fieret. 266. istos. 268. hos deferens. 272. pfm. 273. diceret. sed facultas præceptorem. 276. vnam fidem. 278. iudicare. capiunt. 279. vox est humilis cordis.

